This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

L. ANNÆI
FLORI
EPITOME
RERUM ROMANARUM

Ex recenſione

JO. GEORGII GRAEVII

Cum ejuſdem Annotationibus longe auctioribus.

Acceſſere

Notæ integræ Cl. Salmasii, Jo. Freinshemii, & Variorum.

Nec non

NUMISMATA ET ANTIQUA MONUMENTA in hac nova editione, ſuo cuique loco inſerta.

Cum variantibus lectionibus & Indice.

In fine additus eſt

L. Ampelius ex Bibliotheca Cl. Salmasii.

TOMUS I.

AMSTELÆDAMI,
Apud Georgium Gallet.

M. DCCII.

L 2390.

Digitized by Google

L

E

tim
dia
fec
ſta
be
n
H
&
tra
gi
Er
vi
he
mu
op
ni
rit

Digitized by Google

LECTORI
SALUTEM.

EN tibi novum Florum, benigne Lector. Habes hîc textum puriſſimum, quem optimi codicis manuſcripti, ex Burgundia miſſi, ſubſidio, correctiſſimum fecit litterarum jam ſeneſcentium reſtaurator, Jo. Georg. Græviuſ. Habes commentarios Cll. virorum, Salmaſii atque Freinshemii, integros. Habes Annotationum non inutilem & undique corroſarum (ita Livor latrat) à venalibus ſemiliteratis, farraginem. Habes Animadverſiones & Emendationes ſuperius laudati Grævii, integras. Habes quoque Freinshemii locupletiſſimum ac utiliſſimum, ſectionibus & tmematibus optime diſtinctum, Indicem. Denique habes (liceat pueros & imperitos Iconum & Numiſmatum leno-

Digitized by Google

cinio ſubinde fallere) Numiſmatum & antiquorum Monumentorum, Flori hiſtoriam illuſtrans auctuarium; quod quidem correxit & locupletavit aliquis à literis non alienus; quem, precor, incolumem diu ſervet ΖΕΥΣ ΚΑΤΑΙΒΑΤΗΣ.

L E.

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO

Jo. Georgius Grævius.

L. Annæi Flori epitome, quo poſterioribus temporibus, cum pro hominum illorum ſocordia præſtantium ſcriptorum volumina grandiora ſorderent, plurium deſcribebatur & terebatur manibus, tanto flagitioſius fuit corrupta, & fœdioribus inquinata maculis. In illis expungendis, & priſtina ſanitate redintegranda, cum poſt tantam & tam longam noctem pulcherrimarum artium lux exoriretur, multum ſtudii operæque poſuerunt, qui ingenio & doctrina præ ceteris, ſuo quiſque ſeculo, floruerunt, Elias Vinetus, Juſtus Lipſius, Joannes Gruterus, Claudius Salmaſius, Joannes Freinshemius, Adamus Rupertus, & nuperius Anna Tanaquilli Fabri filia. Hoc tamen Augiæ ſtabulum non ſic potuerunt purgare, quin multa relinquerentur poſterorum induſtriæ ac ſollertiæ. Nec nihil ad cumulandos hos nævos ipſa ſcribendi ratio, quam ſecutus eſt Florus, contulit. Nam cum ablatus depravata declamatorum ætatis ſuæ dicendi conſuetudine, multum deſciviſſet a nativa illa & infucata caſtitate & candore ſermonis Latini, qui in Tulliani & Auguſtei ſeculi ſcriptoribus effulget, & cincinnis ac calamiſtris declamatoriis, conciſis & abruptis ſententiis, nec acuminum argutiis ſuam ſæpe coecaſſet orationem, rudes barbarorum ſeculorum homines, quæ non capiebant, interpolarunt crebrius, & audacius, quod & Valerii Maximi fatum fuit, qui laborat quoque & ſui, & ſequentium ſeculorum vitiis. Diffiteri nemo poteſt, qui quidem in idoneorum Latinæ linguæ auctorum, qui non-

Digitized by Google

dum a declamatoribus erant corrupti, lectione verſatus eſt, & veram dicendi viam tenet, multa in Floro paſſim occurrere, quæ minime ferent aures teretes & religioſæ; & tam in ſententiis, quam in verbis eſſe multa κακόζηλα, inſana, μειρακιώδη. Reprehenditur a Marco Seneca, Philoſophi Patre, Muſa Rhetor, quod de ſiphonibus & ſparſione dixerit: *Cælo repluunt imbres odoratos*; & de ſubitis mortibus: *Quicquid avium volitat, quicquid piſcium natat, quicquid ferarum diſcurrit noſtris ſepelitur ventribus. Quære nunc cur ſubito moriamur. Mortibus vivimus.* Caſtigatur a Dionyſio Longinus Gorgias, quod vultures dixerit *viva ſepulchra*. Num ſaniora ſunt quæ Florus lib. I. cap. 13. de Gallis, qui Romam incenderant, ſcribit, illos ſubito Camillum a tergo aggreſſum adeo cecidiſſe, *ut omnia incendiorum veſtigia Gallici ſanguinis inundatione deleret?* Nec melioris notæ ſunt quæ libro II, cap. 17. de Decimo Bruto prodidit: *peragratoque victor Oceani littore, non prius ſigna convertit, quam cadentem in maria ſolem, obrutumque aquis ignem non ſine quodam ſacrilegii metu & horrore deprehendit*; quod dudum merito divini Scaligeri obelis eſt confoſſum. Et lib. IV, 6. de ingentibus navibus Antonii: *non ſine gemitu maris, & labore ventorum ferebantur.* Nec non lib. II, 6. cum dixiſſet commiſſam aciem ſecutum ingentem tremorem terræ, putidiſſima ſunt quæ addit: *niſi illum horrorem ſoli equitum virorumque diſcurſus, & mota vehementius arma fecerunt.* Hæc non modo extra ſanitatem, ſed extra naturam ſunt, ut verbis utar Senecæ. Romanorum ſcilicet, non orbis terrarum, ſed univerſi dominorum, magnitudini omnia cedebant. Omnia illi poterant, dimicantes terram movent, navigantes gemitum mari exprimunt, ventis laborem afferunt & moleſtias in propellendis eorum navibus, ſed ipſi quoque Oceano leges parendi dixerunt,

Digitized by Google

runt; qui illis invitis non audet iraſci. Quid enim aliud ſibi volunt illa libri III, cap. 10: *Cum majore quam prius præda revectus eſt, ipſo quoque Oceano tranquillo magis & propitio, quaſi imparem ſe fateretur.* Quippe ni? cum coactus fuerit ad illorum nutum ſe componere, non ſecus ac regulus quidam ſtipendiarius. Nam cum in ponto Euxino, quem, tanquam maris mediterranei partem, ex Oceano terras irrumpere veteres, quamvis falſo, credebant, lacerata eſſet Mithridatis claſſis, ſubjicit libro III, 5: *Plane quaſi Lucullus quodam cum fluctibus procelliſque commercio, debellandum tradidiſſe regem ventis videretur.* In Poëta hoc eſſet tolerabile; & vix quidem. Nam & hæc hyperbole modum excedit. Vere enim monet Quintilianus in Inſtit. Orat. *Quamvis omnis hyperbole ultra fidem, non tamen eſſe debet ultra modum. nec ulla magis via in κακοζηλίαν itur.* Sane hæc omnia ventoſa ſunt & enormia, qualia illa Ceſtii, quæ Seneca ridet I. Suaſor: *Fremit Oceanus quaſi indignaretur, quod terras relinquimus.* Putide non nunquam eruditionem oſtentat & non ſuo loco. Libro I. cum dixiſſet Fabium Maximum captis ſuperioribus jugis in ſubjectos ſuo jure detonuiſſe, ſubnectit: *ea namque ſpecies fuit iſtius belli, quaſi in terrigenas e cœlo ac nubibus tela mitterentur*, ne ſcilicet prætermitteret occaſionem gigantomachiam inculcandi. Belle ſane & tempeſtive! quaſi omnes qui e loco ſuperiore pugnant ſint Joves, & hoſtes in humiliore ſolo ſint gigantes. Sic lib. II, cap. 2. de Calpurnio Flamma, qui ab hoſtibus inſeſſum collem occuparat, & jam diu ſuſtinuerat impetum hoſtium, donec omnis tranſiiſſet exercitus, ſubtexit ineptiſſime: *Sic pulcherrimo exitu Thermopylarum & Leonidæ famam adæquavit, hoc illuſtrior noſter, quod expeditioni tantæ ſuperfuit, licet nihil ſcripſerit ſanguine.* Papæ quantum eſt doctum eſſe, & ut alii id ſciant teſtatum facere! Unde

nobis enim potuiſſet conſtare Florum legiſſe Graecorum hiſtorias, & illas tanquam ungues ſuos tenuiſſe, niſi tam reconditam doctrinam hic venditaſſet nobis? Sed haec oſtentatio vide quo evaſerit. Non ſolum importune hic inculcatus fuit Leonida, & ſtulte cum illo confertur Calpurnius Flamma, ſed pueriliter hallucinatur, cum Leonidae tribuit, quæ dicitur Othryades, tropaeum ſuo ſanguine ſcribens, feciſſe, quem errorem jam alii notarunt. Non minus inſanit importuna commemoratione portus marmorei, & fontis Arethuſae in obſidione Syracuſarum: *Longe illi triplex murus, totidem arces, portus ille marmoreus, & fons celebratus Arethuſæ.* Quid iſte fons faciebat ad tutelam urbis? Quid non longe poſt inſani montes ad Sardos vindicandos, quos inepte ingeſſit, ut recte notavit Salmaſius? Exagitatur a Plutarcho Hegeſias in Alexandri Magni vita, quod, cum narraſſet eadem nocte natum Alexandrum, & Epheſiae Dianae templum deflagraſſe, ſubjecerit, minime id eſſe mirandum, quod Diana, cum in partu voluiſſet Olympiadi adeſſe, afuerit domo. Tantum in hoc dicto frigus eſſe praedicat Plutarchus, ut extinguere poſſet ipſum incendium illud, quod templum delevit, quamvis non ignorem id laudari a diſertiſſimo Romuli nepotum, adſcribique Timæo. Sed judicium Plutarchi hic merito probatur. Verum num minus frigida eſt ſententia Flori lib. II, cap. 8. cum inter prodigia retuliſſet Cumanum Apollinem ſudaſſe, acutiſſime, ſi Diis placet, adjicit: *Sed hic faventis Aſiae ſuae numinis timor erat.* Murrhedii ſtuporem accuſat Seneca, quod in declamatione de Pompilio ferente cum capite Ciceronis amputatam manum dixerit: *Quanto aliter reus Ciceronis tenebat manum?* Aeque ſtupidum eſt iſtud Flori in libro I. de Bruto exſpirante in Aruntis, quem occiderat, corpore, *plane*, inquit, *quaſi adulterum*

ad

Digitized by Google

ad inferos ſequeretur. Non minus hebet acumen lib. II, cap. 12. de duobus juvenibus, qui ferebantur ad Junturnae lucum nunciaſſe victoriam de Perſeo, illo die quo parta erat, quos vulgus crediderit fuiſſe Pollucem & Caſtorem, quod gemini fuiſſent; quod ſanguine maderent, bello interfuiſſe. Si hic deſiiſſet; non ineptiiſſet. Sed cum prioribus adnectit, *a Macedonia venire, quod adhuc anhelarent*, nihil potuit dicere inſulſius. Quis ex alius anhelitu conjiciat ex quo loco veniat? Colligas ex anhelitu itinere celeriter eſſe defunctum anhelantem, ſed non unde veniat. Quid? dii ne viae laboribus fatigantur & exhauriuntur, ut anhelent? Praeter haec in verbis & dictione quam multa maculoſa, & quæ non ſolum ab emendate loquentium conſuetudine ſunt aliena, ſed & ab omnibus, quos non ſiniſtra in lucem edidit natura, exſibilantur. In libro I, cap. 14. ait Decium Murem, cum ſe devoviſſet Diis Manibus, in confertiſſima hoſtium tela ſe jaculatum eſſe, *ut novum ad victoriam iter ſanguinis ſui ſemita aperiret.* Quid eſt *ſemita iter aperire?* Sed longe corruptius eſt *ſanguinis ſemita iter aperire.* Homo non ineptus, ſi hac ei utendum eſſet ſententia, diceret, *ut ad victoriam ſanguine ſuo viam aperiret.* Tam venuſtum tamen noſtro viſum eſt hoc μειρακιῶδες: ut poene repeteret lib. III, 28: *Ipſe Julius Caeſar cum in urbem cruentus referretur, miſerabili funere per mediam etiam urbem viam fecit;* ut ibi legendum oſtendimus. Sed quæ ad hunc locum notavimus, ſi tanti ſunt, poſſunt videri. At quale hoc lib. II, cap. 3: Gallis *quaſi cote quadam populus Romanus ferrum ſuae virtutis acuebat?* Eſſet tolerandum ſi ſcripſiſſet Gallorum bellis perpetuis tanquam cote quadam, Romanorum virtutem acui. Nam ex Græcis hæc hauſit; in quorum memoriis traditur, Lacedæmonas hoſtilem urbem vocaſſe cotem juventutis. Sed *virtutis*

tutis ferrum acuere non ſani eſſe hominis non ſanus juret Oreſtes. Ejuſdem cenſus eſt *fretum adoleſcentiæ*, capite ultimo hujus libri: *Talis domi ac foris, talis pace belloque populus Romanus fretum illud adoleſcentiæ, id eſt, ſecundam imperii ætatem, habuit.* Nimirum quia tum fervida Romanorum virtus erat, & quia freta fervent, credidit ſibi licere iſtam ætatem fervidam dicere *fretum adoleſcentiæ.* Sed hæc audacia tranſlationum in Rhetorum ſcholis, & ab hominibus non putidis, non damnatur modo, ſed ejus auctores tanquam fatui & nullius judicii homines irridentur. Non poſſum præterire γοργεῖον illud, & plus quam παιδαριῶδες lib. 11, cap. 6. Dicturus erat in Hiſpania ex Sagunti incendio & excidio ſecundum bellum Punicum ortum eſſe. Vide quam abſurdus fuerit in hac ſententia non ornanda, ſed deformanda; *Ubi ſemel*, inquit, *ſe in Hiſpania movit illa gravis & luctuoſa Punici belli vis atque tempeſtas, deſtinatumque Romanis jam diu fulmen Saguntino igne conflavit: ſtatim quodam impetu rapta, medias perfregit Alpes, & in Italiam ab illis fabuloſae altitudinis nivibus, velut cœlo miſſa, deſcendit.* Proh quantus ineptiarum cumulus! Hæc omnem fidem ſuperant.

Ὅταν τι τούτων τῶν σοφισμάτων ἴδω
Πλεῖν ἢ 'νιαυτῷ πρεσβύτερος ἀπέρχομαι.

Num tempeſtas, ut alia prætermittam, conflat fulmina, ad inſtar Vulcani, quem in Aetna tanquam officina ſua poëtæ fingunt fulmina cudere Jovi. Quanto modeſtior & caſtigatior Juſtinus, qui & ipſe de bello, tanquam tempeſtate, locutus ſimili uſus eſt allegoria lib. XXIX: *Videre ſe conſurgentem in Italia nubem illam trucis & cruenti belli, videre tonantem ac fulminantem ab occaſu procellam, quam in quoſcunque terrarum partes victoriæ tempeſtas detulerit, magno cruoris imbre omnia fœdaturam.* Hoc eſt humane loqui, etſi duriuſculum ſit victoriæ tempeſtas: illud eſt nubes &

inania captare, & magno conatu magnas nugas agere. Qualis παρένθυρος lib. III, 5. de Lucullo, aut ut alii rectius, Luculli milite: *qui (horribile dictu!) per medias hoſtium naves utre ſuſpenſus, & pedibus iter adgubernans videntibus procul quaſi marina piſtrix evaſerat.* Vides quantos in ſimpulo fluctus moveat, & quaſi res eſſet ſupra humanæ potentiæ fidem terribilis, temeraria, a nemine viſa & tentata, utribus flumina, & longi maris tractus tranare, exclamet, *horribile dictu!* cum ars iſta in bellis fuiſſet cognita priuſquam Theognis naſceretur. Jam illud de Mario lib. III, 21. *carcer, catenae, fuga, exilium horrificaverant dignitatem Marii:* Et de Caeſare lib. IV, 2: *quaſi de induſtria proſpera ejus adverſis radiarentur,* quam audax, quam μετέωρον. pro hoc dixiſſent ſaniores, proſpera adverſis illuſtrarentur, pro illo, carcer auxerat dignitatem Marii, aut, Marium venerabiliorem reddiderat. Nimirum quia horrore ſacro perfundi dicuntur, qui loca divina & auguſta ingrediuntur, ipſiſque lucis & templis poëtæ aſſignant horrorem, noſter exiſtimavit ſe magna cum venuſtate & elegantia novam poſſe voci *horrificare* ſignificationem imponere, pro tam auguſtum & verendum reddere, ut ejus nominis majeſtas omnibus ſacrum incutiat horrorem. Sed quæ hæc eſt protervia? Virgilius IV. Æneidis canit, vatum prædicta *horribili monitu horrificare,* hoc eſt, terribilibus rebus, quas futuras nunciabant, horrorem & metum hominibus afferre. Sed noſter noluit via vulgata & trita incedere. Nova, mira, inaudita fuerunt conſectanda. Nam novitatis ſtudium harum inaniſſimarum argutiarum unica eſt cauſſa, ut pulchre docet Longinus, in aureo libello περὶ ὕψους: ἄπαντα ταῦτα μέντοι τὰ οὕτως ἄσεμνα διὰ μίαν ἐμφύεται τοῖς λόγοις αἰτίαν διὰ τὸ περὶ τὰς νοήσεις καινόσπουδον, περὶ ὃ δὴ μάλιστα κορυβαντιῶσιν οἱ νῦν. *Hæc omnia dignitati & gravitati contraria*

Digitized by Google

traria unam ob cauſſam inſeruntur orationibus, nempe ob novitatis in exprimendis ſententiis & conceptibus ſtudium, circa quod maxime hoc ævo ſcriptores inſaniunt. Addit deinde quae res bonorum cauſa ſit, ab eadem etiam his adverſa proficiſci. Nam cupiditatem nova dicendi maxime ingenia praeclara inflammare ad eximium aliquid & quod ſupra vulgi captum ſit, nihilque plebeium præ ſe ferat, moliendum: Sed qui judicio non valeant, nec ſe componant ad optimorum imitationem, facile in haec vitia incidere, in quibus ſibi delicias faciant, quæque ſpecie ingenii & novitatis blandiantur. Ideo κακοζηλίαν vitiorum omnium maximum in oratore eſſe recte praecipit optimus dicendi magiſter Quintilianus VIII, 3: *κακόζηλον vocatur quicquid eſt ultra virtutem, quoties ingenium judicio caret, & ſpecie boni fallitur: omnium in eloquentia vitiorum peſſimum. Nam cetera cum vitentur, hoc petitur.*

Viris quidem magnis interdum quaedam exciderunt, quae, ſi ad ſeveram legem exigantur, culpam & notam laſcivientis ingenii effugere non poſſunt. Non ignorant doctiores quid Dionyſius Halicarnaſſeus in Thucydide, in Platone, in ipſo Demoſthene, ut alios praeteream; quid Seneca & alii apud Senecam in Ovidio: quid Quintilianus, pluresque in Tullio notarint & animadverterint. Sed haec ipſis exciderunt. Homines cum eſſent, humani non nunquam aliquid paſſi ſunt, quamvis divinitate ingenii ceteros omnes antecellerent. Nemo tam propitia Minerva natus eſt, ut nunquam dormitet. Sed declamatores & κακόζηλοι ſibi in his argutiis & ventoſis acuminibus mirifice placent, & in illis captandis toti ſunt. Quo audacius & ineptius aliquid ſunt commenti, modo non ſit dictum populariter, tanto magis ſibi plaudunt. Nec immerito. Semper enim invenerunt ſuorum portentorum admiratores,

ſed

ſed hoc tempore longe plurimos. Saepe ſtupiditatem noſtri ſeculi ſum admiratus, cum audivi a plurimis, & qui ſibi videbantur valde ſapere, Caſparis Barlaei carmina tanti fieri, ut cum optimis veteribus poëtis compararetur, ab aliis anteferretur. Ingenio ſane valuit Barlaeus, & nullo ſuorum aequalium fuit inferior. Sed ingenio nimium indulſit. Quantus enim in illo tumor; quantus optime ſonantium verborum ubique inanis ſtrepitus! Auſim ſacramento contendere vix eſſe paginam, in epicis praeſertim, in qua non aliquot verſus reperiantur, ſonori quidem, & aures implentes, ſed non animum, ſi illum attendas. Nulla enim ſubeſt ſententia. Qui iſtis poſſunt capi, non poſſunt Virgilio, Catullo, Horatio delectari, aut virtutes eorum præſtantiamque intelligere, nec dijudicare quid diſtent aera lupinis. Si enim noſſent quam longe tumor abeſſet a ſublimitate, nunquam hanc de Barlaeo ferrent ſententiam, qui fatetur ipſe ſe non excellentiſſimos ad imitandum poëtas ſibi propoſuiſſe, ſed Claudianum, ſui quidem temporis poëtam omnium præſtantiſſimum, ſed ſui temporis, quod ab aurea plurimum degenerarat antiquitate. Verum de his agendi locus erit aliquando commodior. Muniendi autem ſunt contra blandos iſtos errores adoleſcentes, in quorum manibus verſatur Florus, & merito, quia meliorem non habent nondum imbuti rerum Romanarum cognitione, qui brevi compendio, tanquam in tabella quadam ortum & proceſſus Romanae reipublicae eis oſtendat, præſertim cum vitia non una penſet virtute. Providendum igitur ne arripiant corrupta, & his innutriti non modo nunquam poſſint ſecernere a vitioſis ſana, ſed ne vitioſa ſanis praeferant. In temporum quoque notatione, & locorum ſitu, & rerum geſtarum narratione non ſemel impegit iſte ſcriptor, & ſatis quidem graviter,

viter, ut cum Capuam annumerat urbibus Italiæ maritimis, cum Falernum & Maſſicum montem tanquam duos diverſos montes commemorat, cum unus idemque ſit; & non pauca hujus farinae alia, quae ab iis, qui hunc ſcriptorem interpretantur, ſunt tyronibus indicanda, ne falſa pro veris imbibant. Alioquin animo non ſatis aequo fero ſupercilium non nullorum hominum, qui in veteribus ſcriptoribus, iiſque praeſtantiſſimis, & ſupra omnem ingenii aleam, ut ſic dicam, evectis, notandis & vituperandis tam ſeveri & ingenioſi volunt videri, ut quicquid illorum ſuperbo palato non reſpondet, damnent & jugulent. Nimirum *ut videantur ſapere coelum vituperant*. At cum ſine populi ſuffragio gerant aedilitatem, & nimis intelligendo nihil intelligant, vana & faſtidioſa hæc edicta in republica litteraria non pluris fiunt, quam praeficarum neniae in funere cenſorio. Hunc præterea ſtultitiae ſuae fructum ferunt, ut quaſi in ærarios referantur a veris cenſoribus, & eruditorum circulis ſuaves dent ſermones. Heroës illos jam dudum conſecravit conſentiens omnium ſeculorum admiratio, & ab horum procacitate & petulantia vindicavit eos majeſtas nominis, immortalibus parta meritis & virtutibus, quas iſti, quæ eſt illorum imperitia, & bonarum artium jejunitas, ne quidem poſſunt intelligere. Sed in iis ſcriptoribus, qui a ſimplici rectoque dicendi genere deflexerunt, & aut ſeculi, aut ingenii vitio ſe ipſi depravarunt, meliorum tamen defectu, & propter alias dotes in ſcholis retinentur, coarguenda ſunt a doctoribus corrupta, ne dulcibus vitiis adoleſcentes decepti, minutas & pueriles ſententias pro concinnis & argutis; improbas & inverecundas, pro grandibus & magnificis; & frigidas ac aridas, pro ſubtilibus & Atticis appetant. Sed nimis diu te hic detineo, benigne lector. Paucis nunc

accipe,

Digitized by Google

accipe, quid in hac editione Flori præſtiterimus. Cum primum illi manum admoverem, conſtitueram non niſi nummos, & monumenta quaedam antiqua, quibus illuſtraretur, adponere, ut ex iis cognoſci poſſent & virorum inſignium vultus, & primo intuitu intelligi, quid eſſent faſces, ancilia, Palladium, Janus bifrons, ſellae curules, & ſi quæ ſunt hujus generis alia non pauca. His mire & ad antiquitatis ſtudium, & ad hiſtorias cognoſcendas incitari adoleſcentes ſaepius cognoram, & facilius quae legerant & audierant memoriæ infigi. Iſtos nummos pleroſque ex Familiis & illuſtribus imaginibus F. Urſini excerpſi, ut & ex tabulis Croiacis, quae cura Biaei prodierunt Antwerpiae, nec non ex Faſtis Golzii, ac ex Seguini & Caroli Patini numiſmatum veterum penu. Inſerui quoque duos titulos bello primo Punico dedicatos, omnium linguae Latinae, quae ſuperſunt, antiquiſſima monumenta. Poſtea vero quam V. CL. Theodorus Ryckius melioris litteraturae Doctor Lugduni Batavorum celeberrimus, mihique amiciſſimus, copiam mihi fecit codicis membranacei, manu exarati, non quidem antiquiſſimi, ſed tamen ex optimo deſcripti exemplari, cui rei argumento eſt illius convenientia cum omnium totius Europae vetuſtiſſimo & optimo codice Nazareo, quem evolverunt olim Salmaſius ὁ πάνυ & Gruterus, coepi illum cum editis conferre. Cum operæ pretium me capere ſentirem, animus ferebat notarum non nihil calci ſubjicere, quae ſub manu creverunt indies magis magiſque, praeſertim cum accederent excerpta trium Regiae Pariſienſis bibliothecae codicum, quos compoſuerat olim cum vulgatis exemplaribus Vir Eximius, Samuel Sciaſſius, ὁ νῦν ἐν μακαρίοις, quae mecum communicavit vir dignitate, ingenio, & doctrina recondita in primis hujus ſeculi conſpicuus Marquardus Gudius,

Sereniſſimo Cimbrorum Principi a conſiliis, mihique longo multorum annorum uſu conjunctiſſimus. Nicolaus D. F. Heinſius, quem & patris & ſua cum in publicam, tum in rem litterariam merita ſupra laudem omnem dudum extulerunt, duos mihi præbuit utendos Floros pro maximis, quae mihi cum eo ſunt, amicitiae neceſſitudinibus, quorum unus Claudii Puteani nomen præferebat. Ejus liber primus cum veteri codice commiſſus erat. Alterius duobus poſterioribus libris non paucas Juſti Lipſii emendationes adſcripſerat ſua manu Franciſcus Nanſius, quas ex magni illius hominis ore, cum Lugduni Batavorum hunc ſcriptorem exponeret publice, hauſerat. Sed plus debet haec editio ſummi illius viri & amici noſtri Nicolai Heinſii ingenio, quam ſubſidiis, quae ex copioſiſſima & lectiſſima ſua bibliotheca nobis ſuppeditavit. Nam pluribus in epiſtolis mecum egit de infinitis fere locis, & ſuas conjecturas & emendationes, plenas ingenii & doctrinæ ad me perſcripſit, quas non potui non meis annotationibus, tanquam clavos late ſplendentes intexere. His fruere Lector & vale.

De

Digitized by Google

De Floro ex Gerardi Joannis Voſſii V. Cl. Lib. I. de Hiſtoricis Latinis.

Extremis Trajani temporibus floruit L. Annaeus Florus; qui rerum Romanarum quatuor perſcripſit libros. De aetate, quod dixi, ſatis apparet ex Praefatione operis, cum ait: *A Caeſare Auguſto in ſeculum noſtrum ſunt non multo minus anni ducenti: quibus inertia Caeſarum quaſi conſenuit atque decoxit: Niſi quod ſub Trajano movet lacertos, &, praeter ſpem omnium, ſenectus Imperii, quaſi reddita juventute, revireſcit.* Viri quidam, eoſque inter Jo. Camers, malunt *movit* pro *movet*. Nec diffiteor ſic eſſe in quibuſdam MSSis. Sed rectum eſſe *movet*, oſtendit, tum quod antecedit, *in ſeculum noſtrum*; tum quod ſequitur, *revireſcit*. Sed, inquiunt, Florus ab Auguſto eſſe ad ſua tempora annos, prope CC. Ab Auguſti autem principatu, uſque ad Trajani imperium, ſunt anni tantum CXXIV. ſive, ſi putes ad exceſſum Trajani, anni erunt CXLIII. Sed jam dudum mihi haec meditata. Verum legendum puto apud Florum, anni CL. Nam quiſquis MSSos Flori Codd. verſavit, ſcit quantopere in annis variet prologus iſte. Nec tamen ſolius Trajani aevo vixiſſe. Sed etiam Hadriani. Plane enim idem videtur, cujus hoſce in Hadrianum verſiculos, & in quem verſus Hadriani Spartianus refert.

Julii Flori.

Ego nolo Caſar eſſe:
Ambulare per Britannos,
Scythicas pati pruinas.

Reſpondet Hadrian.

Ego nolo Florus eſſe:
Ambulare per tabernas:
Latitare per popinas:
Calices pati rotundos.

Quemque Annaeum Florum Chariſius vocat, & ex cujus ad Divum Hadrianum epiſtola gemino in loco citat illa verba. *Poëmatis delector.* Sane quod Poëmatis delectari ſe ait, id non abhorret ab hujus compendii ſcriptore, quando ſtylus ejus eſt in hiſtoria declamatorius, ac Poëtico propior, adeo ut etiam hemiſtichia Virgilii profundat. Et tamen ea potiſſima eſt Flori noſtri laus, quod ſcriptor eſt elegans, & difertus, &, ſi paucula exceperis, quae frigidius dicta videntur, vere floridus. Sed lataе eſt culpae reus, quod in temporum ratione uſque adeo negligens ſit; ita ut non poſſit non ſaepius alucinari, qui hunc ducem ſequi velit. Valde autem falluntur, qui eum putant in hiſtoria ſua epitomen nobis Livii dare voluiſſe. Siquidem crebro a Livio recedit. Nec facile dixerim, idemne, an alius ſit, qui

 ſingu-

ſingulorum fere Livii librorum argumenta reliquit, quae hodie extant, etiam librorum, qui deperierunt. Sed, ecce de nomine etiam ſcriptoris litem movent viri eruditi. Scrupulum iis injicit, quod Lactant. lib. VII. Inſtitut. Divin. Senecam appellet. Siquidem, inquiunt, antiquiorem hoc hiſtorico habemus neminem, qui populum Romanum diviſerit per quatuor aetates. At Senecam ejus rei autorem laudat is, quem diximus Lactantius, his verbis: *Non inſcite Seneca Romanae urbis tempora diſtribuit in aetates. Primam enim dixit infantiam ſub rege Romulo fuiſſe; a quo & genita, & quaſi educata ſit Roma: deinde pueritiam ſub ceteris regibus; a quibus & aucta ſit, & diſciplinis pluribus, inſtitutiſque formata: at vero, Tarquinio regnante, cum jam quaſi adulta eſſe coepiſſet, ſervitium non tuliſſe; & rejecto ſuperbae dominationis jugo, maluiſſe legibus obtemperare, quam regibus: Cumque eſſet adoleſcentia ejus fine Punici belli terminata; tum demum confirmatis viribus coepiſſe juveneſcere. Sublata enim Carthagine, quae tam diu aemula Imperii Romani fuit, manus ſuas in totum orbem terra marique porrexit: donec regibus cunctis, & nationibus ſubjugatis, cum jam bellorum materia deficeret, viribus ſuis male uteretur, quibus ſe ipſa confecit. Haec fuit prima ejus ſenectus: cum bellis lacerata civilibus, atque inteſtino malo preſſa, rurſus ad regimen ſingularis imperii recidit, quaſi ad alteram infantiam revoluta. Amiſſa enim libertate, quam, Bruto duce, & auctore defenderat, ita conſenuit, tanquam ſuſtentare ſe ipſa non valeret, niſi adminiculo regentium ſuſtentaretur.* Hactenus Lactantius. Ea autem exſcripſiſſe ajunt ex prologo Flori; ubi haec legas: *Si quis ergo populum Romanum, quaſi hominem conſideret, totamque ejus aetatem percenſeat, ut cœperit, utque adoleverit, ut quaſi ad quendam juventae florem pervenerit, ut poſtea velut conſenuerit: quatuor gradus, proceſſuſque ejus inveniet. Prima aetas ſub regibus fuit prope* CCL. *per annos, quibus circum ipſam matrem ſuam cum finitimis luctatus eſt. Haec erit ejus infantia. Sequens a Bruto, Collatinoque, Conſulibus, in Appium Claudium Quinctumque Fulvium, Conſules,* CC. *annos habet: quibus Italiam ſubegit. Hoc fuit tempus viris, armiſque incitatiſſimum. Ideo quis adoleſcentiam dixerit. Dehinc ad Caeſarem Auguſtum* CCL. *anni: quibus totum orbem pacavit. Hic jam ipſa juventa imperii, & quaſi quaedam robuſta maturitas. A Caeſare Auguſto, in ſeculum noſtrum, ſunt non multo minus anni* CC: *quibus inertia Caeſarum quaſi conſenuit, atque decoxit, niſi quod ſub Trajano Principe movet lacertos, & praeter ſpem omnium, ſenectus imperii, quaſi reddita juventute, revireſcit.* Hæc Florus. Utrumque autem locum integre adſcripſimus, ut omnes videant, quam infirmo tibicine nitantur, qui ex Lactantio colligunt, ſcriptorem compendii illius, non Florum, ſed Senecam, dici oportere. Ajunt, diviſionem eam, cujus Lactantius Senecam laudat auctorem,

apud

apud Florum in prologo legi. In quo manifeſtus eorum eſt error. Nam Seneca adoleſcentiam extendit uſque ad finem ultimi belli Punici: Florus duntaxat ad primum bellum Punicum. Ad haec, Seneca incipit ſenectam a bello civili Pompejano: Florus autem a principatu Auguſti. Unde colligo, Florum quidem imitatum fuiſſe Senecam: aliter tamen, quam Senecam, diviſiſſe. Atque eo magis arriſit Floro ſimilitudo ea, quia non totam alteri deberet; ſed eſſet, quod ſibi vendicaret. Sane toto ad eam opere reſpicit. Nempe ſuum cuique pulcrum, quod dici ſolet. Nec propterea negâro, Florum hunc fuiſſe ex Senecarum familia. Seneca enim vocatur in pleriſque veteribus libris. Adhaec Senecae ſunt ex Annaea gente. At Florus, ut in pleriſque libris Julius, ita Annaeus in vett. vocatur libris, etiam antiqua ac principe, quam habeo, editione. Adhaec Hiſpanum fuiſſe, unde Senecae domo erant, veriſimile facit luculenta ejus terrae laudatio, quae eſt lib. II. cap. XVII. & lib. III. cap. XXII. Dictio quoque hanc domum ſapit. Nam ea, eloquentiae & poëſios laude, inclyta fuit. At dictio hiſtorici hujus, uti ante dictum, eſt diſerta, & poëticae propior. Imo opus ipſum vix aliud, quam declamatio eſt. Fortaſſe igitur Seneca etiam nomen fuit. Sed, ut hoc demus, non eo conſequitur, haud aliter quam Senecam, vocari oportere. Nec enim facile adeo fides eſt deroganda multo maximae parti librorum, & quidem melioris notae, ubi Florus vocatur. Et quid prohibet, quo minus, ut L. Annaei Senecae Philoſophi frater, non tantum L. Annaeus Novatus dicebatur: ſed etiam Junius Gallio (quod nomen habuit poſtquam a Junio Gallione erat adoptatus) ita hiſtoricum hunc credamus, adoptione nomen mutaſſe, atque inde eſſe quod idem dictus ſit L. Annaeus Seneca, & L. Annaeus Florus: vel, ut in nonnullis libris legere eſt, Julius Florus?

Alius vero ab hoc eſt Julius Florus, vir itidem diſertus, qui ſub Tiberio vixit. De hoc ita M. Seneca Controv. XXV. *Ipſe audivi Florum quendam, auditorem Latronis dicentem, non apud Latronem: neque enim illi mos erat, quemcunque audire declamantem. Declamabat ipſe tantum: & ajebat, ſe non eſſe magiſtrum, ſed exemplum. Nec ulli alii contigiſſe ſcio, quam apud Graecos, Nicetae; apud Romanos, Latroni; ut diſcipuli non audiri deſiderarent, ſed contenti eſſent audire.* Paulo poſt excerptum ex Flori declamatione ponit. De eodem, ut puto, ſimulque fratris filio, ſic Fabius lib. X. *Qua de re memini narraſſe mihi Julium Secundum, illum aequalem meum, atque, ut notum eſt, familiariter amatum, mirae facundiae virum, infinitae tamen curae, quid eſſet ſibi a patruo dictum. Is fuit Julius Florus, in eloquentia Galliarum (quoniam ibi demum exercuit eam) princeps, alioqui inter paucos diſertus, & dignus illa propinquitate. Is, cum Secundum, ſcholae adhuc operam dantem, triſtem forte vidiſſet, in-*

interrogavit; quae cauſa frontis tam adductae? nec diſſimulavit adoleſcens, tertiam jam diem eſſe, ex quo omni labore materiae ad ſcribendum deſtinatae non inveniret exordium: quo ſibi non praeſens tantum dolor, ſed etiam deſperatio in poſterum fieret. Tum Florus arridens: Nunquid tu, inquit, melius dicere vis, quam potes? &c. Nec abſurda ſit conjectura, ſi quis opinetur, hiſtoricum eum, de quo fuſe diximus (modo is Julius Florus recte in libris quibuſdam vocatur) ex eadem ſtirpe, imo fortaſſe filium fuiſſe, aut nepotem Julii Flori, viri hujus diſerti: de quo M. Seneca & Quintilianus loquuntur. Sed haec, & alia, quae antea de Senecae cognomento diximus, velut incerta in medio relinquamus.

Juſtus Lipſius Lib. 2. Elector. Cap. 5.

LUcius Annaeus Florus (ita enim indigitare cum priſcis libris malim quam Julium: quoniam Hiſpana fuiſſe origine colligo, &, ni fallor, ex ipſa Senecarum gente;) is inquam, Florus compendium non tam Livii, a quo ſaepe diſſentit, quam rerum Romanarum, ſcripſit: ſi quid mei judicii eſt, compoſite, diſerte, eleganter. Subtilitas quidem & brevitas in eo ſaepe mira; & ſententiarum quaedam gemmulae cum judicio inſertae & veritate.

Joh. Iſaacus Pontanus in Oratione Iſagogica ad Florum.

L. Annaeum Florum Volaterranus Julium Florum Secundum maluit nominare: Quod exiſtimaret hunc eſſe eum Secundum, cujus amice meminit Fabius Quintilianus, qui & familiariter a ſe amatum eum addit, virum ut miræ facundiæ, ita infinitæ curæ. Julii cognomen a Patruo Julio Floro retinuiſſe idem conjicit: Cujus quoque Quintilianus mentionem facit, inter paucos diſertum eum fuiſſe indicans, utpote in eloquentia, quam in Galliis ſub extremum exercuit Galliarum principem. Quam de Floro opinionem, ſi Trajani aevum, quo claruit & Quintilianus & Florus noſter, reſpicimus, non abs re conjeciſſe Volaterranus cenſeri poteſt. Niſi quod duo obſtare videantur: Prius eſt ipſe Quintilianus, qui non ut hiſtoricum aut inter hiſtoricos, ſed ut oratorem & inter eloquentiæ laude florentes utrumque & Julium Secundum & patruum ejus Florum concelebrat: Alterum eſt codicum veterum ſcriptura, in quibus non Julius, ſed L. Annaeus Florus conſtanter indigitatur. Unde colligendum doctiores voluerunt ex Hiſpania oriundum fuiſſe, & fortaſſe ex ipſa Annaeorum, id eſt, Senecarum gente. Quidquid horum ſit, quod nos in medio relinquemus, illud interim ratum eſto; egregium opus eſſe hos ejus quatuor rei Romanæ

Digitized by Google

manæ libros. Quos qui compendium Livii aut breviarium faciunt, vel eo, præter cætera: redargui exiſtimo, quod in iis a Livio ſæpenumero abeat ac variet ſententia. Potius totius imperii florentis tabulam appellabimus, cum præſertim ipſe in prologo ſuo fateatur ſe ad exemplum eorum, qui terrarum ſitus pingunt, in brevi quaſi tabella univerſam imperii imaginem ac magnitudinem ob oculos poſuiſſe.

Ex Prologo Claudii Salmaſii in L. A. Florum.

Super auctore hujus elegantiſſimæ Epitomæ nihil nobis compertum eſt, quod viri docti non norint, atque ipſi pridem obſervarint; nec tam neceſſe eſt nos eum ignorare quam bonis conjecturis, per quas ſi non verum elicere, falſa tamen refutare poſſimus, inniti. Et ut verum fateamur, facilius poſſumus invenire cujus non ſit, quam cujus ſit hoc opus. Si hoc invenire eſt, ſemper quærendo laborare. In quibuſdam veteribus & manu exaratis libris quædam leguntur ſub prologi titulo, de Lucio Annæo Seneca, & Lucio Annæo Mela, quæ inepta & aliena eſſe facile omnes qui legerunt, vident, quæ qualia ſint ut ſciamus, ita prologus incipit: Anno tertiodecimo Olympiadis Lucius Annæus Melas Frater Senecæ & Gallionis bona Lucani poëtæ filii ſui a Nerone promeruit. *Hæc verbatim deſcripta ex Hieronymo, & turpiſſimo mendo deformata. Legendum:* anno tertio undecimæ Olympiadis ſupra ducenteſimam. *Hic autem Junius Gallio in vetuſtiſſimo codice Euſebii Palatinæ Bibliothecæ vocatur* Junius Annæus Gallio. *Sed ut ad rem redeamus, hujus compendii non poſſe auctorem dici L. Annæum Senecam, aut L. Annæum Melam, plus ſatis clarum eſt. Veteres quidam libri, ut illius indicio cognoſcimus, qui prologum ſive argumentum concinnavit, nomen Flori adſcriptum non habebant. Sed in iis* Lucii Annæi *erat tantum mentio. Ergo quiſnam, inquit, horum libri hujus auctor ſit, Lucius Annæus Seneca, an Lucius Annæus Mela, incertum facit communitas nominum Lucii & Annæi; nam Flori non eſt ibi mentio. Cum in hujuſmodi Codices incidiſſet Lactantius Firmianus, & Lucium tantum Annæum legiſſet, ſtatim Senecam cogitavit, quod notiorem eo Lucium Annæum alium non haberet; & ita imprudens nomen auctoris quem citabat, male concepit vir doctiſſimus & diſertiſſimus. Illi enim mea quidem ſententia non leviter errant, qui non hunc auctorem noſtrum, ſed Senecam primum in iis ſcriptis quæ ad nos non pervenerint, hanc Romanæ urbis temporum in ætates diſtributionem inſtituiſſe contendunt, neque alium in Lactantio debere intelligi quam Senecam ipſum philoſophum. Sic ſane ſibi perſuaſum habeant, dum aliis ne perſuadeant, ita enim ipſa paene verba Flori producit ille ſanctus Scriptor, ut, qui non hujus ſed alterius cujuſdam auctoris ab eo verba produci exiſtimet, meras nugas agat. Sed per nos licet, illi judicio*

ſuo

ſuo fruantur. Non hodie autem atque heri hos titulos, in quibus Flori nomen extat, exemplaribus a librariis fuiſſe inditos, vere mihi perſuadeo. Licet aliter ſentire videam viros non mediocriter eruditos, qui recentes eſſe ϗ ὐ παλαιᾶς χειρὸς *exiſtimant. Sed unde ineptus illius prologi auctor, qui legitur in quibuſdam vetuſtis exemplaribus, Flori nomen accepiſſet, ſi non ita ut in vetuſtiſſimis qui hodie extent Codicibus, Flori nomen adſcriptum reperiſſet in illius ævi vetuſtis libris. Qui cum dicat,* Nam Flori non eſt ibi mentio, *codicem aliquem antiquum & optima nota ab eo deſignari puto. Nazarianus liber manuſcriptorum omnium quibus uſi ſumus antiquiſſimus, ut quem ante octingentos annos ſcriptum eſſe manifeſta ſit fides, quique bonitate ſuperat agmen illud Codicum quibus adjutus eſt in hujus* ἐγχειριδίου *recenſione optimus & doctiſſimus Vinetus,* Lucii Annaei Flori, *in titulo præfert. Non alius poteſt eſſe Florus quam ille qui Trajani & Hadriani temporibus floruit, qui in Epiſtola ad Hadrianum, cujus Epiſtolæ ter aut quater mentionem apud Chariſium reperies, ſcribit ſe poëmatis delectari. Character autem iſtius hiſtorici compendii plane poëticus eſt, & hominis in poëtis non infeliciter verſati, quamvis hoc parum probet, ſi non alia accederent. Et mirum Grammaticis tam inviſum fuiſſe hoc opus, ut nuſquam aliquid ex eo ad teſtimonium citent, cum & Solinum ſæpius, qui longe poſt tempora Annæi Flori vixit, ut alibi pluribus oſtendemus, & alios non vetuſtiores aut meliores Solino ſcriptis ſuis ut locupletes & idoneos teſtes advocent.*

Sed quiſquis eſt hic Lucius Annæus Florus, quem non tam ipſe me neſcire profiteor, quam aliis hoc ipſum profitentibus aſſentiri me debere ſentio, ad eum illuſtrandum nos opellam quoque, tenuem licet, haud ingratam tamen, contulimus, neque omnino, niſi fallor, inutilem. Quod ſi quis ingenio noſtro tribuendum cenſet, ne is multum fallitur. Hoc ſi eſſet, quid nobis reliqui facere potuerunt ad novam gloriolam ex hujus auctoris emendatione quærendam, viri ſumma eruditione, ſummo ingenio præditi, qui ante nos in hanc curam feliciter incubuere? Sed illud verum eſt, viros illos, & ingenio nos & eruditione ſuperaſſe, nos item illos fato quodam & felicitate longe anteceſſiſſe, qui eos codices nacti ſumus, ex quibus, quod illa vi ingenii ipſa elicere potuerunt, facile eruimus. Neque ipſi ſane feciſſemus, ſi rem nobis in ſolo ingenio voluiſſemus eſſe poſitam. Sed hæc hactenus. Nunc ad ipſum auctorem accingamur.

L. AN-

Digitized by Google

L. ANNÆI FLORI,
EPITOME
RERUM ROMANARUM.
LIBER PRIMUS.
PROOEMIUM.

POPULUS Romanus à Rege Romulo in Cæſarem Auguſtum, ſeptingentos per annos, tantum operum pace belloque geſſit, ut, ſi quis magnitudinem imperii cum 1

SALMASII NOTÆ.

USQUE *Cæſarem*] Ita vetuſtiſſima editio, quam potuiſſemus hoc quidem in loco non ſequi, nam ſcripti omnes, quos vidimus, habent: *in Cæſarem.* Et hanc loquutionem Annæo familiarem eſſe ſcimus, quod nemo poteſt ignorare, qui totum legerit cap. VI. hujus libri. *Subſtitutus in locum regis quaſi in tempus:* Vulgati: *ad tempus.*

FREINSHEMII NOTÆ.

L*Ucii Annæi ſive Flori &c.*] In antiquioribus libris, teſte Salmaſio, varie nomen hoc legitur, ita tamen, ut ſemper Annæus vocetur, niſi quod in aliquibus *Julium* invenit Lipſius, quibus tamen fidem non habet. Julius etiam Schotto citatur. Nobis ea de re nihil compertum eſt; Nec enim quicquam ſine libris veteribus vel aliorum auctorum teſtimoniis eruere promptum ſit, quibus utriſque deficimur. Illud videtur, cognomen Flori, ſi alienum ſit, adjectum errore, quo multis idem cum epitomatore Livii noſter habetur.

1. *Populus Romanus*] Auctor Flori Francici Francis hoc aptat, cothurnum Herculis.

In Cæſarem.] Alii *uſque Cæſarem*, quod præferrem, niſi ſcripti, quos Gruterus & Salmaſius vidêre, repugnarent, quibus etiam ſuffragatur non indiligens editio, quæ decimo ſuperioris ſæculi anno prodiit. Ita loquitur noſter infra, fine præfationis: *in ſæculum noſtrum.*

Septingentos.] Novem adjiciunt Eutropius lib. 7. in princ. & Faſti

2 cum annis conferat, ætatem ultra putet. Ita late ubique per orbem terrarum arma circumtulit, ut qui res ejus legunt, non unius populi, ſed

Conſulares. decem Oroſius 6, 18. Velleius 2, 65. 4. DCCIX. ab U.C. anno Coſ. Auguſtum habet. Tacitus poſt DCCXX. urbis annum, ſolum Auguſtum imperaſſe, principio hiſtoriarum ſcribit. Dio princ. lib. 52. poſt DCCXXV. poſt Actiacam nempe victoriam, quam Panvinius ex Faſtis in viceſimum ſecundum ſupra DCC. refert, qui numerus duodecim annis, quibus cum Antonio Rempub. tenuit,
I recisis, idem cum Oroſiano fuerit. Dionyſius Halicarnaſſeus 1, 71. bellorum civilium finem in mediam Olympiad. 187. refert, cum Roma apud eundem 1, 71. & 74. & 2, 2. primo ſeptimæ Olympiad. condita fuiſſet. fuerint ergo anni DCCX. quot etiam ſubinnuere videtur Livius in præfat. num. 5. Etiam Solinus cap. 1. ad primum Auguſti conſulatum annos DCCX. computat. Sed noſter maluit uti rotundiore numero, quod aliis etiam auctoribus familiare eſt; Livius 9, 18, 8. *P. R. octingenteſimum annum bellare*, ſcribit. & apud Tacitum H. 4, 74, 9. *octingentorum annorum fortuna diſciplinaque compagem eam* (imperium Rom. dicit) *coaluiſſe* ait Petilius Cerialis. ita Juſtinianus in l. 3. C. de V. I. enucl. ab U. C. ad ſuum uſque imperium pene MCCC. (nam quod in Conſtit. ad Tribonian. §. 5. MCCCC. anni ſunt, ſcribentis aut deſcribentis, error eſt) annos elapſos ait. Ita etiam in enarrandis cladibus, ubi cæſorum numerus refertur, rara centenorum mentio eſt, ſed tot fere millia cæſa dicuntur. Tales enim minutas diligentias, ab hiſtorico non requirimus. Sed nec communis caſus obſervat. ex quo v. g. centumviri dicebantur Romæ, qui erant 105. poſtea etiam 180. vide Bernegger. Quæſt. in Tacit. 64. Sic de Geographis Strabo lib. 1. Καὶ γὰρ ὁ γεωγραφῶν ὄντως πολλὰ παρέλθοι τῶν εὐμαθῶν. Vide etiam notam ad 1. 12, 2.

Ætatem ultra putet] Hoc eſt, putet, tantum operum tam brevi temporis ſpatio geri non potuiſſe. nam quod Stadius *putare* pro computare & numerum inire exponit; id quidem alias probum eſt: ſed huic loco parum convenire videtur: cum hic non de inquirenda vel computanda ætate ſermo ſit, ſed jam inventa & computata cum rebus in ea geſtis comparetur. Hæc eadem Flori verba ad ectrapelos, (ſicut Plinio lib. 7. cap. 16. in fin. vocantur) venuſte refert Berneggerus, præſertim ad eum, cujus Gregoras meminit libr. 11. hiſtoriar. cap. 12. & Seneca ad Marcianum cap. 23. f

SALMASII.

2. *Ita enim late ubique per orbem terrarum*] Optimæ & vetuſtiſſimæ S. Nazarii membranæ legunt: *ita late per orbem terrarum*. Nec multum aliter edidit doctiſ. Vinetus, niſi quod legit: *ita enim*. ſed illud, *enim*, nos ſalva ſententia jubemus abeſſe, ut & illud in altero Palatino eſt: *ita enim ubique per orbem terrarum*. Sed ille ut vetuſtate inferior, ita & bonitate.

FREINSHEMII.

2. *Ita late per orbem*] Recepi ſcripturam, quam libri & docti viri

Digitized by Google

ſed generis humani fata diſcant. Nam tot laboribus periculiſque jactatus eſt, ut, ad conſtituendum ejus imperium, contendiſſe Virtus & Fortuna viderentur. Quare quum præcipue 3 hoc

viri probant. aliæ edd. *ita enim late ubique*, duabus vocibus additis, quæ commode abſunt.

SALMASII.

Virtus & fortuna videantur] Optimi libri legunt hic: *viderentur*. Quod magis probo ex genio Flori: *Ut ad conſtituendum ejus imperium contendiſſe virtus & fortuna viderentur*. Sic infra cap. IX. *ut plane publicus parens in locum liberorum adoptaſſe ſibi populum videretur*.

FREINSHEMII.

Generis humani] Ita magnitudine Romana totus prope orbis involvitur, ut ei nihil accidere poſſit, quin univerſos contingat. ſic infra 4, 3, 8. *cum Romanæ dominationis, id eſt, humani generis converſione*. Sic Suetonius, Calig. 13. 1. *Pop. Rom. vel, ut ita dicam, hominum genus*. Apud Tacitum, 3. 59. 5. *ſic imbui rectorem generis humani*.

Nam] Puto legendum eſſe *Jam*. MS. *Reg*. *Nam tot in laboribus*.

Contendiſſe] Simile hoc Plutarchi eſt in Demoſth. cap. 4. εἰ γένοιτο τῇ φύσει καὶ τῇ τύχῃ καθάπερ τεχνίταις ἁμιλλᾶσθαι.

Virtus & Fortuna] Tam ergo parum ſine fortuna virtus effecerit, quam ſine virtute fortuna. Senſit hoc Brutus, cum exclamaret, apud noſtrum 4, 7, 11. *non in re; ſed in verbo tantum eſſe virtutem*. & Pauſanias, quum ſcriberet lib. I. τοὺς ὑπὸ Ἑλλήνων καλουμένους ἀνδρείους τὸ μηδὲν ἄνευ τύχης εἶναι. Et Maxim. Tyr. diſſertat. 24. ἀρχούσης μὲν τῆς ψυχῆς στρατηγοῦ δίκην adeoque verum eſt interdum illud: *Vitam regit fortuna, non ſapientia*. quod firmat Salluſtius, Cat. 8. 1. *Profecto fortuna in omni re dominatur*. Et illud alterum Italorum: *Non val virtù, à chi fortuna incontra*. Sic in bello civili, quod ut ait Tacit. Hiſt. 3, 59, 3. *Vitellium retro fortuna vertit, quæ Flavianis ducibus non minus ſæpe quam ratio adfuit*. & Curtius 10, 5, 35. *fatetur, Alexandrum, cum multum debuerit virtuti, plus debuiſſe fortunæ*. contra *Inguiomerum fortuna magis quam virtus deſerebat*, apud Tacit. 2, 21, 3. Nam *ei, qui ad virtutem tendit, etiamſi multum proceſſit, opus eſt tamen aliqua fortunæ indulgentia*, inquit Seneca cap. 16. de vita beata. hinc Plinius *plurimum referre* putat, *in quæ cujuſque virtus tempora inciderit, in multis enim virtutis opera magna fuiſſe, ſed majora fortunæ*. 7. 28. Hæc ergo ſæpiſſime Pop. Rom. juvit, erexit, reſtituit, ut paſſim legimus. unicum Taciti locum H. 3, 46, 6. annotaſſe ſufficiat. *Affuit, ut ſæpe alias, fortuna Pop. Rom.* Ceterum Marcellinus 14. 14. noſtrum imitatur, quem vide ſi lubet, & Plutarchi librum de fortuna Populi Romani, & Albericum Gentilem de armis Rom. 2, 12. & 13.

Digitized by Google

hoc quoque operæpretium ſit cognoſcere; tamen quia ipſa ſibi obſtat magnitudo, rerumque diverſitas aciem intentionis abrumpit, faciam quod ſolent, qui terrarum ſitus pingunt: in brevi quaſi tabella totam ejus imaginem amplectar, nonnihil, ut ſpero, ad admirationem principis populi collaturus, ſi pariter atque inſimul univerſam magnitudinem ejus ostendero.
4 Si quis ergo populum Romanum quaſi hominem conſideret, totamque ejus ætatem

12. & 13. Item Sirzman. in Rutilii itiner. lib. 1. verſ. 62.

SALMASII.

3. *Quare quum præcipue hoc quoque*] Optimus S. Nazarii liber: *quare quum ſi præcipue hoc quoque operæpretium ſit cognoſcere.* omiſſis illis, *ſicut cetera.* Forte legendum: *quare quum præcipue hoc quoque operæ pretium ſit cognoſcere.*

Aciem intentionis obrumpit] Nazarianus cum duobus Palatinis: *abrumpit.* Profecto, *abrumpit*, cum vetera haberent excuſa, Vinetus ex ſuis libris *obrumpit* repoſuit. omnes tamen libri, quibus uſi ſumus, *abrumpit*, uno conſenſu legunt.

Pariter atque in ſemet] Quomodo hic *in ſemet* exponi poſſit nullus video. Quid enim *in ſemet*? omnino emendandum; *in ſemel.* Quod in hoc auctore hominum imperitia depravatum ter aut quater repoſuiſſe memini, ex veterum librorum fide. *Inſemel*, *inſimul*, *ininſtar*, dixerunt veteres, pro ſimplicibus *ſemel*, *ſimul*, & *inſtar*. ut nos alibi pluribus docebimus. Poſſet etiam legi, *pariter atque inſimul*, & magis placet quam *inſemel*. *Inſimul* infra dixit. *Pariter atque inſimul.* ut, *ſtatim e veſtigio.* Et *ſtatim ac ſine mora*, quæ ſunt familiares Annæo loquutiones. *Inſemel* in Pandectis Florentinis, pro *ſemel*.

FREINSHEMII.

3. *Quare cum præcipue hoc quoque, ſicut cetera*] Duo illa poſtrema verba abſunt à quibuſdam etiam optimæ notæ: ſed quia in omnibus quas videre contigit editionibus, retinentur, ipſe etiam loco movere nolui. Salmaſius ex Nazariano, qui habet: *quum ſi præcipue*, facit, *quamvis præcipue.*

Rerumque diverſitas] Sic apud Ariſtidem in Panathen. *Multæ eorundem temporum res*, &c.

Faciam quod ſolent] Alia comparatione utitur. Sex. Rufus initio breviarii.

Inſimul] Vocem qua & aliàs uſus eſt noſter, & hoc in loco doctiſſimis viris uſus putatur, reſtituere natalibus non dubitavi. hactenus editi, *in ſemet*, ex quo Gruterus *in ſemel*, melius quidem, ſed melius adhuc illi.

4. *Quaſi hominem*] Nam ſicut homines, ita civitates quoque & urbes

Digitized by Google

tem percenſeat, ut cœperit, utque adoleverit, ut quaſi ad quendam juventæ florem pervenerit, ut poſtea velut conſenuerit, quatuor gradus proceſſuſque ejus inveniet. Prima ætas ſub regibus fuit, prope ducentos quinquaginta per annos, quibus circum ipſam matrem ſuam cum fini-

urbes naſcuntur, creſcunt, decreſcunt, moriuntur: belliſſima igitur hæc comparatio eſt. Eadem ratione Papirius Fronto in l. 40. D. de pec. peculium homini comparat. Marcellinus cit. loco eandem ex noſtro ſimilitudinem ſuo operi inſerit, quam Lactantius ex Seneca (ſicut ipſe laudat auctorem) aliter paullo recenſet. Eadem figura Plinius 3, 5. *morientis Caſilini reliquias* dicit Cicero 5, 14. de finibus pari ſimilitudine utitur. *Earum*, inquit, *etiam rerum, quas terra gignit, educatio quædam & perfectio eſt, non diſſimilis animantium. Itaque & vivere vitem, & mori dicimus, arboremque & novellam, & vetulam, & vigere & ſeneſcere.* Florum imitatus videtur Nauclerus in præfat.

SALMASII.

5. *Prope ducentos quinquaginta per annos*] Mirum quam diversè hic numerus concipiatur in antiquis libris. S. Nazarii membranæ CCCC *per annos*. Quod & à plurimorum veterum ſententia, & à vero longius abeſt. Alter Pal. CC. Alter vero cum Nazariano conſentit. Nullus certe agnoſcit editam lectionem. Vetuſti Jordanis Codices: *CCXLIII*. Quibus ratio nos cogit aſſentiri & ſcriptorum conſenſus, In Anacephalæoſi, de regibus: *Hæc eſt prima ætas populi Romani & quaſi infantia quam habuit ſub regibus ſeptem, per annos, ut diximus, CCCXIII*. Legendum eſt: *CCXLIII*. Hoc eſt quod ait heîc Florus, *prope ducentos quinquaginta*.

Quibus circum ipſam matrem ſuam] Quis hactenus huic lectioni controverſiam movere auſus eſſet, vel ſaltem de ejus fide & ſinceritate dubitare? Nemo ſane. Nec quiſquam quidquam ex ſuis libris prompſit, quod diverſum eſſet ab edita ſcriptura. At omnium optimæ Nazarianæ ſchedæ legunt: *circum ipſam cum ipſa cum finitimis*, &c. quæ eſt mera balbuties. ex qua tamen expeditius loqui docebimus hunc vulgum. legimus enim, *circum ipſas cunas, cum finitimis luctatus eſt*. omnino eleganter. ab infantibus, qui minus pedibus firmi, longius non audent à ſuis cunis diſcedere, & circum ipſas luſitant. ſic Romani illo tempore circa mœnia hærentes ſua, longius progredi non auſi, cum finitimis hinc inde laceſſentibus luctabantur; cum ipſis nulla patrii ſoli gleba eſſet, ſed ſtatim hoſtile pomœrium, ut infra narrat. Si cui libebit vulgatam amplecti, per me liceat.

FREINSHEMII.

5. *Ducentos quinquaginta per annos*] Iterum numerum non exacte definit, (vide quæ ſupra ad num. 1. notavimus) quem ex auctoribus cum cura eruerunt Camers, & Stadius. quibus adde Livium fine libr. 1. Halicarnaſſ. fine lib. 4. Eadem ratio temporum eſt apud Appianum in præfat.

Circum ipſam matrem ſuam]

finitimis luctatus eſt. Hæc erat ejus infantia.
6 Sequens à Bruto Collatinoque conſulibus, in Appium Claudium, Quinctum Fulvium conſules, ducentos quinquaginta annos patet: quibus

Nazarianus Salmaſii, *circum ipſam an ipſa*, ex quo facit, *circum ipſas cunas*. Gruterus & Pontanus, *circum ipſam mammam*, quæ omnia ratione non carent. verùm cum vulgata lectio ſine vitio ſit, non immerito tuemur; aliàs enim forte nihilo ſecius legi poſſet, *circum ipſa mœnia ſua*, quod propius ad Marcellinum accederet, quem, cum ſimilitudine Flori uteretur, nec à verbis longius receſſiſſe credibile eſt: ille enim *circum murana bella*.

6. *Q. Fulvium*] M. Fulvium Faſti præferunt, quod etiam Stadius notavit.

Ducentos quinquaginta annos] Adeo non diſplicet Stadii & Salmaſii conjectura, qui CCL. hic, & infra num. 7. CC. legunt, ut etiam in textum recipere auſus ſim, quam & noſter firmare videtur, infra, 2, 1.

Patet] Fruſtra ſollicitat lectionem hanc Camers, quæ omnino proba eſt. Patere dicitur ætas, hoc eſt, habere tot annos, per tot annos extendi. vide, ſi lubet, Indicem, in quem talia conjecimus.

VARIORUM.

6. *Appium Claud.*] Non intelligit Appium Claudium cæcum, de quo infra cap. 18. Sed eum cui cognomen *Caudex*, de quo lib. 2. c. 2. *Camers.*

SALMASII.

6. *Ducentos annos patet*] Unde unde hæc ſcriptura? certe à nullo ſcriptorum exemplarium noſtrorum agnoſcitur, quorum optimum Lauriſſanum habet CL. Cui conſentit alter Palatinus infimæ vetuſtatis. Sed alter de nota meliore, planè exhibet CCL. Nec contradici poteſt, quo minus hæc ſit vera & ſincera lectio, cum Livius & Dionyſius Halicarnaſſæus, tempus, quod ſub regibus fuit, ducentis & quadraginta quatuor annis definiant, alii etiam quadraginta tribus. Hic Annæus, ut numerum rotundum efficeret, ducentos quinquaginta poſuit, quos annos imperii Romani infantiæ aſſignavit, mox totidem ejuſdem adoleſcentiæ tribuit. Ut igitur quingenti anni integri exorirentur infantiæ & adoleſcentiæ populi Romani, ſex annos adjicere non eſt veritus præter veterum ſententiam, atque adeo ipſam veritatem. Neque hoc præcisè damnandum eſt. Cum enim primus, & jucundiſſima & ſuaviſſima imagine urbis Romanæ tempora diſtribuerit in ætates, ut Lactantius loquitur, ita illos gradus & ætates partitus eſt, ut penè per omnia faceret æquales. Dat ducentos quinquaginta annos infantiæ, à qua imbecilli ætate tranſitum facit ad adoleſcentiam, cui totidem annos adſcribit. Hæc à Bruto Collatinoque Coſs. incipiens, in Appium Claudium, Q. Fulvium Coſs. definit. Deinde juventam ipſam ab iſtis Conſulibus uſque ad Cæſarem Auguſtum totidem annorum, nempe ducentorum & quinquaginta eſſe fingit. Quam hæc compoſitè

bus Italiam ſubegit. Hoc fuit tempus viris armiſque incitatiſſimum: ideo quis adoleſcentiam dixerit. Dehinc ad Cæſarem Auguſtum 7
ducenti anni, quibus totum orbem pacavit. Hæc jam ipſa juventa imperii, & quædam quaſi robuſta maturitas. A Cæſare Auguſto in ſæ- 8
culum noſtrum haud multo minus anni ducenti: quibus inertia Cæſarum quaſi conſenuit, atque

poſitè & eleganter? Ab Auguſto robuſta illa maturitas, ut ipſe vocat, cœpit conſeneſcere. & hanc imperii quaſi ſenectutem eſſe ſtatuit, quam in Trajani tempora, quibus etiam vixit, ducentos annos patere ſcribit. Ut ceteris ætatibus vel potius ætatum gradibus ducentos quinquaginta annos attribuerat, ita huic extimæ ætati ſeneſcentis imperii tot aſſignare non potuit, nec enim ulterius vixit, & ad ſuam tantum ætatem perducere debuit, id quod ipſe ſcire poterat. Præterea, etiamſi diutius vixiſſet, videbatur ſenium exuere ſub Trajano, & hic erat ponendus veluti terminus ejus ſenectutis. Et hæc quidem hactenus.

7. *Hæc jam ipſa juventa imperii*] Lege; *Hic jam ipſa juventa imperii, & quædam quaſi robuſta maturitas.* Ita Nazarianus concinnius quam vulgati: *& quaſi quædam.*

8. *Haud multo minus*, &c.] Libri quidam, *aut non multo minus anni ducenti.* male. Nazarianus *aut* habet. *aut* pro *haut*, vel *haud.* nam hæc vera lectio eſt.

FREINSHEMII.

7. *CC. anni*] vide notam ad num. 6. & infr. 2, 19, 2.

8. *Anni CC.*] Secundum computationem Euſebii, ab initio imperii Auguſti, uſque ad finem Trajani, ſunt fere anni CLXXVIII. & menſes 6. Camers. Tacitus G. 37, 4. ab U. C. ad alterum Trajani conſulatum DCCCL. annos colligit. Salmaſius autem putat Florum ſub Hadriano vixiſſe, & per *ſæculum* iſtud *ſuum* Hadriani tempora intelligere. quapropter etiam mox *movit*, non *movet lacertos* legendum ait. Voſſ. de Hiſtor. Lat. 1, 30. mavult corrigere, *anni CL.*

VARIORUM.

8. *Quibus inertia Cæſ.*] Cæſares curam imperii abjiciebant, partim ne à voluptatibus ſuis avocarentur; partim quia ſubditos imbelles eſſe malebant. *Zevecot.*

Digitized by Google

atque decoxit; niſi quod ſub Trajano principe movit lacertos, & præter ſpem omnium, ſenectus imperii, quaſi reddita juventute, revireſcit.

Cap.

Salmasii.

Niſi quod ſub Trajano movet lacertos] Lectionem Nazariani Codicis hic revocamus: *movit lacertos*. Ex qua colligimus, Annæum Florum hanc epitomen ſcripſiſſe atque edidiſſe ſub Adriano, non ſub Trajano. Sanè hujus ſcriptoris plurimam ſub Adriano Imperatore mentionem, ſub Trajano nullam invenio. Vide Ælium Spartianum in Adriano, ubi etiam Florus Poëta vocatur. Apud Chariſium, multis in locis, ſcripti cujuſdam, ſive epiſtola ſit, occurrit mentio ad Divum Adrianum, Adriani igitur temporibus hunc floruiſſe pro comperto habeo. Sub Trajano vixiſſe etſi non negem, imo vixiſſe etiam cenſeam, ſub eo tamen admodum notum fuiſſe, aut aliquid ſcripſiſſe non puto. Id maxime evincit, quod hoc loco ſcribit, ducentos annos in ſeculum ſuum ab Auguſto numerari. Qui numerus annorum, tempora Trajani multis annis excedit, & ultra Adriani ultima etiam tempora excurrit. Verum eſt igitur, hoc loco legendum eſſe: *ſub Trajano movit lacertos*.

Freinshemii.

Decoxit] Hoc eſt, decoctum eſt, activo verbo quaſi neutraliter uſurpato, qua loquendi ratione nulla Tacito frequentior, ut merito faceſſat inde corrector ille cum novis ſuis cogitationibus, ſed & alii auctores paſſim ita loquuntur. hoc ipſo verbo Tertullianus ita utitur, adverſus gentes cap. 42. *templorum vectigalia quotidie decoquunt*, ita Livius verbo *abolevit*. 1, 23, 4. vide quæ congeſſit Barthius in notis ad nonum verſum Cynegetici Gratii: item, ſi lubet, Indicem noſtrum Juſtinianum in *Convertit*. & Agell. 18. 12.

Movet lacertos] *Movit* legendum putat Camers, & multis defendit Salmaſius: nec ratio Gruteri, qua Camertis lectionem improbat, ſatis in diverſum valet, ideoque in textum recipienda videbatur, præſertim cum in Nazariano ita legatur Salmaſio teſte, Sed quoniam in præſenti loqui pergit, *revireſcit*, vix dubito quin illud alterum verum ſit. Præſertim, quia nec Hadriani mentionem omiſſurus erat Florus, ſi ipſo jam imperante ſcripſiſſet.

Revireſcit] Simili verbo & ſenſu Curtius 10, 9, 5. *Non revireſcit ſolum, ſed etiam floret imperium.*

Digitized by Google

Cap. I.

De Romulo primo Romanorum Rege.

PRimus ille & Urbis & Imperii condi- 1
tor Romulus fuit, Marte genitus, &
Rhea Silvia. Hoc de ſe ſacerdos gravida 2
confeſſa eſt: nec mox fama dubitavit, quum
Amulii imperio abjectus in profluentem, cum
Remo fratre, non potuit extingui. ſiquidem 3
& Tiberinus amnem repreſſit: & relictis ca-
tulis

Salmasii.

1. A *Marte genitus*] Leve hoc quidem eſt, & vix dignum notatu, expungendam eſſe præpoſitionem, *à. Conditor Romulus fuit Marte genitus & Rhea Silvia.* ita lege ex conſenſu veterum omnium Codicum. Nec aliter duo vetuſtiſſimi Jordanis, quorum alter Longobardico charactere ſcriptus eſt.

3. *Et Tiberinus amnem repreſſit*] Ita legendum. Nec quicquam mutamus. Alter tamen Palatinus habet: *agmen repreſſit*. quod ſi cui placet, poëticum erit: *leni fluit agmine Tybris*. Nimis poëticum, nec probum.

Freinshemii.

HIſtoriam Romuli præter noſtrum invenies apud Livium 1. Juſtin. 43. Solin. in princ. Victor. cap. 2. de viris illuſtrib. Sex. Ruffum de vita regia. Eutrop. 1, 4. Oroſ. 2, 5. Plutarch. Dionyſ. Halicarn, 1. & 2. Valer. Max. 3, 2. & 5, 3. Plinium 8, 17. 14, 12. 15, 18. & 29. 16, 45. 18, 2. 34, 6. Auguſtinum de Civit. Dei 2, 17. 3, 6, 13. 15. Lactant. 1, 20. & 2, 7. Virgil. Æneid. 8, 635. Ovid. 3. & 4. Faſtorum. & 14. Metamorphoſ. Horatius 3, 3. Carm. Propert. lib. 4. *Camers*. Addatur ἐκ Ὀλυμπιάδων ἀναγραφῇ apud Scaligerum in edit. Euſebii, item alia excerpta Græca. ibid. pag. 387. f. Varro de re ruſt. 3, 1.

1. *Primus ille*] *Illi* legi mavult Pontanus, ut ad P. R. referatur, mihi vulgata verior eſt; ita infra 3, 10. 20. *ille corpore, armis, ſpirituque terribilis, &c Vercingentorix*. quamvis nec illa ſenſu vel ratione careat.

Marte genitus] Hanc ſcripturam, cum in libris reperta etiam viris doctis probetur, & Flori genium ſapiat, recepi lubens, alii *à Marte*.

2. *Hoc de ſe ſacerdos &c.*] Ita legit Gruterus ex Mss. & in Jordane reperiri teſtatur.

Abjectus in profluentem] Ita Severus Albini filios *cum matre percuſſit, & in profluentem abjici juſſit*. Capitolin. in Albino cap. 9.

SAL

tulis lupa vagitum ſequuta uber admovit infan-

SALMASII.

Ubera admovit infantibus] Libri quidem & Jordanei veteres: *uberam movit*. fortè: *uber admovit*. *ammovit*, pro *admovit*, ut *ammoveo*, & ſimilia ſexcenta paſſim in ſcriptis libris.



Conditor Romulus] Qui hic, è gentis Memmiæ denario, apud *F. Urſinum*.



Lupa vagitum ſequuta] Romulus & Remus cum Lupa, & Fauſtulus paſtor, nec non ficus ruminalis, cui inſidet picus Martius; è gentis Pompejæ denario, apud *F. Urſinum*.

VARIORUM.

Romulus] A ruma, hoc eſt, mamma ita dictus à quibuſdam, quod refert & damnat Feſtus. Eſt autem à ruma Ruminus Jupiter apud Auguſtin. de C. D. 7. 11. Feſtus à virtute, hoc eſt, robore, appellatum vult, nec immerito, ſi obſervemus Ῥώμην Latinis *Valentiam* eſſe; nam ἐῤῥῶσθαι eſt *valere*: & ῥῶμος, vir fortis. *S.*

FREINSHEMII.

3. *Vagitum ſequuta, uber admovit*] Eſt ex vett. Salmaſii hæc lectio, quam ipſe probat, nec quiſquam improbaverit. Utrum autem vera lupa fuerit Romuli nutrix, diſſentiunt auctores. Affirmant Plutarchus cap. 65. Parall. Virgil. Æn. 1, 279. Cic. de Divin. 2, 20. Naſo 3, 53. Faſt. ſed & Plinius 8, 17. & 15, 18. Juſtinus 43, 2, 6. qui ſimilia recenſet de Cyro 1, 4, 10. de Hierone 23, 4. 7. de Habide 44, 4, 5. ad 11. Sic de Ægiſtho Procop. lib. 2. verſu th. pag. 236. de Jamo Pindarus Olymp. hymn. 6. Contra Livius 1, 4, 8. diverſam op-

fantibus, matremque ſe geſſit. Sic repertos apud arborem, regis paſtor tulit in caſam, atque educavit. Alba tunc erat Latio caput, Juli 4
opus. nam Lavinium patris Æneæ contempſerat. Ab his Amulius jam bis ſeptima ſoboles regna-

opinionem refert, quam omnino amplectitur Lactantius lib. 1. cap. 20. in pr. Eutropius 1, 3. in fin. Vide Conſtant. Manaſſem rerum 1613. Item Excerpta Nicolai Damaſc. apud Valeſium.

SALMASII.

3. *Matremque ſe geſſit*] Nazarii Codex: *ſe ceſſit*. *Ceſſit* pro *geſſit*. Jordanes more ſuo explicavit: *matriſque geſſit officium*. Potuit & ſimplicius loqui Florus: *matremque geſſit*. Sic Statio *hominem gerere*. Apuleius: *ædilem gerit*. Ita paſſim optimi auctores loquuti.

Regis paſtor tulit in caſam] Quis non damnet ſcripturam optimi Nazariani, *gregis paſtor*? Eamdem tamen etiam retinet non peſſimæ notæ alter Palatinus. Jordanes melius: *Regii gregis paſtor*. & parum abeſt quin ita ſcribendum eſſe exiſtimem, cum propter ſimilitudinem duæ illæ voces facilè in unam potuerint coaleſcere. Addunt quidam libri nomen paſtoris. *Fauſtulus regis paſtor*. quod neſcio an Flori ſit. ſaltem id moris minime habere illum ſcio, ut multos nominatim deſignet. lib. IV. *exſtat vox ejus ad trepidum gubernatorem*. quidam etiam libri loco illo addunt, *ad gubernatorem Amiclatem*. paulo infra, *ſpolia inſuper opima de rege*. Jordanes habet, *de rege Acrone*. Hæc non Flori ſunt, ſed aliorum: qui, cum hæc nomina ex hiſtoria tenerent, illa huc intruſerunt, præter auctoris voluntatem.

4. *Ab his Amulius jam bis ſeptima prole*] Primus advertit Camers, hic *bis* deſiderari, & mirum in re tam clara, in tanta luce hiſtoriæ, ita illud *bis* potuiſſe intercidere. nam ſanè neque duo antiquiſſimi Jordanis Codices Bibliothecæ Palatinæ, nec Flori calamo exarati libri, nullæ veteres editiones, *bis*, repræſentant. quid igitur? putamus olim exaratum fuiſſe: *Ab his Amulius II ſeptima prole regnabat*. Hoc eſt, *bis ſeptima*. quod imperitis librariis impoſuit, qui pro eo *jam* ſubſtituerunt. legendum igitur, ut diximus, expuncto illo, *jam*, quod ad ſententiam nihil facit: *Ab his Amulius bis ſeptima prole regnabat fratre pulſo*.

FREINSHEMII.

Arborem] Ficum nempe, ſub qua mammas dederat infantibus lupa, quæ Ruminalis eſt appellata ex argumento, nempe à ruma; (*rumen* appellat Plin. 15, 18. *Rumis* eſt Varroni de re ruſt. 2, 1.) quod eſt mamma. Feſtus & Plutarch. quæſt. Rom. 57. Livius 1, 4, 5. *Romularem vocatam ferunt*, ut ita à Romulo nomen acceperit. meminit ejus Tacitus extremo Annali 13.

Paſtor] Nicolao Damaſc. in Excerptis à Valeſio editis συοφορβὰς Subulcus.

Lavinium] De quo Livius 1, 3, 3. Ælian. hiſtor. anim. 11, 16, 3. ubi pro ἀνίκητος malim legere ἄχλιον.

4. *Jam*

regnabat, fratre pulſo Numitore, cujus ex filia
5 Romulus. Igitur ſtatim prima juventæ face, patruum Amulium ab arce deturbat, avum reponit: Ipſe fluminis amator, & montium, apud quos erat educatus, mœnia novæ urbis agitabat.
6 Gemini erant: uter auſpicaretur, & regeret, adhibere placuit Deos. Remus montem Aventinum, hic Palatium occupat. Prior ille ſex vultures,

4. *Jam bis ſeptima*] Ita legit Camers, & probant viri docti. Salmaſius etiam vocem *jam* ejicit.

SALMASII.

6. *Adhibuere piacula*] Aut nos neſcimus quid ſit piaculum, aut vox *piacula*, hoc loco omnino aliena, & vocis hujus τὸ ξένον in hac ſignificatione miramur. Jordanes Epiſcopus etiam in vetuſtiſſimis libris habet: *adhibere placuit Deos*. Quod an repererit in libris, an ipſe excogitaverit, divinare non poſſumus. Livius: *ut Dii, in quorum tutela ea loca eſſent, auguriis legerent, qui novæ urbi nomen daret*.

Hic Palatium occupat] Ita præferunt Codices quos contulit acer & diligens Vinetus, quam lectionem ſequuti ſunt doctiſſimi viri. Nec damnamus ſcriptos Jordanis Codices Palatinos & Flori quos inſpeximus, qui *Palatinum* habent, aut *Pallatinum*, ſed parum intereſt, utro modo legatur. Livius habet *Pallatinos*.

Prior ille ſex vultures] Non reſpuenda fortè vetus lectio, quam nos docuit antiquiſſimus Jordanis Codex Longobardicis literis ſcriptus: *Prius ille ſex vultures, hic poſtea, ſed duodecim videt*. Habetur etiam *videt* in Nazarii ſchedis. Vide Plutarch. Romulo cap. 13.

FREINSHEMII.

5. *Fluminis amator, &c.*] Natale ſolum ſumme diligi, omnia auctorum loca clamant; etiam iſte, cui addatur Sueton. Calig. 8, 13. Veſpaſ. 2, 3. Cicero de ll. 2, 1. Ammian. 22, 21. f. Gruterus. Adde l. 1. §. 15. Si quid in fraud. patroni Leuncla. Annal. Turc. pag. 405. cum Albæ relictæ cauſam addit. Plutarch. in Rom. c. 12. quod nimirum neque privati volebant Albæ vivere Higemelli; neque regno avum maternum eruere.

6. *Piacula*] Quid ſibi velit hæc vox, eo excuſatius ignoro, quod & Stadio & ipſi Salmaſio peregrina videtur, de re nulli dubium: ſed quod in hujus locum verbum ſubſtitui oporteat, ambigitur. ego, cum in Jordanis libris reperiatur: *adhibere placuit deos*, nec ab ea ſententia, nec à noſtræ lectionis veſtigiis longe abiturum puto, ſi hic reſcribatur: *adhibuere oracula. Oracula enim ex eo ipſo appellata ſunt, quod ineſt in his Deorum oratio*, ſecundum Ciceronem in Topicis cap. 20. Eadem igitur loquendi figura fuerit, adhibere Deos, & adhibere oracula, hoc eſt, orationem Deorum. Cur autem Deos adhibuerint, ratio in præcedentibus verbis eſt, *gemini erant*, & ita nulla ætatis prærogativa.

Digitized by Google

tures, hic poſtea, ſed duodecim videt. Sic vi- 7
ctor augurio, urbem excitat, plenus ſpei, bellatricem fore. ita illi aſſuetæ ſanguine & præda aves pollicebantur. Ad tutelam novæ urbis ſuf- 8
ficere vallum videbatur: cujus dum irridet anguſtias

gativa, quam in tali caſu obſervari gentium juris eſt Vide Juſtin. 21, 1, 1. & ibi not. Berneggeri. Quanquam enim per naturam ſimul edi non poſſunt, ſed ut alter antecedat neceſſe ſit: tamen interdum ita ambigua ea res eſt, *ut nec judiciali ſubtilitate exquiri poſſit.* l. 10. §. 1. de reb. dub. quod multo magis hic accidiſſe oportet, ubi partu remotis arbitris edito, mater quæ ſola ſcire poterat, jampridem vita conceſſerat. Adde l. ſi fuerat legatum. in fin. de reb. dub. Joh. Andr. in addit. ad Speculat. l. 4. par. 3. C. de feudis.

Aventinum] Ita appellatum ab Aventino Rege Albano, ibi ſepulto. Livius 1, 3, 12. Dionyſ. Halicarn. 1, 71. Ab Anente fluvio regionis Sabinæ ita vocatum ſcribit Varro in libris de gente P. R. ab hac hiſtoria, loco in ſummo Aventino, ubi res ea geſta eſt, *Remoria* nomen manſit, teſte Feſto in *Remurinus*. *Remonium* appellat Plutarch. Romulo cap. 13. & cap. 15. *Remoniam*, quod alteri præfero.

Palatinum] Alii *Palatium*, quamvis utraque lectio bona ſit: tamen illam concinniorem puto, ut ad montem referatur.

SALMASII.

8. *Cujus dum irridet anguſtias Remus, idque increpat ſaltu*] Locus hic nos aliquantum exercuit potius quam vexavit. Suſpectum ſane ſemper habuimus, jure an injuria nondum videre potuimus. Expoſitio Vineti acuta quidem, vera non mihi videtur, qui hunc ſenſum elicit: cum vallum tranſiliſſet Remus occiſum fuiſſe, incertum an juſſu Romuli, an caſu, an acuto vallo, in quem ſe induerit. In vetuſtis Jordanis Codicibus ita ſcriptum reperi: *Cujus dum anguſtias increpat, ſaltu tranſilivit.* In Longobardico, *& ſaltu tranſilivit.* Neutrum probamus, quæ manifeſto ita mutilata ſunt ab ipſo Jordane. Nunc culpa vacare excuſam lectionem cenſemus. Hoc ſenſu, cum vallum ut nimis anguſtum irrideret Remus, ἅμα ἔπος ἅμα ἔργον, ſaltu etiam tranſilivit, ſimul verbo increpans, & reipſa demonſtrans eas valli anguſtias, ut etiam levi ſaltu tranſiliri poſſent. Hæc mens verborum illorum, *idque increpat ſaltu.*

FREINSHEMII.

Vultures] Vide Plutarch. Romulo. cap. 13. Simile augurium Auguſto conſuli, urbem intranti oblatum notat Appian. 3. Civ. l. pag. 586. & Obſequens de prodig. c. 128.

7. *Sanguine & præda*] Ita in edd. Salmaſii & Gruteri. ſic infr. 4, 12, 17. *ſigno militaribus & diſciplina, armis etiam Romanis adſueverat*, ita Curt. 6, 3, 9. *gentes alienum imperio ac nomine aſſuetas.*

Pollicebantur] Simile loquendi genus infr. 1, 6, 1. *clarum fore viſa circa caput flamma promiſerat.*

SAL.

guſtias Remus, idque increpat ſaltu: dubium an juſſu fratris, occiſus eſt. prima certe victima fuit: munitionemque urbis novæ ſanguine ſuo conſecravit.
9 Imaginem urbis magis quàm urbem fecerat. incolæ deerant. Erat in proximo lucus: hunc Aſylum facit: & ſtatim mira vis hominum, Latini Tuſcique paſtores, quidam etiam

SALMASII.

9. *Latini Tuſcique paſtores*] Alter Palatinus: *Tuſcorumque paſtores.* Quod ne quis ut ſincerum & inculpatum arripiat, quod ita etiam habeatur in excuſis Jordanis, ſciat, optimos & antiquos ejuſdem ſcriptos codices legere, *Latini Tuſcique paſtores*; nec aliter legendum eſſe. Variant etiam in ſequentibus libri. quidam ita concipiunt: *Latini Tuſcique paſtores, etiam transmarini Phryges*, &c. alii quidam: *Transmarini*, abjecta voce *etiam*. Sed quis finis futurus eſſet, ſi omnia grandia parva, quæcunque variant, vellem miſeris chartis illinere? quod cum interdum facimus, non tam ingenio noſtro obſequimur, quam voluntati quorundam, quibus id gratum eſſe ſcio, morem gerimus.

FREINSHEMII.

Prima certe victima fuit] Lucanus 1, 95.

Fraterno primi maduerunt
ſanguine muri.

Conſecravit] Simili figura D. Hieronym. in epiſt. ad Ruſticum: *Roma, ut condita eſt, duos fratres Reges habere non potuit, & parricidio dedicatur.* In hoc dentem ſtringit Juſtinianus Conſt. ad Tribon. §. 10. ibi: *Romam autem.*

9. *Imaginem urbis &c.*] Ita apud Appian. de bell. Punic. legatis Carthaginienſium reſpondet Cenſorinus: *Vos, non veſtrum ſolum, putamus eſſe Carthaginem.* Ita Themiſtocles ait: *Patriam municipes eſſe, non mœnia.* apud Juſtin. 2, 12, 14. ubi notam Berneggeri vide. Eodem ſenſu infra 2, 2, 49. hinc apud Tacitum H. 1, 84, 1. *Quid? vos pulcherrimam hanc urbem, domibus & tectis, & congeſtu lapidum ſtare creditis?*

Aſylum] De Romuli Aſylo nota res ex Livio 1, 8, 6. Dionyſio 2, 15. & aliis. Juvenalis in falſos nobiles fin. Sat. 8.

Et tamen ut longe repetas, longeque revolvas
Nomen, ab infami gentem deducis aſylo.

De abuſu autem aſylorum per urbes Græcas ſub Tiberio vide Tacitum 3, 60, 2. & deinceps. quæ etiam ad noſtros mores accommodari poſſunt, quando paſſim ſimilis abuſus invaluit. In ſacris literis *urbes perfugii* dicuntur aſyla, quæ Deus ipſe conſtituit certis quibuſdam caſibus. Hæc Rittershuſius ad Guntheri Ligurinum 3, 386. *Ex laribus parvis, & primi regis aſylo.* fateri enim oportet, per quos profecerimus. Meminerunt hujus aſyli locique ubi conditum fuit, præter citatos Victor de vir. illuſtr. cap. 2. Virgilius Æneid. 8. 342. Lactantius 2, 7. Tacitus H. 3, 71, 6. Suetonius, Tiber. 37, 7. Plu-

Digitized by Google

etiam tranſmarini, Phryges, qui ſub Ænea, Arcades, qui ſub Evandro duce influxerant. Ita ex variis quaſi elementis congregavit corpus unum: populumque Romanum ipſe fecit. Res erat unius ætatis populus virorum. Itaque 10 matrimonia à finitimis petita: quia non impetrabantur, manu capta ſunt. Simulatis quippe ludis equeſtribus, virgines, quæ ad ſpectaculum venerant, præda fuere, & ſtatim cauſa bellorum. Pulſi fugatique Veientes. Cæninen- 11 ſium

ſium

Plutarch. Rom. cap. 22. Auguſtinus contr. Creſcon. 2, 13. tom. 6. Gotfrid. Hiſtor. Brit. 2, 17. & alii. Simile aſylum, ſed diſpari eventu apud Joſeph. 18. cap. ult.

SALMASII.

10 *Præda fuere*] Nazarianus: *præda fuere*. Palatini: *præda*. Jordanei veteres: *præda fuere. hæc ſtatim cauſa bellorum*. quæ omnes lectiones tolerari poſſunt, nec habet altera cur alteri invideat aut ſe præferre illi poſtulet. In quibuſdam libris *&* particula deeſt. in aliis pronomen, *hæc*. ex his variantiis lectionem eruebamus quam veram putamus eſſe, *Præda fuere, & ſtatim cauſa bellorum*. Eleganter.

11. *Cæninenſium*, &c.] Jordanis ſcripti libri, *Genienſium* pro *Cæninenſium*, ut videtur. Sed *Cæninenſes* quam *Cænienſes* dicuntur melius. caput ipſorum *Cænina*, à qua *Cæninenſes*. fruſtra ſunt illi qui apud Solinum reponunt *Cænitenſes* ex Stephano, qui Καινῖτας vocat. Stephanus Καινίνη πόλις Σαβίνων ἡ ἀπὸ Ῥωμύλου ἁλοῦσα τὸ ἐθνικὸν Καινῖται, legendum Καινινῖται ut à *Cænina* Latini *Cæninenſis* formarunt, ita Græci à Καινίνη Καινινῖτης, igitur illi falſi ſunt.

FREINSHEMII.

Ipſe fecit] Ut ingenue fatear, ignoro quid faciam hoc loco, nec enim mendo vacare certo perſuaſum habeo, mirorque intactum hucuſque manſiſſe.

10. *Res erat unius ætatis*] Pulcra huic ſententiæ adſtruas ex Stobæi titulo de nuptiis, viſatur quoque Senecæ Hippolytus verſ. 477. Gruterus. Talis populus fuit Eſſenorum, apud Joſeph. & Plinium 5, 17. Hoc intuitu multa privilegia matrimoniis conceſſere legiſlatores, quæ longius exequi, noſtri inſtituti modus non patitur, videatur l. 1. & ibi Dd. D. ſolut. matr.

Manu capta ſunt] Objicit hoc etiam Mithridates apud Salluſt. in epiſt. ad Arſacem: Romanos nihil *à principio niſi partum* (armis) *habere: domum, conjuges, agros, imperium*. Sic Silonicæ virgines choreas ducentes raptæ ſunt. Judic. 21, 22. Ne idem auderent Picti in Scotorum filias, horum prudentia vetuit, qui Pictis licet

novo

Digitized by Google

ſuum captum ac dirutum eſt oppidum. Spolia inſuper opima de rege Feretrio Jovi manibus 12 ſuis rex reportavit. Sabinis proditæ portæ per

novo populo matrimonia tandem non denegarunt. Joh. [illegible] in compendio Chronic. Scot. Angliæ excuſo 1612.

3



4



Præda fuere] Sabinarum raptus; è gentis Titariæ denario; apud *F. Urſinum.*

Feretrio Jovi] Spolia quæ Marcellus Jovi Feretrio tulit, Viridomaro interfecto (de quo infra Lib. 2. Cap. 4. ſegm. 5. pag. 143) petita è gentis Claudiæ denario, apud *F. Urſinum.*

Præda, fuere] Alii *prædæ*, neutrum male, de re auctores ſupra citati. Numerus raptarum apud Dionyſ. 2, 31 eſt DCLXXXIII. apud Plutarch. Rom. cap. 22. totidem raptas Juba ſcribit, Valerius Antias DXXVII. alii XXX. tantum. Salmaſius hoc loco legit: *præda fuere, & ſtatim cauſa bellorum.* eleganter certe, & ita Gruterus in duobus Palatinis ſuis legi atteſtatur.

11. *Opima*] Vide inſr. ad 2, 17, 11.

Feretrio Jovi] De Jove Feretrio lege præter alios Valerium 3, 2, 3. & ſeqq. Plura Propertius 4, 11. Camers. Servius ad illud Æn. 6, 859. *Lege Numæ prima opima ſpolia Jovi Feretrio debere ſuſpendi, Secunda Marti* (belli præſidi, cujus templum extra urbem) *Tertia Quirino*, (id eſt, Marti, qui præeſt paci.) Sed Plutarchus, qui idem narrat in Marcello cap. 11. quod Servius & plura addit, obtinuiſſe ait, ut omnia Jovi Feretrio ſpolia ſuſpenſa credantur. Feretrium autem illic Plutarch. dictum putat vel παρὰ τὸ φέρειν, quod ad eum

per virginem: nec dolo: ſed puella pretium rei,
quam gerebant in ſiniſtris, petierat. dubium
clypeos, an armillas. Illi ut & fidem ſolverent,
& ulciſcerentur, clypeis obruêre. Ita admiſſis 13
intra mœnia hoſtibus, atrox in ipſo foro pugna,
adeo

eum ferantur hæc ſpolia, vel à feriendo, quod fulmine feriat Jupiter, & quod ferire ſit, manu graviter vulnerare & occidere. unde in bello Romani milites clamant: *Feri, feri.* Feſtus in *Feretrius, à ferendo, quod pacem ferre putaretur, ex cujus templo ſumebant ſceptrum, per quod jurarent, & lapidem ſilicem, quo fœdus ferirent.* Dionyſius 2, 36. dici poſſe ait τροπαιοῦχον, aut σκυλοφόρον, aut quod ſupra omnem rerum naturam emineat, ὑπερφερετὴν. Scaliger hic addit à feretro pompæ triumphalis dictum. Valer. Flaccus:

Has, precor, exuvias, & opima cadavera noſtro
Linquite, ait, feretro.

Hæc Paſſeratius in Propertium. Mihi ea opinio, qua à ferendo deducitur, magis placet, apud Livium 1, 10. 8. *Hac tibi Rex, Regia arma fero.* Unde Apuleius de mundo *Trophæophorion* vocat.

SALMASII.

12. *Illi ut & fidem ſolverent*] *Illi ut fidem ſolverent, & ulciſcerentur.* ita veter.

13. *Ita admiſſis ad mœnia hoſtibus, atrox in ipſo aditu pugna*] Hæc eſt vera & antiqua lectio, inquit Vinetus. nos ſanè quam vera, poſſimus dicere. quam antiqua, ille viderit. Veram, & antiquam potius illam eſſe quavis ſponſione contenderim, quæ ita habet: *admiſſis intra mœnia hoſtibus, atrox in ipſo foro pugna.* Hujus ſcripturæ antiquitatem facile probamus, qui teſtamur ultro, eam extare in omnium optimo vetuſtiſſimoque codice S. Nazarii. ita etiam legitur in antiquiſſimo Jordanis exemplari Nazariano, & in altero Longobardico ejuſdem Jordanis, non minus vetuſto. Sed quid ad vetuſtatem provocamus? Plane hanc lectionem confirmat Livius, qui arcem occupaſſe dicit hoſtes, & proinde admiſſos intra mœnia intelligit.

FREINSHEMII.

12. *Per virginem*] Valer. Max. 9, 6, 1. *Romulo regnante, Sp. Tarpeius arci præerat; cujus filiam virginem aquam ſacris petitam extra mœnia egreſſam.*

Pretium rei, quam, &c.] Ita magno conſenſu vetuſtiores edd. aliæ *quæ*, ſed illud *quam* pendet adhuc ex præcedente voce *rei*, quæ duplicem hic ſignificationem complectitur, *pretium rei*, hoc eſt, proditionis, & rem, *quam gerebant in ſiniſtris*, nec exemplo caret, ut una vox duobus ſenſibus ſerviat. Vide notam Berneggeri ad Juſtinum 11, 9, 14. k.

VARIORUM.

13. *In ipſo foro*] Haud aliter Pal. pr. ac tert. Nam ſec. *in ipſo aditu*: quemadmodum erat & in Vineti ſcriptis: ſed præter omnem hiſtoriam. *Gruterus.*

adeo ut Romulus Jovem oraret, *ut fœdam ſuorum fugam ſiſteret.* Hinc templum & Stator
14 Jupiter. Tandem ſævientibus intervenere raptæ

tæ

5



Clypeis obruêre] *Tarpeia ſcutis obruitur a Sabinis, in gentis Tituriæ denario, apud* F. Urſinum.

FREINSHEMII.

Clypeis obruêre] Simile factum de Brenno narrat Plut. cap. 15. Parallelorum.

SALMASII.

14. *Jovem oraret, ut fœdam ſuorum*] Auctoribus libris melioribus, *ut*, delendum: *Jovem oraret, fœdam ſuorum fugam ſiſteret.* nec aliter ille Jordanes, quem falſo Jornandem vocant.

Hinc templum, & Stator Jupiter] Recte docti homines ita repoſitum iverunt, pro *hic*, quod erat in veteribus editis. Nazarii ſchedæ etiam *hic* præferunt. reliqui omnes *hinc*. ut & Jordanis libri. neque ſubintelligendum eſt verbum *prodiit*, aut aliud ſimile, ut putabat doctiſſimus Vinetus.

14. *Tandem ſævientibus*] Lego in Jordane: *tandem funeribus intervenere, raptæ laceris comis.* male hactenus diſtinctum eſt. nos ita: *tandem ſævientibus intervenere raptæ, laceris comis.* cur Jordani placuerit, *ſævientibus*, in *funeribus* mutare, neſcio, niſi ita ſcriptum invenerit in libris. quod non putem.

FREINSHEMII.


Hinc templum & Stator] Sic præter Jornandem & lectionem codd. Vin. etiam Palat. ſec. ac tert. nec non vetus noſter: & recte. *Gruterus.* Mihi etiam veriſſima videtur hæc lectio. nam ita ſolet noſter, cum alicujus rei cauſam originemve prædixit; ut infr. 1, 13, 6. *exinde certamen.*

Stator Jupiter] Præter ea, quæ ſupra dicti ſcribunt de Jove Statore lege Auguſtinum cap. 13, 3. Civitat. item Ovid. in fine 6. Faſtor. Seneca autem cap. 7. lib. 4. de benefic. ſic inquit: *Stator, non ut hiſtorici tradiderunt, ex eo, quod poſt votum ſuſceptum acies Rom.*

Stator

tæ laceris comis. Sic pax facta cum Tatio, fœduſque percuſſum: ſequutaque res mira dictu, ut relictis ſedibus ſuis novam in Urbem hoſtes de-

6



7



Stator Jupiter] *Jupiter Stator è Gordiani N. apud* Oyzel. xxxvi. Tab.

fugientium ſtetit, ſed quod ſtant beneficio ejus omnia, ſtator ſtabilitorque eſt. Videtur autem legendum: *Hic templum eſto*: ut ſit voventis Romuli verbum. Hæc *Camers*: ſed conjectura ejus refellitur, ex poſitis nota proxime præcedente. Cæterum eadem de cauſa templum poſtea vovit Atilius Coſ. auctor Livius 10, 36, 10.

14. *Sævientibus*] Exinde mihi in mentem venit ſuſpicari, in noſtro, vel Jordane certe, legendum eſſe *furentibus*, quod ſenſui conveniens, nec ab utraque lectione procul diſtat. Ita apud peritiſſimum antiquitatis & Latinæ linguæ Barclaium, ubi duellum Poliarchi cum Radirobane depingit: *Gallorum atque Sardorum agmina intervenere furentibus.*

Intervenere] Simile quid de Celticis, Plutarchus de Virt. Mul. cap. 10.

Novam in urbem hoſtes]. Illud

Pax facta cum Tatio] *Tatius Sabinus; è gentis Tituriæ denario, apud* Oyzel. cxii. Tab.

hoſtes in *ſponte* mutari voluit Salmaſius propter ſcriptos Jordanis, in quibus *hoſte* legitur. Verum receptam firmant Palatini tres, dictique *hoſtes*, reſpectu animorum, quibus advenerant. Claudius apud Tacitum 11, 24, 8. *Conditor noſter Romulus tantum ſapientia valuit, ut pleroſque populos eodem die hoſtes, dein cives habuerit.* Gruterus: ita Cicero pro Cornelio Balbo cap. 13. *Romulus fædere Sabino, docuit etiam hoſtibus recipiendis augeri hanc civitatem oportere.* de hac ipſa haud dubie hiſtoria Varro tertio Humanarum; *Poſtea cum his una Rempubl. conjuncti & congerminati*, (quod tamen neſcio quomodo verbo *congermaneſcere* ſubjungatur apud Nonium) tenuere. An pro *congerminati* ſcribendum *congermariti*?

SALMASII.

Novam in urbem hoſtes demi-

demigrarent, & cum generis ſuis avitas opes 15 pro dote ſociarent. Auctis brevi viribus, hunc rex ſapientiſſimus ſtatum Reipublicæ impoſuit: juventus diviſa per tribus, in equis & in armis ut ad ſubita belli excubaret: conſilium Reipublicæ penes ſenes eſſet, qui ex auctoritate *Patres*, ob ætatem *Senatus* vocabantur. 16 His ita ordinatis repente, quum concionem ha-

grarent] Uterque ſcriptus Jordanis: *hoſte demigrarent*, quod neſcio quid ſit. ſed legendum: *hoſtes*. quidam etiam: *novam in urbem hoſtium demigrarent*. quod placet magis. ſed quomodo hoſtes pace jam facta & fœdere percuſſo? forte legendum: *ut, relictis ſedibus ſuis, in novam urbem ſponte demigrarent*. Sed nihil mutandum nunc pronuntio.

15. *Juventus diviſa per tribus, in equis & in armis*] Et hic quoque agmen producemus variantium lectionum, quas prætermittere non potuimus. Vinetus adnotat ex ſuis, *diſperſa*, pro *diviſa*. Sed melius, *diviſa*, uterque Palatinus. iidem libri: *& in equis & armis ad ſubita bella*. Nazarianæ membranæ: *in equis & armis ut ad ſubita bella excubaret*. Sic in ſcriptis Jordaneis, omnes, *ſubita bella*, non *belli*. legi in quodam loco apud Tacitum, *Subita belli*. Horatius: *& acuta belli*. Recte igitur ita repoſueris, cum lectione Nazariana: *Juventus diviſa per tribus in equis & armis, ut ad ſubita belli excubaret*.

16. *His ita ordinatis, repente*] Nazarii liber: *quum repente concionem haberet*, & uterque Palatinus. minus tamen, ſi quid judico, recte.

FREINSHEMII.

15. *Juventus*, &c.] Lectionem Gruteri quam ex optimo codicum Nazariano habet, recipi placuit. diſcrepantes vide in variis.

Patres] Varias hujus appellationis cauſas afferunt Salluſt. Catil. 6. 5. Dionyſ. 2, 8. Plut. Rom. 18. Rutil. itin. 1, 158. mihi potiſſima videtur, quam idem Plutarchus adducit, ita dictos, ut admonerentur ipſi, patria cura & ſollicitudine complectendos inferiores: plebeii vero, amandos & obſervandos eſſe ad inſtar parentum, quo etiam reſpectu principem, *patrem patriæ appellavimus, ut ſciret datam ſibi poteſtatem patriam, quæ eſt temperatiſſima, liberis conſulens, ſuaque poſt illos ponens*. Seneca de clem. 1, 14. Similem rationem cur Græci Reges ἄνακτας vocaverint, reddit Plutarchus Theſeo c. 38. Ab hac appellatione, *orba Reſp.* Senatu deſtituta. Juſtin. 21, 4, 3. *Pater patriæ*, infr. 4, 12, 66.

Senatus] Cicero in Catone cap. 6. Plutarch. an ſeni ſit gerenda Reſpub. ita Lacedæm. Senatum Lycurgus *Gerontes*, Apollo *Presbygeneas* appellavit. Iidem ibidem. *Carthaginienſes Seniores* leguntur apud Livium 34, 60, 13. Pertinent huc, quæ notantur infra. 1, 16, 10.

SAL-

Digitized by Google

haberet ante Urbem, apud Capreæ paludem, è conſpectu ablatus eſt. Diſcerptum aliqui à 17
ſenatu putant ob aſperius ingenium: ſed oborta tempeſtas ſoliſque defectio conſecrationis ſpeciem præbuere: cui mox Julius Proculus fidem 18
fecit, viſum à ſe Romulum affirmans, auguſtiore

SALMASII.

Apud Capreæ paludem] Meliores & antiquiores libri: *Capræ.* Græcis etiam αἰγὸς λίμνη dicitur. αἲξ enim Capra eſt, non caprea, ſed utrumque tamen, & *capræ* & *capreæ paludem* apud veteres dici non ignoramus. Jordanis codices ſic habent: *Capræ paludes*, quod non caret ratione. Sic αἰγὸς ποταμοὶ, cum ſit unicus fluvius. Latine *Capræ fluvius*, aut *Capræ fluvii*.

18. *Cui mox Julius Proculus*] Quidam: *cui Julius mox Proculus*.

VARIORUM.

16. *Capreæ*] Recte: quamvis Palat. prim. & ſecund. *Capræ.* nam utrumque Latinis in uſu; certe utrumque invenitur in Mss. itaque minus recte illi, qui in poſtremis editionibus Suetonii, mutarunt verſum illum Tib. 45, 4. *Hircum vetulum capreis naturam ligurire*, minus, inquam, recte, qui maluerunt litera minus *capris.* certe à *caprea capreolus*. Gruterus.

17. *Conſecrationis ſpeciem præbuere*] Idem dicit Dionyſius dicto loco. Obſervatione dignum, ter Solis defectum in unius Romuli hiſtoria notatum eſſe. 1. quo die conceptus dicitur. 2. natali urbis die. 3. quum in vivis Romulus eſſe deſiit. *Stadius.*

FREINSHEMII.

17. *Diſcerptum*] Romuli interitus varie ſcribitur. Lege Valerium Maximum 5, 3, 1. Ciceronem 1. de ll. Auguſtinum 3, 15. Civit. Ovid. Faſtor. 2. 491. Item ceteros. Modum novum ex Ariſtobuli ſententia ponit Plutarchus in Parall. cap. 32. *Camers.* Vide etiam Dionyſium 2, 57.

18. *Julius Proculus fidem fecit*] Livius 1, 16, 5. Lactantius 1, 16. Cicero princ. librorum de ll. Dionyſ. 2, 64. f. Similia legas apud Sueton. Aug. 100, 9. Senec. princ. ἀποκολοκ. Dionem lib. 59. de morte Druſillæ. Item in ſupplem. Curt. 10, 4, 31. de Hephæſtione. Ad quorum imitationem cuivis veterum comparandus Barclaius Arg. lib. 3. in narratione Seleniſſæ de Theocrine. *Sed non hactenus ſtetit ludibrium. Quidam miles ſive adulatione, ſive inſania motus. Quæ autem illa ſpecies, inquit, quam in ſumma arce vidi, cum ex caſtris exciti primum ſumus?* & reliqua quæ ſequuntur. Quadrat huc Taciti locus H. 1, 34, 3. *Vagus primum & incertus rumor: mox, ut in magnis mendaciis interfuiſſe ſe quidam & vidiſſe affirmabant.*

Auguſtiore forma] Sive mendacium hoc hominis fuit, ſive etiam fraus dæmonis. Quemadmodum *bello Latino, diabolus in ſpecie viri majoris & auguſtioris, quam pro humano habitu apparens, victoriam Romanis pollicitus*

 eſt,

Digitized by Google

re forma, quam fuiſſet: mandare præterea, ut ſe pro numine acciperent: *Quirinum* in cœlo vocari placitum diis. Ita gentium Roma potiretur.

CAP.

eſt, ſi ſe conſul pro exercitu devoveret. Dreſſerus millen. 4. pag. 449.

Quirinum] Rationes appellationis hujus varias affert Ovidius Faſtor. 2, 477. ſive à genere haſtæ, ſive à Curibus, ſive à Quiritibus, quos tamen ab ipſo nomen accepiſſe putat Juſtinianus §. 2. Inſt. de J. N. G. & C.

Diis, ita] Diſtinctionem hanc menti auctoris convenire putamus, *ita*, hoc eſt, ſi hoc fecerint, ſi ſe pro numine acceperint, ſicut apud alios auctores paſſim occurrit *ſic*. ut Ovidius libr. 2. amor. eleg. 13. verſ. 12.

Sic tua ſacra pius ſemper Oſiris amet.

Idem epiſt. 20. verſ. 3.

—*Diſcedat ſic corpore languor ab iſto.*

Tibullus 2, 5. fin.

—*Sic tibi ſint intonſi, Phœbe, capilli*
Sic tua perpetuo ſit tibi caſta ſoror.

& alia complura, quanquam nec illa diſtinctio *diis ita plac.* inepta eſt, & loco Taciti 13, 56, 1. juvatur. *Id diis quos implorarent placitum, ut arbitrium penes Rom. maneret, quid darent, quid adimerent, neque alios judices, quam ſeipſos paterentur.*

SALMASII.

Placitum diis ut gentium] Antiqua lectio in Nazariano: *placitum deſiſtat. gentium Roma potiretur.* alter Palatinus: *placitum diis, ita gentium Roma potiretur.* omnino legimus, *placitum diis ita, gentium Roma potiretur.* Sic loquitur noſter paulo ſupra: *Jovem oraret, fœdam ſuorum fugam ſiſteret.* & ita multis in locis, quæ tædii fugiendi gratia adnotare ſuperſedeo, lector autem diligens non omittet. Sed, quod me penè effugerat monere, habetur & alia lectio in poſteriore Palatino: *Quirinum cælo vocari placitum, & ut gentium Roma potiretur*, ut hinc diſcamus nunquam defuiſſe, qui ludum putarent bonos auctores corrumpere. *de hi* pro *dii* vel *dei* fere ſemper in illis optimis ſchedis ſcriptis obſervavimus. quæ eſt ſcribendi antiqua valde conſuetudo, vitioſa tamen, ſic, ut Quintilianus lib. 1. notat, apud antiquos tragœdiarum ſcriptores in veteribus libris inveniebatur *mehe* pro *mea*.

Nu-

Digitized by Google

CAP. II.

De Numa Pompilio.

SUccedit Romulo Numa Pompilius: quem 1
Curibus Sabinis agentem, ultro petivere,
ob inclytam viri religionem. Ille ſacra, & cære- 2
monias

1


2


Numa Pompilius] *Ejus facies è Calpurniæ gent. denario apud* Oyzel. cxii. Tab.

VARIORUM.

NUma dictus ἀπὸ τῶν νόμων, hoc eſt, à legibus quas inſtituit. Numæ geſta ſcribunt Livius, 1. 18. & ſeqq. Plinius (ſive Victor eſt) de vir. illuſtr. cap. 3. Solin. cap. 2. Ruffus de vita regia. Eutrop. 1. 1. Oroſ. in 2. Agell. Valerius Maxim. 1. 2. 1. Lactantius, 1. 22. Plinius, 13. 13: 14. 12. 18. 29. Auguſtinus de Civit. Dei, 2. 16: 3. 9: 11. 15: 7. 35: 18. 24. Plura Ovid. Metam. 15. fab. 44. Virg. Æn. 6. 808. Plura Plutarch. in vita Numæ, & Dionyſ. 2. 59. *Camers.*

1. *Curibus*] Sabinarum urbium hæc tunc opulentiſſima, parvulus vicus Auguſti Cæſaris temporibus. Strabo lib. 5.

Ancilia] *Quæ in Ant. Pü. N. apud* Oyzel. cxi. Tab.

FREINSHEMII.

2. ILle *ſacra*] Omnia quæ ad divinum cultum ſpectabant, Numa in octo partes diſtribuit. Primi erant *Curiones*, qui pro curialibus rem divinam faciebant. Secundi *Flamines*, quos à geſtatione pileorum, quæ flammea dicebantur, ita nominabant. Alii à filo derivant, quaſi filamines. Tertio erant *Tribuni Celerum*, qui deſignari ſolebant, ut regum ad bellum euntium ſatellites & cuſtodes. Quarto ordine erant *Augures*, qui non avium tantum, ſed ſigna omnia divinitus miſſa interpretabantur. Quintus ordo habebat *Virgines Veſtales*, quæ ſacri ignis cuſtodes erant. Sexto loco habebantur *Salii*, qui ſaltatione

 & cho-

monias, omnemque cultum deorum immortalium docuit: ille Pontifices, Augures, Salios, ceteraque P. R. ſacerdotia; annum quoque in duodecim menſes, faſtos dies nefaſtoſque deſcripſit. 3 Ille Ancilia atque Palladium, ſecreta quæ-

& choreis laudabant deos armorum præſides. Septima in claſſe *Feciales* locabantur. Horum officium erat 1. ut cura gereretur, ne P. R. ulli fœderatæ civitati bellum injuſtum inferret. 2. Ut cognoſcerent, ſi qui fœderatorum ſe à Romanis injuriam paſſos dicerent, an id jure dicerent. 3. Ut imperatorum delicta contra jusjurandum ac fœdera commiſſa expiarent. Ultimo & octavo numero habebantur *Pontifices*. Hi à ponte ligneo ſeu ſublicio reficiendo dicti, de cæremoniis ac religione cognoſcebant, leges ferebant de ſacris, quæ non erant ſcripta, aut moribus P. R. recepta. Sacerdotes examinabant, ipſi nulli judicio mulctæve erant obnoxii, neque ſenatui, neque populo dictorum factorumque rationes reddebant. Pontanus ex Dionyſio 2, 65. & ſeqq.

SALMASII.

2. AUgures, *Salios, ceteraque ſacerdotia*] Reperit in ſuis libris accuratiſſimus Vinetus: *ceteroſque per ſacerdotia.* & ita in editione ſua legi voluit, ex quo cognoſcimus quales fuerunt ejus ſcripti codices, & quam vetuſti. Nam ita duo recentiores Palatini legebant, vix ante trecentos annos exarati. Sed vir diligentiſſimus & doctiſſimus lectionem quam primus in novam editionem intrudebat, debuit explanare, cujus mentem, qualis ſit, me non aſſequi profiteor. Nazarianus, omnium facile optimus ac vetuſtiſſimus, habet: *ceteraque per ſacerdotia.* Unde facio: *ceteraque populi Romani ſacerdotia.* Scriptum erat compendio notarum: PR. Ex quo fecerunt, *per*. Nihil æque tralaticium.

Annum quoque] Jordanei veteres: *annumque.* iidemque mox legunt: *faſtos nefaſtoſque.* perperam.

FREINSHEMII.


Annum quoque] De hac re vide Macrobium, 1, 13; Plutarchum in Numa cap. 32: Cenſor. cap. 20: Solinum. cap. 1: Ovid. Faſtor. 1. verſ. 43.

3. *Ancilia*] Ancile vocatur ſcutum breve & rotundum: de quo Virg. *Læva ancile gerebat. Ancylia* per y ſcribit Plutarch. Numa, c. 25. & appellata ita adjicit, quoniam ἀγκύλον τὸ σχῆμα ποιεῖ, *curvam figuram faciunt.* Ceteras derivationes vide ibid.

Palla-

quædam imperii pignora, Janumque geminum,





Palladium] *Duo hic elegantiores N. N. In altero eſt Æneas patrem gerens dextra manu, ſiniſtra vero Palladium: In altero eſt Roma ſtans, innixa tropæo, quæ & ipſa ſiniſtra manu Palladium fert.*

Palladium] Erat hoc ſimulacrum Palladis, quod Æneas poſt excidium Trojæ à Diomede acceptum aſportaſſe in Italiam dicitur. Quem ideo *penatigerum* vocat Ovidius Metam. 15, 450. Quamvis alios, bello Mithridatico à Fimbria repertum, auctores eſſe Servius ait, ad Æn. 2, 166. Aliorum denique alia eſt ea de re ſententia. Vide Dionyſ. 2, 77. Hinc ille nummus, Pontano teſte, cum Veſtæ templo, in quo Palladium Romæ ſervabatur. In eodem nummo Æneas fingitur Anchiſen patrem humeris portans, & manu dextra tenens hoc palladium, ſiniſtra filium Iulum: Hoc vero *Palladium, quod occultum Romani neminique videndum colebant, Heliogabalus in cubiculum ſuum tranſtulit.* Herodianus 5, 15. quamvis Lamprid. in vita ipſius cap. 6. *non verum imaginem abstuliſſe, ſed ex pluribus, quæ ad ſimulacrum illud effictæ erant, aliquam,* afferat. Poſſet autem Romanis hoc loco objici quod à Strabone lib. 6. Heracleotis. *At multo etiam protervius eſt ea ab Ilio allata fabulari, quæ ſcriptores ponunt. Nam & Heracleæ, & Lavinii, & Luceriæ, & Siritide Minerva habetur Iliaca, quaſi ab Ilio allata.* Item Athenis. Vide Pollucem lib. 8. cap. 10.

SALMASII.

3. *Janumque geminum*] In Jordane: *bifrontem.* Non longè: *ad ſimulacrum cœleſtium ſiderum.* Ita habent quantum eſt ſcriptorum librorum, quod & viri docti annotare non omiſerunt, & diu eſt quum recipi debuit. Poſt paulò codices Jordanis habent: *flamma vigilaret*; aut *flammas invigilaret.* Sed, *vigilaret*, retinemus.

FREINSHEMII.

Imperii pignora] Fata appellat Plautus Bacchid. 4, 917. quibus nempe manentibus ſalus populi ſalva eſſet. Ejuſmodi ſeptem recenſet Servius ad Æn. 7. 188. & ſunt: *Acus matris deûm, Quadrigæ fictiles*, (de quibus Plinius 28, 2. & 35, 12. *Veientorum cineres, Oreſtis ſceptrum Priamive, Ilione, Palladium, Ancilia.* Sic Cicero pro Sext. cap. 8. *Supercilium* Piſonis *Reipub. pignus* illudens appellat.

Janus

num, fidem pacis ac belli: in primis focum Veſtæ virginibus colendum dedit, ut ad ſimulacrum cœleſtium ſiderum cuſtos imperii flamma vigilaret. Hæc omnia quaſi monitu Deæ Ege-

4



5



Janus geminus] *Qui ex* Oyzelio, cxiii. Tab.

F R E I N S H E M I I.

Janumque geminum] Cauſas hujus conſuetudinis docui ex ſententia Macrobii, Servii, Silii, Naſonis, in annotationibus noſtris in Claudianum de laud. Stilic. 2, 287. Virgil. Æneid. 7, 609. Idem ſcribit Florus infra 2, 3, 1. & 4, 12, 64. Auguſtin. Civit. 3, 9. *Camers.* Vide etiam Plinium 34, 7. & Servium Æn. 1, 298. Item Varron. de lingua Lat. lib. 4. ubi leg. *ut ſit aperta.* (ſic bene liber vetus Turnebi) *ſemper, niſi cum bellum ſit nuſquam. Traditum eſt memoriæ, Pompilio Rege fuiſſe opertum &c.*

Focum Veſtæ] Vult, ſicut ſidera æternùm lucent, ſic debere, virginum aſſidua cura atque opera, hunc ignem. Lipſius de Veſta cap. 8. ubi vide plura, qualia ſolent

Pacis ac belli] *Jani templum, pace parta clauſum, cerne in Neronis N. apud* Oyzel. cvii. Tab.

apud Lipſium. Plutarch. Rom. c. 41: & Dionyſ. 2, 66. a Romulo inſtitutas Veſtales referunt, ut Veſtæ ſacra curarent, & ignem ejus cuſtodirent. Vide & Ovid. Faſt. 6, 248. & ſeqq.

Flamma vigilaret] Statius Sylv. 1, 36.

— an tacita vigilet face
Troicus ignis.


V A R I O R U M.


Fidem pacis & belli] Scilicet, quia belli tempore portæ ejus patent; pacis vero, clauduntur. hinc Janus Cluſius, hinc Patulcius S.

Focus

Digitized by Google

Egeriæ, quo magis barbari acciperent. Eò de- 4
nique ferocem populum redegit, ut, quod vi
&in-

6


7


Focus Veſtæ] *F. Fauſtinæ matris N. apud* Oyzel. xlvi. Tab. *Veſtæ verò templum, è Neronis, apud* Oyzel. Tab. cit.

8


9


Virginibus] *Virgo Veſtalis Palladium tenens, cernitur in Julia Sev. N. apud* Oyzel. xlvi. Tab. *At Virgines Veſtales ſacra facientes, in ejuſdem Juliæ N. apud* Oyzel Tab. cit.

FREINSHEMII.

4. *Egeriæ*] De Egeria præter alios Ovid. Faſtor. 3, 260. & Metam. 15, 482. Auguſtin. Civit. 7. cap. ult. Lactant. 1, 22. Cicero 1. de legib. Acron. 2. Epiſt. Horat. Camers. Similia recenſent, Valer. Maxim. 1, 2, Dionyſ. 2, 62. Plutarch. Numa cap. 8. Diodor. 1, 94. Nicolaus Damaſcenus in excerpt. Valeſ. pag. 525. Maxim. Tyrius diſſertat. 21. p.

Barbari] Appellat ita, quod rudes & feroces fuerint, nullis cultioribus inſtitutis mitigati, quod noſter tangit infr. 1, 22, 1. & Dionyſ.

& injuria occupaverat imperium, religione atque juſtitia gubernaret.

nyſ. 3, 26. ſive quod ex Barbaris hoc eſt, non Græcis orti. Qua ratione Plautus, *Marcus vertit Barbare* in Prologis Aſinariæ & Trinummi: item Captivis, 4, 2, 114. *Quid tu per barbaricas urbes juras?* cum Italas nominaſſet: & in ejuſdem Pœnulo 3, 2, 21. *Barbariam* pro Italia accipiunt: Dionyſius tamen Romanos à Græcis ortos aſſerit, 4, 31. hoc argumento, quod literis Græcis ſcripta columna in Dianæ fano locata fuerit tempore Regis Tullii. Cujus tamen fidem elevat Cæſar de bell. Gallic. 6, 14. qui Græcas literas in uſu fuiſſe ſcribit apud Gallos, quos tamen nemo facile à Græcis deduxerit.

Ut quod vi & injuria] Hanc plerorumque, fere dixerim omnium, magnorum imperiorum originem eſſe facile videbunt res ex vero æſtimantes, ut ridicule facere videantur, qui ab aliis majorum ſuorum acquiſita, ab aliis iterum perdita, longo poſt intervallo, quaſi jure repetunt, ſicut apud Tacitum 6, 31, 3. Artabanus Parthus *Veteres Perſarum ac Macedonum terminos, repoſcit*: & apud Herodian. 6, 6. Artaxerxes Perſa, omnem Aſiam, *ceu veterem Perſarum poſſeſſionem ſibi vindicat.* Sapor etiam apud Marcell. 17, 10. Conſtantino Imp. ſcribit in hæc verba: *Aduſque Strymona flumen, & Macedonicos fines, tenuiſſe majores meos, antiquitates quoque veſtræ teſtantur: hæc me convenit flagitare.* Adde noſtrum infra 2, 8, 7. Bodin. de Repub. Tac. 5, 26, 3. Sic de Peruvianis Pietro de Cieca in Chronic. de l. Peru 1. 117.

CAP. III.

De Tullo Hoſtilio.

1 EXcipit Pompilium Numam Tullus Hoſtilius: cui in honorem virtutis regnum ultro

SALMASII.

1. CUi *in honorem virtutis*] Scripti Jordanis mendoſiſſime heic legunt: *cujus honorem virtutis*, & ſuprà eadem manu correctum: *ob honorem.* Quod non procedit.

FREINSHEMII.

1. IN *honorem virtutis*] Auctor de vir. illuſtr. cap. 4. *quia bonam operam adverſus Sabinos navaverat.* At quomodo potuit, ſi ſub Numa duorum & quadraginta annorum pax fuit? Sed de avo ejus id referunt Livius & Dionyſius, ut ita non tam in honorem ſuum, qui avitæ virtutis regnum accepiſſe videatur: licet adeptum poſtea præclare adminiſtraverit.

VARIORUM.

VItam Tulli Hoſtilii regis ſcribunt Livius, 1. 22. Dionyſ. 3. Eutropius, 1. 6. Oroſius, 2. 4. Victor de vir. illuſtr. cap. 4. Valer. Maxim. 3. 4. 1: 7. 4. 1: 9. 12. 1. Plinius, 2. 35. 28. 2. Auguſtinus Civit.

Digitized by Google

tro datum. Hic omnem militarem diſciplinam, artemque bellandi condidit. Itaque mirum in 2
modum exercita juventute, provocare auſus Albanos, gravem & diu principem populum: ſed quum pari robore frequentibus præliis utri- 3
que comminuerentur, miſſo in compendium bello, Horatiis Curiatiiſque, tergeminis hinc atque inde fratribus, utriuſque populi fata per-

I



Tullus Hoſtilius] *Qui in Hoſtilia gentis N. apud* F. Urſinum.

Civit. 3. 15. Ruffus. Virgil. Æn. 6. 813. *Camers.*

S A L M A S I I.

3. *Horatiis, Curatiiſque*] Nazarianus: *Curiatiiſque.*

Utriuſque populi fata commiſſa ſunt] Nazarianus & Jordanis Codices: *fata permiſſa ſunt.* Haud paulo melius.

F R E I N S H E M I I.

Hic omnem, &c.] An non ante eum Romulus? haud dubie, quomodo ergo hic *omnem militarem diſciplinam condidiſſe* dicitur? *Condere* igitur Floro eſt perpolire, corrigere, & quaſi ex integro reſtituere, ſicut Ecbatana Seleucus condidiſſe dicitur apud Plin. 6, 14. gentem Tyriorum Alexander apud Juſtin. 18, 4, 1. imperium Carthaginienſium Mago apud eundem, 19, 1, 1. ita Auguſtinus *faciendi* verbo utitur, ubi templum Jovis Feretrii feciſſe dicit; in monumento Ancyrano.

2. *Principem populum*] *Princeps populus* eſt, qui reliquis plus poteſt polletque. hoc ante Romanos in Italia Albani erant, *diu*, CCCC. nempe per annos. Servius ad Æn. 1, 276. Nam quod Virgilius, & Juſtinus 43, 1, 13. CCC. duntaxat mentionem faciunt, hoc eſt, uſque urbem conditam.

SAL-

Digitized by Google

4 permiſſa ſunt. Anceps & pulcra contentio;
exituque ipſo mirabilis. Tribus quippe illinc
vulneratis, hinc duobus occiſis, qui ſupererat
Horatius, addito ad virtutem dolo, ut diſtra-
heret hoſtem, ſimulat fugam: ſingulosque,
5 prout ſequi poterant, adortus exuperat. Sic
rarum alias decus manu parta victoria eſt: quam
ille mox parricidio fœdavit. Flentem ſpolia
circa ſe ſponſi quidem, ſed hoſtis, ſororem
viderat. hunc tam immaturum virginis amo-
rem ultus eſt ferro. Citavere leges nefas: ſed
abſtulit virtus parricidam: & facinus intra glo-
6 riam fuit. Nec diu in fide Albanus. Nam Fi-
denate bello miſſi in auxilium ex fœdere, me-
dii

SALMASII.

4. *Ad virtutem dolo*] Alter Palatinus: *ad virtutes.*

5. *Sic (rarum) unius manu parta victoria*] Ita in vetuſtiſſima editione legi, præſtantiſſimi viri teſtantur, niſi quod *verum* eam habere dicant pro *rarum*. Scripti libri cum reliquis editionibus: *rarum alias decus*. nec temere ullum vidimus ſcriptum codicem, niſi in hac lectione retinenda conſentientem. Vetuſtiſſimi etiam Jordanei: *Sic rarum alius decus*. *Alius* pro *alias*. in hoc auctore ita emendavimus paulo infra, lib. II. nam in Longobardico caractere *u* & *a* confunduntur. vidimus qui legeret: *Sic (rarum alias) de Curiatiis manu parta victoria eſt*. abſurdè & ineptè. Legendum: *Sic rarum alias decus, unius manu parta victoria eſt.*

Citavere leges nefas] Quis de hac lectione dubitet? pro ea tamen portentum eſt in vetuſtis Jordanis libris: *ultus eſt ferro quod auderet leges nefas*. exerceant ſe, quibus otium ſuum id poteſt concedere. Nobis ut malè otioſis eſſe non licet, ita nec occupationes noſtras male collocare.

6. *Nam Fidenate bello miſſi*] *Miſit in auxilium & fædere*. ita vetus Nazarianus & Jordanei. mendoſe prorſus.

FREINSHEMII.

3. *Permiſſa*] Ita Pal. pr. Gruteri, veteres Salmaſii, & Jordanes hactenus editi, *commiſſa*. rem ipſam quod attinet, ſimilia exempla collegit Zwingerus theatri hiſtor. vol. 8. lib. 4. pag. 2113. Quare apud Pauſaniam quoque legitur lib. 5. in hiſtoria Oxyli, & in lib. 3. rer. Vienn. Lazii pag. 91. de Friderico II. Duce Auſtriæ. De talibus quid ſentiant JCti, lege apud Ferdin. Vaſqu. quæſt. illuſtr. lib. 1. cap. 40. Ayalam de Jure & officiis bellicis lib. 1. cap. 3.

6. *Miſſi in auxilium*] Sic apud Tacitum, 3, 41, 3. bello Sacroviriano

Digitized by Google

dii inter duos expectavere fortunam. Sed rex 7
callidus, ubi inclinare ſocios ad hoſtem videt, tollit animos, quaſi ipſe mandaſſet. ſpes inde noſtris, metus hoſtibus. Sic fraus proditorum irrita fuit. Itaque hoſte victo, rupto- 8
rem fœderis Metium Fufetium, religatum inter

ter

riano *quidam Galliarum primores tulere auxilium, quo diſſimularent defectionem, magiſque in tempore efferrent.*

SALMASII.

7. *Ubi inclinare ſocios*] Naz. *ſubinclinare ſocios.* male. alter Palatinus: *ſe ſocios ad hoſtem videt.* in altero: *etiam ſe ſuos.* ſed hæc levicula tædet chartæ mandare.

8. *Metium Fufetium*] Etſi properamus, ἐν παρόδῳ admonere non pigebit, *Mettum* heîc ſcribi, in optimis Nazarianis membranis, non *Metium*; & in antiquis Jordanis. quomodo etiam ſcribendum cenſeo apud Virgilium, illo verſu:

—— citæ Mettum in diverſa quadrigæ
Abſtulerant ——

& in illo Ovidii, à criticis exagitato:

Sic doluit Mettus, tunc cum in contraria verſus,
Ultores habuit proditionis equos.

Nam viri docti, qui perſuaſum habent, à Virgilio & Ovidio, propter verſum, *Metum* pro *Metium* uſurpatum fuiſſe, egregiè animi falluntur. *Metum* dixere veteres, & *Mettum*, *Metium* & *Mettium* pro eodem. ut, *Atius* cum ſimplici *t*, & cum duplici, *Attius*. *Metum* dixiſſe veteres, nihil melius probet, quàm ὑποκοριστικὸν *Metellus*. Nam ut à Marco, Marcellus, ſic à Meto, Metellus. Græcis Μέτος. ita ſemper apud illos ſcriptum reperies. Latinis Scriptoribus *Metum* aut *Mettum* frequentius, quam *Metium*, reperies. quod ſciunt ſatis, qui in pervolutandis membranaceis libris aliquid temporis contriverunt. Vide indicem luculentum inſcriptionum Gruterianarum.

Religatum inter duos currus] Vera eſt hæc lectio. alter Palatinus: *inter duos funes*. poſterior: *inter duos currus funes*. cave cenſeas, *currus* heîc eſſe patrii caſus. legendum enim: *Inter duos currus, funes*. Eſt varians lectio, quam juxta adſcripſit librarius, ut, qui vellet, eligendi poteſtatem haberet. inde eſt, quod in quoſdam libros propagatum fuit: *inter duos currus*, in alios, *inter duos funes*. de hoc librariorum & antiquariorum more, parum adhuc obſervato, dicemus infra idoneo magis loco; cujus rei ignorantia fecit, ut in multis auctorum locis reſtituendis multi hactenus impunè peccaverint, cum id non obſervaſſent. Videri fortean poſſet lectum olim fuiſſe aut legiſſe quoſdam: *religatum inter duos currus fune, pernicibus equis diſtraxit*. id eſt, fune religatum inter duos currus. Quam tamen Flori manum fuiſſe vix cenſeam.

FREINSHEMII.

Expectavere fortunam] Callido conſilio ducis, quod tamen ipſi in exitium vertit. Apud Livium, 31,

32. 4:

ter duos currus, pernicibus equis diſtrahit:
9 Albamque ipſam quamvis parentem, æmulam tamen, diruit, quum prius omnes opes urbis, ipſumque populum Romam tranſtuliſſet: prorſus ut conſanguinea civitas non periiſſe, ſed in ſuum corpus rediiſſe rurſus videretur.

CAP.

32, 4: *Democritus, Prætor Ætolorum, egregie conſultum genti aiebat; nam utrius partis melior fortuna belli eſſet, ad ejus ſocietatem inclinaturus.* Claudian. Metii hujus perſonam pulcre aptavit Gildoni de bell. Gild. verſ. 247: *Subſedit fluitante fide*, &c. Britannorum ſimilis actus, nec ipſe impunitus, refertur in Chronico Scotiæ Monipennii, ſub rege Ferguſia.

7. *Quaſi ipſe mandaſſet*] Hoc ipſum & ſimilia refert Frontin. ſtrategem. 2, 7. & de Datame Polyænus libr. 7. de hoc Sidon. Apollin. Carm. 2. verſ. 288. Vide noſtrum infra, 4, 2, 83. Et Frontin. 6, 16, 4.

SALMASII.

Pernicibus equis diſtraxit] Nazarii Codex: *diſtrahit*. Ita in Jordaneis. Alter Palatinus: *diſtrahitur*.

9. *Ipſumque populum Romanum tranſtuliſſet*] Manifeſtò legendum: *Romam tranſtuliſſet*. Perperam in Nazariano: *Romanum*.

FREINSHEMII.

8. *Diſtrahit*] Præter nominatos lege Agell. 20, 1. Valer. Max. 7. 4. Plutarch. Parall. cap. 7. Claudian. in Gildon. verſ. 254. Virg. Æneid. 8, 642. *Camers*. Varro primo de vita P.R.: *imperioſius, quam humanius*, egiſſe hoc facto Tullum dicit. Livius certe, 1, 28, 15: *ſupplicium exempli parum memoris legum humanarum* vocat. Id ſupplicii Herculem inveniſſe ferunt. Et ab Hermanarico, Gothorum rege, uſurpatum ſcribit Bonfin. dec. 1. lib. 2. Nec abſimile in Beſſum ſtatuit Alex.

9. *Quamvis par. æm. tamen*] Ita, ubi de imperio agitur, omnia alia inferiora ſunt, nec parentibus, nec filiis aliiſve ſanguine aut neceſſitudine junctis parcitur, quorum exemplis plenæ omnes hiſtoriæ. Vide Tacit. 12, 47, 7. Nam, ut ait Livius, 1. 42. 2, *invidia regni, etiam inter domeſticos, omnia invida atque infeſta facit.* nimis quippe alte infixum eſt animis hominum illud apud Sueton. Cæſ. 30. 9, Euripidis: *Nam ſi violandum eſt jus, regnandi gratia violandum eſt.*

SAL

CAP. IV.

De Anco Marcio.

ANcus deinde Marcius: nepos Pompilii, 1
pari ingenio. Hic igitur & mœnia muro 2
amplexus eſt, & interfluentem Urbi Tiberi-
num

SALMASII.

1. *NEpos Pompilii, pari ingenio*] Addit Jordanes: *Nepos Pompilii, ex filia.* Quod quidem verum eſt. Atque ita ſcripſit Florus. Idem Jordanes, pro *pari ingenio*, repoſuit *pravo ingenio.* id quoque prave. Pari ingenio cum Pompilio avunculo fuiſſe intelligit, quoad religiones ac cærimonias, quas inſtitutas per Numam, a proximo rege Hoſtilio bellatore intermiſſas vel abolitas, reſtituit. Vide Livium.

2. *Hic igitur & mœnia muro amplexus eſt*] Libri omnes veteres non agnoſcunt iſtud *hic.* Sed ita hunc locum concipiunt: *Igitur & mœnia muro amplexus eſt.* Quid ſit mœnia muro amplecti, quærere poſſent illi, qui putarent muros urbis, & mœnia, rem eandem eſſe. Non ita eſt. Mœnia heic quælibet ædificia appellat, ut ſunt, domus, & inſulæ urbis. Sic probatos auctores hanc vocem paſſim uſurpare alibi oſtendemus. Quod ait igitur, mœnia muro amplexum eſſe Ancum Marcium, de Janiculo id accipiendum, quod muro urbi conjunxit Ancus, ponte quoque ſublicio in Tiberi facto. Livius: *Janiculum quoque adjectum. Id non muro ſolum, ſed etiam ob commoditatem itineris ponte ſublicio, tum primum in Tiberi facto, conjungi urbi placuit.* Utrumque heic ſimul expreſſit Florus.

Interfluentem urbi] Jordanes in veteribus libris: *Influentem urbi.* Non quidem male, ſed non propterea ſollicitanda Flori germana lectio.

FREINSHEMII.

Quæ compendioſe hîc narrantur lege ap. Liv. 1, 32. Dionyſ. 3, 49. Eutrop. 1, 7. Oroſ. 2, 4. Victor, de vir. illuſtr. cap. 5. Ruffum. Solin. cap. 2. Auguſtin. Civit 3, 15. Euſeb. lib. temporum. Plinium, 31, 3. Claudian. in Gild. verſ. 109. Virg. Æn. 6, 815. Dictus autem *Ancus*, ἀπὸ τοῦ ἀγκῶνος, id eſt, à cubito, quem incurvum habuit. Servius eſt auctor, Æn. 6, 815. *Camers.* tales enim *Ancos* appellari Feſtus affirmat. Aliter Conſt. Manaſſes verſ. 1654. τὴν γὰρ ἀγκύλην τοῦ ποδὸς εἶχε πεπηρωμένην.

1. *Pari ingenio*] Nimirum ad pacis artes prompto, quali Numa fuerat: quanquam nec belli gloria caruerit, ſed *cuique ſuperiorum regum, belli paciſque & artibus & gloria par* fuerit, teſte Livio, 1, 35, 1.

2. *Et interfl.* &c.] Pontis hujus veſtigia hodieque Romæ extare, & incolis *ponte marmorato* vocari, teſtatur Paulus Merula, Coſmogr. part. 2. lib. 4. c. 22. ubi vide.

VARIORUM.

2. *Hic igitur & mœnia*, &c.] *Hic inter mœnia* legit Salmaſius, quid autem muro cinctum, oſtendit Livius, 1. 33. 8. Dionyſius, 3. 58. *Pontanus.*

num ponte commiſit: Oſtiamque in ipſo maris fluminiſque confinio coloniam poſuit: jam tum videlicet præſagiens animo, futurum, ut totius mundi opes & commeatus illo, velut maritimo Urbis hoſpitio reciperentur.

I



2



Oſtiam] *Oſtiam exhibet Trajani N. apud* Oyzel. cix. Tab.

Oſtiamque] Plurima huc facientia lege apud Merulam, d. lib. 4. cap. 19. & 21.

CAP. V.

De Tarquinio Priſco.

1 TArquinius poſtea Priſcus, quamvis tranſmarinæ originis, regnum ultro petens acci-

SALMASII.

1. R*Egnum ultro petens accipit*] Nazarianus, & Jordanei: *accepit*.

FREINSHEMII.

HIſtoriam regis hujus ſcribunt Livius, 1. 35: Dionyſius, 3. 59: Eutrop. 1. 7: Oroſ. 2. 4: Victor cap. 6, de vir. illuſtr.: Valer. Maxim. 1. 4. 1: & 3. 4. 2: Plinius, 33. 1, & 3: 35, 12: Lactant. 2. 1: Auguſtin. Civit. 3. 15. Lege Ruffum, Solinum, Euſebium. *Camers*. Vide etiam Suidam.

1. *Quamvis tranſmarinæ originis*] Patre nimirum Demarato Corinthio natus, cujus præter citatos Strabo libro 5. & lib. 8, meminit.

SAL-

accipit ob induſtriam atque elegantiam: quip-
pe qui oriundus Corintho, Græcum ingenium
Italicis artibus miſcuiſſet. Hic & ſenatus ma- 2
jeſtatem numero ampliavit, & centuriis tribus
auxit, quatenus Attius Navius numerum au-
geri prohibebat, vir ſummus augurio. Quem 3
rex in experimentum rogavit, *fierine poſſet,*
quod ipſe mente conceperat? Ille rem exper- 4
tus augurio, *poſſe*, reſpondit. *Atqui hoc*,
inquit, *agitabam, an cotem illam ſecare no-*
vacula poſſem? Augur, *Potes ergo*, inquit, &
ſecuit. Inde Romanis ſacer auguratus. Ne- 5
que

SALMASII.

2. *Quamvis Attius Navius*] Repone veterem lectionem, quam hactenus neminem ex ſuis libris deprompſiſſe mirum: *Hic & ſenatus majeſtatem ampliavit, & centuriis tribus auxit, quatenus Attius Navius numerum augeri prohibebat.* ita non ſolum libri ſcripti Flori, ſed & Jordanis. Quæ veriſſima eſt lectio. Grammatici diſtinguunt inter *quatinus* & *quatenus*. Hoc loco *quatenus* in propria ſignificatione ſumitur. ut enim *hactenus* pro huc uſque: ſic *quatenus*, quo uſque. Tarquinius Priſcus Senatum numero ampliavit, & centuriis tribus auxit. quam ad ſummam numerum augeri prohibebat Attius Navius. Hoc eſt, *quatenus*, quam ad ſummam, quo uſque.

Prohiberet, ſummus augurio] Scribitur in optimo Nazariano: *prohibebatur ſummus augurio.* Unde proclive eſt facere: *prohibebat vir ſummus augurio.* Hic autem Attius Navius augur, *Nevius*, & *Nævius*, cognominatur in antiquis Codicibus Flori ac Jordanis. Quam ſcripturam & alibi in vetuſtis monumentis reperi.

4. *Atqui hoc, inquit, agitabam*] Ita libri omnes Flori. In antiquis Jordanis ſcriptum eſt: *agituram.* Quod charactere Longobardico idem valet, quod *agitaram.* In iiſdem libris mox legitur: *Et augur, potes, inquit; & ſecuit.*

FREINSHEMII.

Græcum ingenium] Ita plane Seneca Nat. quæſt. 2. 50. 1: *Attalus noſter, egregius vir, qui Etruſcarum diſciplinam Græca ſubtilitate miſcuerat.* Sic intell. Tacitus de Livia, 5. 1. 5: *cum artibus mariti, ſimulatione filii bene compoſita.*

2. *Hic & ſen.* &c.] Ita veteres, teſtibus Grutero & Salmaſio, melius quam impreſſi. ſenſus eſt: rex tribus cum numero augere prohiberetur, conjectis in eaſdem centuriis auxit.

3. *Quem rex*, &c.] Referunt hoc Dionyſ. 3. 94: Livius, 1. 36: Cic. de divin. 1. 17: Lactant. 2. 7.

4. *Inde Rom.* &c.] *Romani nihil in bello ſine extis agunt, nihil ſine auſpiciis domi habent*, Cicero de divin.


que pace Tarquinius quam bello promptior. Duodecim namque Tuſciæ populos
6 frequentibus armis ſubegit. Inde faſces, trabeæ,

divin. 1. 43. Claudius etiam *ad ſenatum retulit, ſuper collegio aruſpicum, ne vetuſtiſſima Italiæ diſciplina per deſidiam exoleſceret*, Tacit. 11. 15. 1.

1



2



Faſces] *Faſces & duæ ſellæ curules, in Juliæ gentis denario, apud* Oyzel. xcvi. Tab.

Trabeæ] *In hoc nummo Imperatoris Claudii eſt eques trabeatus. Vide* Oyzel. iv. Tab. *In ſollemni tranſvectione, cum Idibus Martiis, ſedentibus in foro in ſella curuli Cenſoribus, quorum unus hic eſt expreſſus, equos ſua manu adducerent equites trabeis induti. Erat vero trabea ſimilis paludamento & chlamydi; vide Ruben. de lato clavo.* 1, 4.

FREINSHEMII.

6. *Inde faſces*, &c.] Cum Tarquinius Etruſcos novennali bello fregiſſet, hac conditione pacem petentibus dedit, ut ſe civitatum ſuarum principem agnoſcerent. Illi facile aſſenſi, principatus inſignia, quibus ſuos reges ornare conſueverant, ad eum detulerunt. Dionyſius, 3. 84. etiam Strabo lib. 5, teſtatur, ornatum triumphalem ac conſularem, omniumque adeo magiſtratuum, a Tarquiniis Romam fuiſſe tranſlatum. Alludit huc Silius Ital. 8. 486:

Biſſenos hæc prima dedit præcedere faſces, &c.

& Salluſt. Catil. 51. 33: *Inſignia Magiſtratuum ab Tuſcis pleraque ſumſimus*. Adde Symmach. epiſt. 3. 5.


Faſces] Magiſtratuum majorum inſignia : quæ ipſis a lictoribus præferebantur. His autem Romulum etiam uſum eſſe, Livius, 1. 8. 2. innuit. Euſebius autem in Olymp. 26, Tullum Hoſtilium, primum Rom. regum faſces habuiſſe aſſerit, Vid. Æl. Hiſtor. animal. 10, 22, 2.

Trabeæ] Togæ ſpeciei ex purpura & cocco, Iſidorus lib. 19. qui Romulo tribuit inventionem ejus;

beæ, curules, anuli, phaleræ, paludamenta, præ-

jus; & firmat Plinius, 9. 39. Cedrenus etiam Numam trabea uſum ſcribit, non longe à principio.

3



4



Curules] *Sellæ curules binæ, quibus laurea ſunt impoſitæ in nummo Antonii; apud* Oyzel. xcvi. Tab.

Paludamenta] *Imperator paludamento indutus, porrecta manu exercitum adloquens in Nummo Galbæ; apud* Oyzel. lxxxix. Tab.

FREINSHEMII.

Curules] Sellas curules ab Etruſcis ſumptas etiam Livius auctor eſt, 1, 8, 4. Macrob. Saturn. 1, 6. Tullum regem accepiſſe ſellam curulem ab Etruſcis memorat. Erat autem ſella, qua ſedebant Coſſ., Prætores, Ædilium etiam qui inde Curules dicebantur. *Senatores enim qui curulem magiſtratum geſſiſſent, Baſſus dicit, curru ſolitos honoris gratia in curiam vehi, in quo curru ſella eſſet, ſupra quam conſiderent, quæ ob eam cauſam curulis appellaretur.* Agell. 3, 18. Erat autem ea ſella eburnea, indeque Horatio *curule ebur* dicitur, in Epiſt. 1. 6. 52:

Cuilibet hic faſces dabit, eripietque curule
Importunus ebur.

Anuli] De anulorum origine, & apud Romanos uſu, prolixe Plinius, 33, 1. ubi vide. Atque ab initio quidem, triumphantes tantum, nec hi quidem omnes, aureis utebantur. mox ad equeſtrem ordinem devenere: vilioribus geſtare non licebat. apud Livium 23,12,2. bello Punico ſecundo, dicit Mago: *neminem niſi equitem, atque eorum ipſorum primores, id gerere inſigne.* Adeoque proprium hoc equitibus ornamentum erat, ut qui a Principe anulo aureo donarentur, in ordinem equeſtrem allecti intelligerentur. ita apud Tacit. H. 1, 13, 2. H. 2, 57, 5. Sueton. Cæſ. 37. 2: & 39. 5. & Vitell. 12, 4. Hinc auctor infra, 2, 6, 31. *dignitatem equeſtrem*, pro anulis poſuit. Inferioribus ſeculis ingenuitatis nota erat; quique jus illud adepti erant, ut ingenui habebantur. l. 4. cum ſeqq. de jur. aureor. anulor. l. 10. §. 3. de in jus voc.

prætexta; inde, quod aureo curru, quatuor equis

SALMASII.

6. *Paludamenta, prætexta*] Veteres quidam: *prætextæ*.

Inde quod] Vetus editio habet: *Indeque aureo curru quatuor equis triumphatur*. Quod non bene probat vir eruditus, etſi adſtipulantes habeat hæc lectio ambo Palatinos. Rectius Nazarianus: *Inde quod*. Paulo poſt ad finem hujus capitis veteres addunt libri: *ſumpta ſunt*. Idque rejiciendum non eſt. *Togæ pictæ, tunicæque palmatæ, omnia denique decora & inſignia, quibus imperii dignitas eminet, ſumpta ſunt*. Nempe inde ſumpta ſunt.

FREINSHEMII.

Phaleræ] Ornamenta equorum, quibus inter dona militaria, equites ob rem bene geſtam donabantur. exempla apud Livium, 39, 31, 14. Plin. 7, 28. ubi Siccium phaleris viginti quinque donatum ſcribit.

Paludamenta] Hæc appellatio ad varias veſtes extenditur; propria tamen eſt imperatoriæ. ita noſter infra, 4, 2, 59. Græci, φοινικίδα ſæpius appellant. Appianus de bell. Parth. de Craſſo, οὐχ, ὥσπερ ἔθος ἐστὶ Ῥωμαίων στρατηγοῖς ἐν φοινικίδι προελθεῖν & totidem verbis Plutarch. Craſſo, cap. 42: *Non, ut moris erat Romanis imperatoribus, purpurata proceſſiſſe*. Et de Antonio idem Appianus eodem lib. ἐν τῇ στρατηγικῇ φοινικίδι προελθών, *in imperatoria purpura prodiit*. Tali enim colore differebant à ſagis vulgaribus. Inde *Coccum Imperatoris dicatum paludamentis*, ait Plinius, 22, 2. Effigiem Imperatoris paludati exhibet Lipſius de Mil. Roman. fine libri ſecundi.

Prætexta] Hac etiam Hoſtilium uſum ſcribit Plinius, 9, 39. Livius, 1, 8, 4. nihil aliud quam ab Hetruſcis ſumptam. Macrobius originem prætextarum Romæ, etiam ab Hoſtilio acceſſit, Saturn. 1, 6. ita dicta eſt, quod purpura eſſet prætexta, qualem etiam Juſtiniani adhuc tempore in uſu fuiſſe, colligere liceat ex §. 26. Inſtit. de rerum diviſ. Porro prætextis utebantur *in magiſtratibus, in ſacerdotiis, liberi quoque eorum prætextis purpura togis* (unde *prætextati* vocabantur, ut infra, 2, 6, 10.) *utebantur, magiſtratibus in coloniis, municipiiſque, Romæ infimo genere magiſtris vicorum togæ prætextæ habendæ jus permiſſum erat*. Livius, 34, 7, 2.

Inde quod aureo curru, &c.] Triumphus honor eſt omnium ampliſſimus, qui vel Senatus auctoritate, vel populi juſſu, deferri poterat illi, qui imperium acceptum cum virtute feliciter geſſerat. Hujus vero apparatus, pompaque variata fuit pro Reipublicæ incremento, & rerum geſtarum magnitudine. Quis primum apud Rom. triumphum egerit, inter ſcriptores non convenit. Plutarchus Romul. cap. 27, contendit à Romulo inſtitutum pedeſtrem, ſed a Priſco curulem, hoc eſt, ut *aureo curru, quatuorque equis* triumpharetur, eumque triumphum alii à Poplicola conſule primum eſſe actum opinantur. De jure, ordine, pompa triumphi, per opportunitatem latius dicturi ſumus: cui nunc iſta non ſatisfaciunt, is conſulat Valer. Maxim., Cicer. in Piſonem, Zonaram lib. 2. Annal., Livium, Dionyſ., Plutarch., Agell., Dionem, &, hujus ſeculi ſcriptorem elegantiſſimum diligentiſſimumque, Carolum Sigonium, de jure civium Romanorum. *Stadius*. Ad equos quod attinet,

Digitized by Google

equis triumphatur ; Togæ pictæ tunicæque palmatæ ; omnia denique decora & inſignia, quibus imperii dignitas eminet.

CAP.

5



6



Aureo curru] *Imperator currui triumphali inſiſtens, altera manu laurum, altera ſceptrum eburneum, cui inſidet aquila, tenens, qui trahitur quadrigis albis : è N: Trajani, apud* Oyzel. xci. Tab. *Currus vero triumphalis ſine Imperatore, in Tiberii N. apud* Oyzel. xcii. Tab.

tinet, albos fuiſſe patet ex Livio, 5, 28, 1. Ovidio de Ponto, 2, 8, 49. Claudiano de bell. Get. verſ. 127. Plinio paneg. 22, 1. Propert. 4, 1. 12. Sidonio carm. 2. verſ. 375. & Apuleio in Apologia, *Peram & baculum Philoſophis exprobrares? igitur & triumphantibus quadrigas albas*, &c. Pompeius Magnus elephantis junctis triumphavit, teſte Plinio, 8, 2.

Togæ pictæ] Nempe acu, ex invento Phrygum, indice Plin. 8, 48. unde etiam *Phrygiæ veſtes* nomen habent. De Sybaritæ cujuſdam Alciſthenis veſte picta vide Ariſtotelem de admirab. audit. cap. 83.

Tunicæque palmatæ] Has plerique pro iiſdem habent cum togis pictis : ego autem nuſquam legiſſe memini *togam palmatam*, ſed ſemper *tunicam*, niſi apud Iſidorum lib. 19. quem pro idoneo auctore, hoc in loco, non agnoſco. conſtat autem, quid inter togam & tunicam interſit : imo ſimul geſtari ſolitas indicat Livius 30, 15, 8. Præterea ab auctoribus ita curioſe non diſtinguerentur, ſi eædem forent.

Quibus imp. dignitas] Vide Valer. Maxim. 2, 2, 7. Liv. 1, 8, 2: 5. 41, 7: 45, 29, 2.

7



Palmatæ] *Tunica palmata in nummo Auguſti, apud* Oyzel. xcii. Tab.

CAP. VI.

De Servio Tullio.

1 SErvius Tullius deinceps gubernacula Ur-

bis

I



1. Servius Tullius] *Cujus vultus in Serviæ gent. denario; apud* Fulv. Urſinum.

DE Rege iſto ſcribunt, Livius, 1, 41: Dionyſius, 4, 1: & pleriquè ſupra citati.

FREIN S.

FREIN

bis invadit. Nec obſcuritas inhibuit, quamvis matre ſerva creatum. Nam eximiam indolem uxor Tarquinii Tanaquil liberaliter educaverat: & clarum fore viſa circa caput flam-

FREINSHEMII.

1. *Nec obſcuritas*] Hæc enim ad altiora nitenti impedimento eſſe ſolet. quo conſilio Aſtyages, cum ſibi à nepote metueret, filiæ ex gente obſcura tum temporis Perſarum, maritum dedit, *ne paterna maternaque nobilitas nepoti animos extolleret*, Juſtin. 1, 4, 4. Quicquid enim virtute, quicquid induſtria profeceris, quia tamen in æquo videre fortunæ modum exigent. *Ægerrime enim*, ait Dio lib. 41, *homines tolerant ſibi a ſuis æqualibus anteire*. Cicero de orat. 2, 52: *Invident homines maxime paribus aut inferioribus: cum ſe relictos ſentiunt, illos autem dolent evolaſſe*.

Matre ſerva] Et inde *Servio* nomen. Dionyſius dicto loco, conſentit cum noſtro Juvenalis, Sat 9, 259. Feſtus in voce, *Servorum dies Feſtus erat*; præter alios, quibus accedere non vult Livius, 1, 39, 10. Leviter in hac re corrigendus Seneca, epit. controverſ. 3, 9: *Servo natum regem habuimus*. imo *Serva*.

Viſa circa caput flamma] Hiſtoriam hanc ſcribunt Plinius 2, 110. & 36, 27. Cicero de Divin. 1, 53. Valer. Maxim. 1, 6, 1. Livius 1, 39, 1. Dionyſius 4, 2. auctor de vir. illuſtr. cap. 7. Servius ad Æn. 2, 682. ubi Virgilius ſimile de Iulo fingit, quod repetit Claudianus in IV. conſulatu Honorii, verſ. 192. & Sidonius Apollin. carm. 2. verſ. 115. & ad Maſiniſſam trahit Silius lib. 16. verſ. 118. Accidit hoc & L. Marcio duci exercituum Cornelianorum, de quo Livius 25, 39, 17. Valer. Max. 1, 6, 2. Item Salvidieno, de quo Dio lib. 48. pag. 430. Philoſophi notant ex naturalibus cauſis oriri poſſe hunc ignem, apud Photium certe Bibliothecæ cod. 242. plura recenſet Damaſius, quæ partim prodigiis, partim naturalibus cauſis accenſeas, ipſum locum adſcribere fas ſit; *Severi equus, quo multum uſus eſt, tractatus, ſcintillas e corpore multas & magnas ejecit, donec portentum hoc ad conſularem dignitatem Romæ eum evexit. Sed & Tiberio aſinus, ut refert Plutarchus Chæronenſis, adhuc juveni, & in Rhodo operam danti eloquentiæ, imperium eodem eventu præſignificavit. Sed & Balemeri, unum ex Attilæ aulicis, de ſuo corpore jeciſſe ſcintillas. Hic Palemeris pater fuit Theoderici ejus, qui nunc ſummum totius Italiæ imperium tenet. Dicit autem etiam de ſeipſo auctor, ut etiam mihi, cum & induor & exuor, etſi id raro admodum accidit, accidit tamen, ut ſcintillæ ingentes exiliant, aliquanto cum ſonitu, interdum etiam flammæ integræ veſtem illuſtrent, nihil tamen exurant; & ſe ignorare, quo portentum hoc tenderet. Vidiſſe ſe ait & hominem quendam a capite ſcintillas evibrantem, & flammam, cum vellet, a capite aſperiore veſte attrito excitantem.* Adde Wolf. rer. memorabil. pag. 507. Ceterum ſicut ignis clarus eſt & ſplendidus; ita claros etiam futuros, quibus eveniunt, talia prodigia oſtendunt, Eadem ratione

Digitized by Google

2 flamma promiſerat. Ergo inter Tarquinii
mortem, annitente regina, ſubſtitutus in lo-
cum regis, quaſi in tempus, regnum dolo
partum ſic egit induſtrie, ut jure adeptus vi-
3 deretur. Ab hoc Populus Romanus relatus in
cenſum, digeſtus in claſſes, curiis atque colle-
giis diſtributus: ſummaque regis ſolertia ita
eſt ordinata reſpublica, ut omnia patrimonii,
dignitatis, ætatis, artium, officiorumque diſcri-
mina in tabulas referrentur; ac ſi maxima civi-
tas

tione apud Dionyſium 5, 45. Romani cum pila arſiſſent, λαμπρὰν νίκην. *ſplendidam victoriam* ſibi portendi interpretantur. Ita *illuſtria Macedonum caſtra Dario viſa, fulgorem Alexandro portendere* augurantur quidam, apud Curt. 3, 3, 6.

SALMASII.

2. *Quaſi ad tempus*] Nazarianus Flori: *quaſi tempus.* deeſt *in.* Nam ſupra notavimus, legendum heic eſſe: *quaſi in tempus.* Nazarianus codex Jordanis: *quaſi non tempus.* at Longobard. *quaſi in tempus.* quæ vera eſt lectio.

3. *Curiis atque collegiis*] Jordanes: *decuriis atque collegiis.* prave.

FREINSHEMII.

2. *Quaſi ad tempus*] Dum nempe Rex convaleſceret, cujus mors tegebatur, donec Servio confirmaretur poteſtas. ita calliditate Liviæ, *ſimul exceſſiſſe Auguſtum, & rerum potiri Neronem, fama eadem tulit.* Tacit. 1, 5, 9. Simile exemplum Calligenis, qui mortem Philippi celavit, dum Perſeus regnum invaderet, apud Livium 40. 56, 11. & Mechemetis Baſſæ, qui Solymanni obitum preſſit, donec ad Selimum de occupando regno literas daret, apud Thuan. Hiſtor. lib. 38. Adde Juſtin. 30, 2, 6. Leuncla. Annal. Turc. 74. Scalig. Canon. Iſagog. pag. 142. & p. 151. Thuan. hiſtor. lib. 114. in morte Amuratis. Deſcript. regni Congi, cap. 2. in fine.

Regnum dolo partum &c.] Ita de Tarquinio auctor de viris illuſtr. cap. 6. *regnum intercepit, & ita adminiſtravit, quaſi jure adeptus fuiſſet.* Aſſuevit enim alias fieri, ut reſpondeant initiis regnorum reliqua. Vide infra not. ad 1, 7, 1.

3. *Cenſum*] Vide latius Dionyſ. 4. 19. & Livium, 1, 42, 6.

Collegiis] Diſſentiunt a noſtro Plutarch. Numa, cap. 31. & Plinius, 34, 1. & 35, 12. qui Numæ inſtitutum hoc tribuunt.

In tabulas] Vetuſtiores editiones præferunt, *in tabulis.* non abſurde. eo fere modo loquitur Suetonius, *quemadmodum ſummam rationibus vellet referri.* in Veſpaſian. 22, 5. Quod ſequitur, *ac ſic,* ex Nazariano eſt, elegantius utique quam illud Impr. *ac ſi.*

Ma-

Digitized by Google

tas minimæ domus diligentia contineretur.

CAP.

Maxima civitas minimæ domus] Cicero ad Attic. 6, 1: *provincia gubernata ut domus*. Quod maximæ eſt prudentiæ. Nec enim qui domum regere poteſt, poſſit etiam civitatem regere. Vide Ariſtot. Polit. in pr.

CAP. VII.

De Tarquinio Superbo.

POſtremus omnium fuit regum Tarquinius, cui cognomen *Superbo* ex moribus datum. 1 Hic regnum avitum, quod à Servio 2 tenebatur, rapere maluit, quam expectare, immiſſiſque in eum percuſſoribus, ſcelere partam poteſtatem non melius egit, quam acquiſierat

SALMASII.

2. NOn melius egit quam acquiſierat] Vetuſtiſſimus Nazarianus: *adquæſierat*. *Adquærere*, pro *adquirere*. quod ſemel notandum proponimus. Sic enim veteres loquuti, *conquærere* & *adquærere* dicentes.

FREINSHEMII.

HUjus geſta ſcribunt Livius, 1, 49. & deinceps. Dionyſius, 4, 48. & deinceps. Ruffus, Eutrop, Victor de vir. illuſtr. cap. 8. Accius, Bruto; cujus tamen paucula fragmenta hodie extant.

1. *Superbo*] Cognominis hujus rationem reddit Livius, 1, 49, 1. quod inſepultum ſocerum abjecerit: meliorem noſter, Dionyſ. 1, 67: & 4, 48. auctor de viris illuſtr. cap. 8 & Propert. 3, 11, 48: *Nomine quem ſimili vita ſuperba notat*. hoc eſt, cognomen hoc traxit, quoniam ſuperbe vixit & imperavit, ut recte interpretatur Gebhardus dicto Propertii loco.

2. *Regnum avitum*] Indicat igitur Tarquinium hunc nepotem fuiſſe Priſci. quod & Dionyſius, 4, 1, & 48. expreſſe teſtatur. Sicut etiam Conſtantinus Manaſſes verſ. 1664. alii filium ejus faciunt, inter quos Livius, 1, 46. 4: & 1, 47, 2. Onuphrius in Faſtis in Olymp. 67. Agellius, 17, 21. Plutarch. Poplic. cap. 21. filium an nepotem Priſci appellet, ambigit. Vide diſputationem de hac re Laur. Vallæ, præfixam notis in Livium.

Rapere maluit] Videtur alludere ad verba Livii, 1, 47, 2: *qui habere regnum, quam ſperare, mallet*. ſicut & Tacitus, 1, 7, 11. de Germanico; *ne habere imperium, quam exſpectare, mallet*. quæ loca ſuſpicionem mihi injiciunt, ita etiam ſcripſiſſe Livium, *expectare* aut *eſpectare*, pro quo, qui minus intellexere, ſubſtituerint. *ſperare*.

Non melius egit &c.] Ita ſolet fieri. *Nemo enim unquam impe-*

rium

ſierat. Nec abhorrebat moribus uxor Tullia, quæ, ut virum regem ſalutaret, ſuper cruentum patrem, vecta carpento conſternatos e-
4 quos egit. Sed ipſe in Senatum cædibus, in omnes ſuperbia, quæ crudelitate gravior eſt bo-

rium flagitio quæſitum bonis artibus exercuit. Tacitus H. 1, 30, 6. nam plerumque *imperium in artibus retinetur, quibus initio partum eſt.* Salluſt. Cat. 2, 5. Qui enim bonis artibus ad regna pervenere, iiſdem etiam ſubditorum animos retinere gaudent; qui diverſa irrupere via, quoniam caritatem civium promittere ſibi non poſſunt, metu & terrore, ſolitis tyrannidi vinculis exprimunt obſequia. Ita, quod ait Seneca de clem. 1, 13. *Scelera ſceleribus tuenda ſunt.* Rariſſimum enim eſt, ut *regnum dolo partum ſic agatur induſtrie, ut jure acceptum videatur.* Vide proxime præcedentem notam ad 1, 6, 2. Eodem prope loquendi modo Clytemneſtra in Agamemnonem Senecæ invehitur, verſ. 174. *Sic auſpicatus bella, non melius gerit.* & Liv. epit. 69, 1. *Saturninus tribunatum non minus violenter, quam petierat, geſſit.*

SALMASII.

4. *Ipſe in Senatum cædibus, in omnes ſuperbia*] Amplius habet Jordanes *ipſe in Senatum cædibus, in plebem verberibus, in omnes ſuperbia.* Quod an ſit Flori, dubito, & fortaſſean ita in ſuis codicibus repererit Jordanes. Quod temere non affirmem.

FREINSHEMII.

3. *Super cruentum patrem*] Immanitas incredibilis; ſed non tamen ſine exemplo. legimus enim & apud Juſtin. 41, 6, 5. *Eucratides a filio, quem ſocium regni fecerat, in itinere interficitur: qui non diſſimulato parricidio, velut hoſtem, non patrem interfeciſſet, & per ſanguinem ejus currum egit, & corpus abjici inſepultum juſſit.* Gruterus. Tulliæ facinus præter Dionyſ. & Liv. recenſet etiam Valer. Max. 9, 11, 1. & Ovid. Faſtor. 6, 603.

4. *In Senatum cædibus.*] Rationem hujus facti reddit Livius 1, 49. Nam cum ſenatus ex optimis & ditiſſimis civibus conſtaret, hunc præcipue ſublatum voluit, tam ut eorum præda diteſceret, quam ut metum ſibi ab iis demeret, denique ut facilius orbæ reipublicæ dominaretur. *Regibus enim ſemper boni quam mali, ſuſpectiores ſunt, ſemperque his aliena virtus formidoloſa eſt*, ait Salluſtius Cat. 7, 2. Et apud Tacit. Agr. cap. 3. *Multi fortuitis caſibus, promtiſſimus quiſque ſævitia principis interciderunt.* Vide notam Berneg. ad Juſtin. 42, 2, 10, f. ita Græcinum Julium C. *Cæſar occidit ob hoc unum, quod melior vir erat, quam eſſe quenquam tyranno expediret.* apud Senecam de benef. 2, 21. & Tiberius Arruntium *divitem, promptum, artibus egregiis, & pari fama publice, ſuſpectabat.* apud Tacit. 1, 13, 2. Tertiam rationem quod attinet, eò facit Hannonis conſilium apud Juſtinum 21, 4, 3. qui Senatum interfecturus erat, *ut orbam rempublicam facilius invaderet.*

Superbia] Perdiccæ *odium arrogantiæ plus nocuit quam hoſtium vires*, apud Juſtin. 13, 8, 2. ubi notam Berneggeri vide. Adde Hiſtor. Peruvian. Auguſtini de ç. çarate, libr. 6. cap. 5. E. de Gundiſalvo Piçarro.

SAL-

bonis, graſſatus, quum ſævitiam jam domi fatigaſſet, tandem in hoſtes converſus eſt. Sic 5
validâ oppida in Latio capta ſunt, Ardea, Ocriculum, Gabii, Sueſſa Pometia. Tum quo- 6
que cruentus in ſuos. Neque enim filium verberare dubitavit, ut ſimulanti transfugam apud hoſtes hinc fides eſſet. Cui Gabiis, ut 7
voluerat, recepto, atque per nuntios conſulenti

SALMASII.

Cum ſævitiam jam domi fatigaſſet] Lege: *cum ſævitiam domi fatigaſſet*. expuncto illo *jam*, quod temere adhæſit ex fine præcedentis vocis, *ſævitiam*.

7. *Cui Gabiis, ut voluerat, recepto*] Membranæ Nazarii: *cui Gabios ut voluerat, receptos*. lege: *cui Gabios ut voluerat recepto*. Sic infra: *Mundam ſe recepit exercitus*. vulgo perperam: *Munda*.

FREINSHEMII.

Sævitiam] Ita vetus e. Grut. Palatinique ſec. ac tert. quæ lectio etiam Salmaſ. probatur.

5. *In Latio*] Atqui nulla ſubjectarum urbium Latina præter Gabios? apparet igitur Florum non ſtricte vocabulo *Latii* uſum fuiſſe, ſed quomodo poſterioribus temporibus conſuevit, ut vicini etiam populi comprehenderentur, quâ ratione *ſocii Latini nominis* appellati creberrime apud auctores, non Priſci tantum Latini, ſed Italorum plerique, ut a Cluverio non merito reprehenſus videri poſſit noſter, quod *Ocriculum*, (pro quo ille *Olliculum* reſcribit) in Latio poſuerit. eadem enim ratione ceterarum quoque urbium nomina mutanda forent. Vide etiam infr. 1, 11, 8. f.

Ardea] Sed hæc oppugnata tantum ab ipſo, nec capta eſt, teſte Dionyſ. extremo lib. 4. Livio extremo lib. 1. nam in obſidione iſta conſpiratio adverſus ipſum facta eſt.

6. *Neque enim filium*] Hanc hiſtoriam præter citatos ſupra, lege in Ovid. Faſtor. 2. 691. *Camers.* Item apud Valer. Maxim. 7, 4, 2: Plinium, 19, 8: Polyæn. ſtrateg. lib. 8. Front. 1, 1, 4: & 3, 3, 3. Simile ſtrategema Zopyri apud Juſtinum, 1, 10, 15. quod Megabyzo adſcribit Cteſias; & Olthaci Plutarchus, Lucullo, cap. 31. Vide etiam infra, 3, 11, 7.

VARIORUM.

Sueſſa Pometia] Sic legendum fine commate medio, ne videantur urbes eſſe diverſæ: de hac enim intelligendus Plin. 7. 16. ubi loquitur de iis, qui naſcuntur cum dentibus: *In feminis ea res inauſpicati fuit exempli, regum temporibus. Cum ita nata eſſet Valeria, exitio civitati in quam delata eſſet, futuram, reſponſo aruſpicum vaticinante, Sueſſam Pometiam, illa tempeſtate florentiſſimam, deportata eſt, veridico exitu conſecuto.* Gruterus.

SAL-

ti *quid fieri vellet*, eminentia forte papaverum capita virgula excutiens, quum per hoc interficiendos eſſe principes intelligi vellet
8 (quæ ſuperbia!) ſic reſpondit. Tamen de manubiis

SALMASII.

Eminentia forte papaverum capita virgula decuſſit] Ita Florum loqui voluere viri doctiſſimi. Nam alia eſt in omnibus antiquis ſcriptura: *virgula excutiens*. Non quæram cur ita mutarint adverſus omnium librorum auctoritatem & conſenſum, veterum item excuſorum. Non aliter deſcripſit Jordanes. An verbum *excutere* parum illis idoneum viſum eſt? Saltem debuiſſent *decutiens* reponere. nam *decuſſit*, quod repoſuerunt. cum ſequentibus non cohæret. Quid enim illis fiet, *quæ ſuperbia ſic reſpondit*, ſi ab hac periodo vi avellantur? Totum igitur hunc locum lego & diſtinguo: *Cui Gabiis ut voluerat recepto, & per nuntios conſulenti quid fieri vellet, eminentia forte papaverum capita virgula excutiens, quum per hoc interficiendos eſſe principes intelligi vellet, quæ ſuperbia! ſic reſpondit*, Jam clara & plana ſunt omnia. Nullo alio reſponſo edito, ſed papaverum tantum eminentia capita excutiens, quum per hoc interficiendos eſſe principes intelligi vellet, quæ ſuperbia! ſic reſpondit. Verba illa, *quæ ſuperbia!* per parentheſin legenda ſunt. At quod ſuperbiam Florus interpretatur, prudentiam & calliditatem ſummam fuiſſe, ne conſilium evulgaretur, alii volunt. In Jordanis libris eadem ferme lectio invenitur, niſi quod habent, *qua ſuperbia*? Sic autem alibi loquitur Florus.

FREINSHEMII.

7. *Eminentia forte pap. cap.* &c.] Conveniunt omnes præter Ovid. qui dicit, liliorum capita excuſſiſſe, loco modo citato. *Cam.* ad rem quod attinet, imitatus eſt hoc facto Tarquinius Thraſybulum Mileſium, ut refert Dionyſius, 4, 63. Simile eſt quod Aventinus, propius ab initio libri quarti, de Caroli filio naturali Pipino recenſet. Qui legatis patris, juſſu ejus conſilium poſcentibus, quomodo conjurati puniendi forent, cum forte hortum repurgaret: *Nihil opus eſt verbis*, ait, *herbas inutiles radicitus extirpo, ut fruges bonæ creſcant. ite & renuntiate Regi, quæ facio*. Adde Ælianum, Hiſtor. var. 1, 34, 7.

Quæ ſuperbia!] Reduxi lectionem veterem, quæque firmabatur Mſs. Pall. omnibus. Gruter. & hoc etiam Salmaſio, Schottoque in obſervationibus Philolog. mihi quin etiam, ſi dicere fas eſt, priuſquam iſtos viderem, in mentem venit. animadverteram enim multis in locis uſum hac loquendi figura auctorem, ut infra 3, 4. 4. (*ſimile prodigio!*) 3, 5, 23. (*quanta felicitas!*) 4, 12, 24. (*ô ſecuritas!*) Quod autem ſuperbiæ hoc adſcribit Flor. magis ex odio quodam adverſus ceteram regis ſuperbiam, quam ex vero, agit. prudentiæ enim potius adſcribendum fuerat, ne cognitum miniſtro conſilium per eundem proderetur. Alias enim ſuperbiæ ſignum eſſe nemo ambigit. (idque innuit apud Livium 42, 40, 2. Q. Marcius) non reſpondere; aut ut viliſſimum illud mancipium Pallas, *nihil unquam, niſi nutu aut manu ſignificare*,

nubiis captarum urbium templum erexit. quod quum inauguraretur, cedentibus ceteris deis (mira res dictu) reſtitêre Juventas, & Terminus. Placuit vatibus contumacia numinum, 9
ſiquidem firma omnia & æterna pollicebantur. Sed illud horrendum, quod molientibus ædem in

re, vel ſi plura demonſtranda ſint, ſcripto uti, ne vocem conſocies. Tacitus 13, 23, 3. Xiphilin. in Nerone.

SALMASII.

8. *Cedentibus ceteris deis*] In veteri Nazar. ſcriptum multis locis. ut heic, *de his* pro *deis*. ſic ſupra: *placitum de his ita*. De quo, etſi leve ſit, monendum putavi.

9. *Sed illud horrendum*] Editiones Jordanis: *horrendius*. ſed ſcripti veteres: *horrentius*. Cave tamen putes, ita Annæum ſcripſiſſe.

FREINSHEMII.

8. *Captarum urbium*] Dionyſ. 4, 57. Livius 1, 53, 3. Tacitus H. 3, 72, 6. unius Sueſſæ Rometiæ ſpoliis id factum afferunt. Apiolarum manubiis, Plinius 3, 5. ex Antiate. Ea autem ſpolia cum vix ad fundamenta ſuffecerint, (ut Livius quidem computat) Florus autem de erecto templo loquatur, conſulto de pluribus urbibus locutus eſt. Capitolii porro conditionem alii Tarquinio Priſco tribuunt, Euſebius etiam Numæ Pompilio.

Juventas] Ita hic haberent omnia noſtra exemplaria, niſi ultimam conſonantem eraſiſſet. Camers in impreſſis, & quidam alii emendatores, qui *Juventam* eſſe Deam legerant, & *Juventatem* ætatem in commentario Acronis in oden 30. lib. 1. carm. Horatii: ubi nos contra legimus, quod *Juventas* dea eſt; *Juventa* ſine ſ. ætas. Vinetus, *Juventas* etiam infra 2, 1, 1. in melioribus libris legitur. & apud Auguſtin. ſemper eſt *Juventas, Juventatis &c.* Ovid. ſolum reſtitiſſe *Terminum* meminit Faſt. 2, 669.

Terminus, ut memorant veteres, inventus in æde
Reſtitit, & magno cum Jove templa tenet.

ſicut & Livius 1, 55, 5. quamvis 5, 54, 10. mentionem etiam illius faciat. Cato 1. orig. apud Feſtum in *Nequitum*: *Fana in eo loco compluria fuere, ea exauguravit: præterquam quod Termino fanum fuit, id nequitum exaugurari.* Juventatis etiam meminit Dionyſius 3, 92. tertium Martem adjicit Auguſtinus de Civitate Dei 4, 23. ubi Vives.

Terminus] De hac re perantiquum ænigma extat apud Agell. 12, 6.

Semel minuſne, an bis minus ſit, non ſatis ſcio,
An utrumque eorum, ut quondam audivi dicier,
Jovi ipſi regi noluit concedere.


ubi pro eo quod in primo verſu legitur *non ſatis ſcio*, cum tranſcendat leges carminis, forte non inepte ſubſtitueretur *neſcio*. Ceterum ſimilis ſcirpus eſt in fine vitæ M. Antonini Philoſophi, apud Julium Capitolinum, de Tertullo Fauſtinæ adultero, *de quo mimus in ſcena præſente Antonino dixit, cum ſtupidus nomen adulteri uxoris a ſervo quæreret, & ille diceret ter.* Tul-

in fundamentis humanum repertum eſt caput. nec dubitavere cuncti, monſtrum pulcherrimum


1



2



3



Restitêre Juventas & Terminus] *Hæc illuſtrant ſequentes Nummi; in primo (M. Aurelii, apud* Oy'el. lv. Tab.) *eſt Juventas, quæ Græcis Hebe dicitur, cui ſacra faciebant qui deponebant prætextam; in altero (Calpurniæ gentis, apud* Oyzel. xli. Tab.) *Terminus conſpicitur, adpoſita laurea & ſimpulo; in tertio itidem Terminus eſt cum radiato Auguſti capite expreſſus.*

Tullus, *& adhuc quæreret, reſpondit ille*, jam dixi ter Tullus dicitur.

9. *Humanum repertum eſt caput*] De hac re & quomodo Olenus Calenus augur, fatum illud in ſuam gentem trahere ſit conatus, vide Dionyſium 4, 66. Plin. 28, 2. Servium Æn 8.345. Caput autem illud *Toli* cujuſdam fuiſſe, & inde *Capitolium* nominatum, ex monumentis vetuſtiorum refert Arnobius contra gentes lib. 6. p. 243. Ita in fundamentis Carthaginis caput bubulum, mox equinum inventum, bellicoſam potentemque fore ſignificavit, apud Juſtinum 18, 5, 15. & 16. Omnia enim ex ſimilitudine rerum interpretabantur veteres. Ita vultures *aſſuetæ ſanguine & præda aves bellatricem fore*, quam conderet urbem, Romulo

mum imperii ſedem, caputque terrarum promittere. Tamdiu ſuperbiam regis Populus Ro- 10
manus perpeſſus eſt, donec aberat libido. hanc ex liberis ejus importunitatem tolerare non potuit. Quorum quum alter ornatiſſimæ fe- 11
minæ Lucretiæ ſtuprum intuliſſet, matrona dedecus ferro expiavit. Imperium tum Regibus abrogatum.

Romulo ſpoponderant, ſupra 1, 1, 7. Ita Servium *clarum fore viſa circa caput flamma promiſerat*. ſupr. 1, 6, 1. Ita Carthaginienſibus bellatoris equi caput, virtutem bellicam, Romanis autem humanum, imperium orbis præſagiit, cum omnia homo regat, hominem autem caput.

Caputque terrarum] Invidioſos urbis hujus titulos ex multis auctoribus collectos, vide apud Merulam Coſmogr. part. 2. lib. 4. cap. 22. Sizman. in Rutul. Itin. c. 194.

10. *Tolerare non potuit*] Multa ex hac cauſa bella, multas ſeditiones ortas, notat Alber. Gentil. de jur. belli lib. 1. cap. 20. & ex eadem Decemviratus abolitionem Liv. 3, 44, 1. Hac de cauſa Gothi Hiſpaniæ imperio excidere: Maximus Valentiniani ſucceſſor Romano. ſicut & ipſe Valentinianus.

11. *Lucretiæ*] Hoc ipſum aliaque pluria exempla lege apud D. Hieron. ſub fin. lib. 1. adverſus Jovinianum.

VARIORUM.

11. *Imperium*, &c.] Diem, quo reges Roma pulſi ſunt, qui *Regifugium* dicebatur, quotannis Romæ celebrabant, ſeptimo ſcilicet Cal. Martii, & undecimo Cal. Jul. Auctor Ovidius 2. & 5. Faſtor. Advertendum autem ſerpentem latraſſe, quum pulſus eſt, apud Plinium 8, 41. *Camers.*

CAP. VIII.

Anacephalæoſis de ſeptem Regibus.

HÆc eſt prima ætas populi Romani, & 1
quaſi infantia, quam habuit ſub regibus ſeptem, quadam fatorum induſtria, tam variis ingenio, ut Reipublicæ ratio & utilitas poſtu-

FREINSHEMII.

1. *ANacephalæoſis*] *Conſummationem* vocat Sen. ſuaſ. VI. Alter Seneca, ep. 39: *Oratio hæc, quæ nunc* breviarium *dicitur: olim, cum Latine loqueremur*, ſummarium *vocabatur*.

2 poſtulabat. Nam quid Romulo ardentius? tali
3 opus fuit, ut invaderet regnum. Quid Numa
religioſius? ita res popoſcit, ut ferox populus
4 deorum metu mitigaretur. Quid ille militiæ
artifex Tullus, bellatoribus viris quam neceſ-
ſarius? ut acueret ratione virtutem. Quid ædi-
ficator Ancus? ut Urbem colonia extenderet,
5 ponte jungeret, muro tueretur. Jam vero Tar-
quinii ornamenta & inſignia, quantam prin-
cipi populo addiderunt ex ipſo habitu digni-
6 tatem? Actus à Servio cenſus quid effecit, niſi
7 ut ipſa ſe noſſet Reſpublica? Poſtremo Su-
perbi illius importuna dominatio nonnihil,
immo vel plurimum profuit. Sic enim effe-
ctum

SALMASII.

6. *Niſi ut ipſa ſe noſceret reſpublica*] Legendum: *niſi ut ipſa ſe noſſet reſpublica.* ſcripti ſane omnes ſic habent, ut & Jordanes.

FREINSHEMII.

2. *Ardentius*] Non damno, forte tamen nihilo abſurdius legi poſſet, *audentius*, ob rationem, quam ſubnectit; ita de Cæſare Sueton. c. 58, 1: *dubium cautior, an audentior*.

3. *Deorum metu mitig.*] Diagoras, Theodor. Leucippus, Democritus, Epicurus, & ex Rom. Lucretius, putant, terroris ac metus gratia religionem à ſapientibus inſtitutam, quo ſe homines imperiti à peccatis abſtinerent. Lactant. cap. 10. de ira Dei. De Numæ religione ſcriptum, Civit. 7, cap. ult. Ex quibus conſtet vera religio, docet D. Auguſtinus, Civit. 10: & Lactant. 4, 28. *Camers.* Eorum, qui de diis opinionem continendorum hominum cauſſa repertam tradunt, meminit & Cicero, de natur. Deorum, 1, 42. Ad quorum ſententiam accedit Euripides apud Plutarch. de placitis Philoſoph. 1, 7.

4. *Militiæ artifex*] Ita ſupra 1, 3, 1. totum autem locum ita ſcripſi, cum in prioribus edd. interrogatio poſt vocem *neceſſarius* poneretur; elumbi, ut videbatur, ſenſu. ita etiam ſeqq. numeris, interrogatio ſemper adjicitur fini.

5. *Ex ipſo habitu*] Facit huc, quod de Romulo Livius, 1, 8, 2. dicit: & Valer. Max. 2, 2, 7. *Inſtrui*, inquit, *imperia, argenteis vaſis, & annulis aureis publice præbitis, patiebantur, quo talium rerum uſu auctoritas magiſtratuum eſſet ornatior*.

6. *Noſſet*] Sic ed. vetus & Pal. pr. neque aliter fere ſec. ac tert. nempe *noſcet*. Gruter. & Salmaſius approbat. Vulgati habebant *noſce-*

Digitized by Google

ctum eſt, ut agitatus injuriis populus cupiditate libertatis incenderetur.

noſceret, quod & ipſum non reprobum eſt, *noſcere* enim pro *noſſe* aliis auctoribus, ut Tacito 2, 28, 1. ponitur.

CAP. IX.

De mutatione Reipublicæ.

IGitur Bruto Collatinoque ducibus & auctoribus, quibus ultionem ſui moriens matrona 1



Bruto, Collatinoque] *Bruti imago, in nummo M. Bruti, apud* Oyzel. cxii. Tab.

FREINSHEMII.

1. BRuto] Cognomentum hoc traxit a ſimulata ſtultitia, cum verum ei nomen L. Junio eſſet. Cum enim, occiſo patre & fratre, ſibi quoque a Tarquinio metueret, ſub hac perſona latuit, donec capta occaſione prorumperet. Vide Auguſtinum, quæſt. ex utroque teſt. cap. 115. Cum enim ſuſpecta ſit Tyrannis nobilium alacritas, & erectum ingenium, ut ſupra, 1, 7, 3. monuimus, nonnulli, ut loquitur Seneca, *in contemptu remedii cauſa deliterunt.* ſicut hic noſter; ut & David, 1 Samuelis, 21. 13. Archelaus Cappadox, apud Dion. non longe a fine lib. 57. Dionyſius Corinthi, apud Plutarch. Timoleonte, c. 19: & Juſtin. 21, 5, 3. Solon apud Ciceronem de offic. 1, 30: ut & de ſe teſtatur, forte immerenter, Claudius Cæſar, apud Sueton. cap. 38, 6. Unde apparet, haud abſurde dictum illud eſſe: *Stultitiam ſimulare loco, prudentia ſumma eſt.*

Collatinoque] Tarquinius Egerii filius hic fuit, ita appellatus a Collatia oppido Latino, ubi plurimum morabatur, ut auctor eſt Dionyſ.

trona mandaverat, populus Romanus ad vindicandum libertatis ac pudicitiæ decus, quodam quaſi inſtinctu deorum concitatus, regem repente deſtituit, bona diripit, agrum Marti ſuo conſecrat, imperium in eoſdem libertatis ſuæ vindices transfert, mutato tamen
2 nomine & jure. Quippe ex perpetuo annuum pla-

Dionyſ. 4, 72. Hinc Ovid. Faſt. 2, 733:

— *Cui clarum dederat Collatia nomen.*

Ultionem ſui moriens mandaverat] Ejus generis mandatum eſt Germanici, apud Tacit. 2. 71. & Sueton. Calig. 3, 9. Item Othonis, apud eundem, Veſpaſ. 6, 9. ubi interpretes vide.

SALMASII.

1. *Mutato indice, & nomine*] Sic emendarunt viri docti, *Indice* pro *Judice*. ſed minimè addicentibus libris, qui *Judice* omnes retinent. & ſi verum licet dicere, *Indice* hic neſcio quomodo non convenit. in iis enim, quæ ſubjicit, nihil ad illud *indice* refertur. ut, cum dixit, *mutato nomine*, ſequitur, *appellavitque conſules pro regibus*. Jordanis lectio omnino vera eſt: *Jure & nomine*. firmant eam ſequentia: *pro perpetuo annuum placuit*. nempe, *jus*. Jus idem quod imperium vel poteſtas. Nihil eſt verius igitur, quam ſcribendùm: *mutato jure & nomine*.

FREINSHEMII.

Bona diripit] Juſſu ſcilicet & inſtinctu Patrum, *ut* nempe *contacta regia præda omnem in perpetuum ſpem pacis cum his amitterent*; ita enim obligandi ſunt mobiles animi, & quorum pœnitentia metuitur: ita Jugurtha apud Salluſt. 81, 6. *id modo feſtinabat, Bocchi pacem imminuere, ne moras agitando, aliud quam bellum mallet*. ita Rex Veientium juſſis occidi Romanis legatis, *obſtringi Fidenatium Pop. ne reſpicere ſpem ullam ab Romanis poſſet, conſcientia tanti ſceleris, voluit*. apud Livium, 4, 17, 5. Zonar. Tom. 2. pag. 115. f. & apud eundem Livium 44, 27, 8. Perſeus Gentium *aſſidue ad laceſſendos hoſtili facto Romanos ſtimulat*. Sic apud Tacit. H. 4, 70, 13. *Valentinus ac Tutor in arma Treviros retrahunt, occiſis Herennio ac Numiſio legatis, quo minore ſpe veniæ creſceret vinculum ſceleris*. Eadem de cauſſa apud eundem Tacitum 3, 42, 1. Florus *pellexit alam equitum, ut cæſis negotiatoribus Romanis bellum inciperet*, ita Aſdrubal ultimus Carthaginienſium Imp. in captivos Rom. crudeliter ſævit, *ne Carthaginienſibus ſpem ullam a Romanis impetrandæ relinqueret*, apud Appianum de bello Punic. propius a fine pag. 72. Adde Tacitum H. 4, 64, 5. Plutarch. Ariſtid. cap. 46. Notat autem Livius epit. 67, 3. ab hoc ad C. uſque Cæpionem, nullius magiſtratus Romani bona publicata.

Agrum Marti ſuo conſecrat] Unde campus Martius, de quo præter alios Strabo lib. 5. dicit autem, *Marti ſuo*, quia conditor urbis originem ad eum referebat.

Mutato tamen & jure] Hanc ex Jordane ſcripturam, cum nemini

non

Digitized by Google

placuit, ex ſingulari duplex, ne poteſtas ſolitudine, vel mora corrumperetur: *conſuleſ*que appellavit pro regibus, ut conſulere ſe civibus ſuis debere meminiſſent. Tantumque liberta- 3
tis novæ gaudium inceſſerat, ut vix mutati ſtatus fidem caperent; alterumque ex Conſulibus,

non probetur, merito recipiendam putavi: nec enim quæquam aliarum congruit, ſive enim *indice*, ſive *judice* legas, neutrum neque ſenſui auctoris, neque verbis convenit, ut ex ipſa conſtructione apparet.

2. *Solitudine*, &c.] Salluſt. Catil. c. 6. in fin. *annua imperia, binoſque imperatores ſibi fecere, eo modo minime poſſe putabant per licentiam inſoleſcere animum humanum*. Imitatus hoc C. Cæſar, Africam in duas partes diviſit, apud Dion. lib. 59.

Mora corrumperetur] Verum enim eſt illud Mamerci, apud Livium, 4, 24, 5: *maximam libertatis cuſtodiam* eſſe, *ſi magna imperia diuturna non eſſent, & temporis modus imponeretur, quibus juris imponi non poſſet*. & illud Latronis, apud Senecam, 7, controverſ. ult.: *Nihil tam utile, quam brevem poteſtatem eſſe, quæ magna ſit*. Adde Ciceron. pro L. Man. cap. 9. & quæ noto ad epiſt. ejus provincialem, 29. ita, cum *ordo Judicum Carthagine dominaretur, eo maxime, quod iidem perpetui judices erant*; Annibal *legem promulgavit, ut in ſingulos annos judices legerentur, ne quis biennium continuum judex eſſet*. Idem Livius, 33, 32. Adde Valerium Maximum, 4, 1, 3. & hoc eſt illud Taciti, 6, 48, 5. *vi dominationis convelli & mutari*. Vide tamen Livium, 9, 18, 11: & 32, 28, 2. & noſtrum infra, 2, 16, 4. 1. item Polyb. in excerpt. Valeſ. pag. 216.

Conſuleſque] De his primis Coſſ. Livius lib. 1, & 2: Dionyſ. lib. 4, & 5: Auctor de V. I. cap. 9, 10, & 15: Eutropius in 1: Oroſius in 2. Advertendum, annum illum primum habuiſſe quinque Coſſ. auctor Auguſtinus, Civit. 3, 16. Macrobius, *Saturn.* 1, 12 dicit, primos Coſſ. factos Calend. Jun. quem diem, ut ante annotatum eſt, Romani celebrabant. Plutarchus vero aſſerit, eos creatos Calend Jan. Hinc ſervatum, ut deinceps ſemper Cal. Jan. Coſſ. crearentur. Lege ipſum Problema 18. *Camers*. Ceterum quod ad appellationem hanc, eandem cum noſtro rationem allegant. Varro, apud Nonium, voce *Conſules*, l. 2. §. 16. de O. I. Cicero, de leg. 3, 3. & de Orat. 2. 39. Hieronymus ad Eſaïam, cap. 3, ad vocem *Conſiliarius*.

3. *Tantumque*, &c.] Nec immerito; *libertas* enim *ineſtimabilis res eſt*. l. 106. de R. J. Curt. 6, 6, 11. Ideo cum Græci liberi pronuntiarentur, *Majus gaudium fuit, quam quod univerſum homines caperent, ut facile appareret, nihil omnino bonorum, multitudini gratius, quam libertatem eſſe*. Liv. 33. 18, 5. & 6. Adde infra, 2, 7, 14.

Alterumque ex conſulibus, &c.] Improbant hoc factum, Auguſtin. Civit. 2, 17: Cic. off. 3, 10. Contra quos diſputat Alber. Gentilis de arm. Rom. 2, 4.

libus, tantum ob nomen & genus regium, faſcibus abrogatis, Urbe dimitterent.
4 Itaque ſubſtitutus Valerius Poplicola, ex ſummo ſtudio annixus eſt ad augendam liberi populi majeſtatem. Nam & faſces ei pro concione ſubmiſit, & jus provocationis adverſus ipſos dedit. Et ne ſpecie arcis offenderet, eminentes ædes

SALMASII.

3. *Faſcibus abrogatis*] In Nazarian. legitur: *obrogatis*. Aliud tamen, *obrogare*; aliud, *abrogare*. Legibus obrogatur, quibus contraria lex vel rogatio fit Leges abrogantur, quæ antiquantur.

4. *Itaque ſubſtitutus Valerius Publicola*] Mira eſt conſtantia omnium veterum librorum in falſa ac nihili lectione tuenda, quæ habet: *Horatius Publicola*. ſic non ſolum Flori ſcripti manu codices, ſed etiam Jordanei habent.

Ex ſummo ſtudio] Jordanes habet tantum: *ſummo ſtudio*. Non intellexit veterem elegantiam, & Græcam, ἐκ πολλῆς σπουδῆς. Sic apud Plautum: *ex ſumma ope*, & *ex ſummo ſtudio*. Item, *ex ſumma induſtria, ex ſummis viribus*, apud hunc eundem, & antiquarium Agellium.

Et ne ſpecie arcis offenderet] Quis hanc lectionem jure damnet? Maluit tamen Jordanes: *& ne ſpecies arcis offenderet*.

FREINSHEMII.

Ob nomen] Vide Agell. 15, 29, ex Piſone, quem fortaſſis nec recte capit.

4. *Valerius Poplicola*] De hoc præter citatos, vide Plutarchum in vita; & Auctor. de vir. illuſtr. cap 15. *Cam. Poplicola* autem ſcribendum eſſe Capit. Tab. teſtantur, idemque convincit nominis ratio, eo quod à *populo colendo* illud cognomen in conſulatu, antea *Voluſus* dictus, invenerit; tum quod δημοκηδής, hoc eſt, populum colens, Poplicola a Plutarch. & Dionyſ. interpretatur. *Stadius*. Videtur tamen ipſum *publicum* deductum a *populo*, quaſi *populicum*: eoque alludit §. 1. Inſt. de publ. judic. Quoniam autem Collatinus magiſtratu, non ita multo poſtquam eum ſuſcepiſſet, abiit, Valerium hunc in ejus locum ſubſtitutum, primum Coſ. fuiſſe dicit Cicero in Orat. pro Flacco, cap. 11: & Plin. 16, 15.

Jus provocationis] Legem hanc Antonius apud Ciceronem de Orat, 2, 48. *patronam civitatis, ac vindicem libertatis vocat*; ea enim effectum eſt, ne Conſul pro arbitrio in quemvis, ex odio forte, aliave injuſta cauſa animadvertere poſſet, ſed ubi populus comprobaſſet. Vide Livium, 10, 9, 4. Non abſimilem morem Macedonibus, quamvis ſub rege degentibus, olim fuiſſe, indicat Curtius, 6, 8, 25.

Eminentes ædes] Ædificaverat enim in ſumma Velia, & propterea ſuſpicionem populi incurrerat, quaſi arcem eam regno pararet. Vide Livium, 2, 7. Auctor de vir. illuſtr. cap. 15, L. Higinium, lib. 1. quem citat Pædianus in Piſonianam.

SAL-

æedes ſuas in plana ſubmiſit. Brutus vero fa- 5
vori civium etiam domus ſuæ clade & parrici-
dio velificatus eſt. Quippe quum ſtudere re-
vocandis in urbem regibus liberos ſuos com-
periſſet, protraxit in forum, & concione me-
dia virgis cecîdit, & ſecuri percuſſit, ut plane
publicus parens in locum liberorum adoptaſſe
ſibi populum videretur. Jam hinc liber popu- 6
lus Romanus prima adverſus exteros arma pro
libertate corripuit; mox pro finibus; deinde
pro ſociis; tum pro gloria & imperio, laceſ-
ſentibus aſſidue uſquequaque finitimis: quip- 7
pe

SALMASII.

6. *Liber jam hinc*] Alio ordine libri: *Hinc jam liber.*

Tum pro gloria] Legunt heic libri: *mox pro finibus, deinde pro ſociis, tum gloria & imperio*, &c. Sequitur abhinc non longe: *quippe quum patrii ſoli gleba nulla, ſed ſtatim hoſtile pomærium.* ita ex veteri editione repoſueras, optime & doctiſſime Grutere, cum antea excuſi legerent: *gleba nulla eſſet.* uterque Palatinus cum Jordaneis: *quippe cum patrii ſoli gleba nulla ſit, ſed ſtatim hoſtile pomærium*, quæ lectio, nec tibi, nec ulli, opinor, qui ſapiet, placebit. Nazarianus habet: *quippe cum patrii ſoli nulla gleba ſit, ſtatim hoſtile pomærium.* Ex cujus veſtigiis eamdem lectionem, quam tu ex veteri editione, elicimus, *ſit* pro *ſet*, utrumque pro *ſed.* quod ita crebro nobis occurrit membranas illas verſantibus, ut dubitare vix poſſimus. Sed & pro *cum*, legimus, *cui*, hoc modo: *quippe cui patriis ſoli gleba nulla, ſet ſtatim hoſtile pomærium. cui, populo Romano.* quod indubitanter reponimus.

VARIORUM.

5. *Quum ſtudere*, &c.] De conjuratione filiorum Bruti contra rempublicam præter Liv. & Dionyſ. 5,7: & 8,91. lege Valer. Max. 5, 8, 1: item Auguſtin. Civit. 3, 16: Plutarch. Parall. cap. 20. 21, 22: Claud. in Eutrop. 1, 441.

—— *Natos* (ita malim quam *natis*) *hoc dedere pœnæ*
Profuit, & miſero civem præponere patri:

Sic enim hunc locum, ut pleroſque alios ejuſdem poëtæ, caſtigavimus, quum antea non *patri*, ſed *fratri* paſſim legeretur. Virgilius Æneid. 6, 820.

—— *Natoſque pater nova bella moventes*
Ad pœnam pulcra pro libertate vocabit. Camers.

7. *Quippe cui*, &c.] *Roma a principio*, ut docet Servius, Æn. 11. 598. *tantum unam Tiberis ripam tenebat.* Juvenal. Sat. 8, 265:

—— *& quæ*
Imperii finem Tiberinum virgo natavit

Propert. 4, 1, 8:

Et Tiberis noſtris advena bubus erat.

pe cui patrii ſoli gleba nulla, ſed ſtatim hoſtile pomœrium, mediuſque inter Latium & Tuſcos, quaſi in quodam bivio collocatus, omni-
8 bus portis in hoſtem incurreret: donec quaſi contagione quadam per ſingulos itum eſt: &, proximis quibuſque correptis, totam Italiam ſub ſe redegerunt.

Camers. Latium urbi ab ortu, ab occaſu Hetruria erat, a meridie Veientes, Sabini a ſeptentrione, hoſtes Romanorum omnes. *Stadius.*

SALMASII.

8. *Sub ſe redigeret*] Scribendum eſt, *redegerunt*. ita Flori ſcripti Codices, ita Jordanis, ita veteres formis cuſi.

FREINSHEMII.

7. *Gleba nulla*] Extenuat auctor, non tam hiſtorico more, quam oratoria licentia, ut major inde admiratio oriatur. Jam enim ſub tot regibus, & omnibus, præter Numam, bellatoribus, aliquantum agri adquiſiverant Romani.

8. *Proximis quibuſque*] Ita Macedones, apud Juſtin. 7, 1, 4.

VARIORUM.

Redegerunt] Ita viſitur in omnibus Mſs. & vett. edd. male recentiores, *redigeret*. Gruterus.

CAP. X.

Bellum Etruſcum cum rege Porſena.

1 PUlſis ex Urbe regibus, prima pro libertate arma corripuit. Nam Porſena rex Etruſco-

co-

SALMASII.

1. P*Ulſis ex urbe regibus*] Optimæ divi Nazarii membranæ: *pulſis ex urbe regni*, alter Palatinus: *regiis*. forte: *regnis. pulſis ex urbe regnis*, quod eſſet pro *regibus*. ut *ſervitia* pro ſervis, *conjugia* pro conjugibus, ita hic *regna* pro regibus. Hoc dignum eſt elegantia Flori.

FREINSHEMII.

1. R*Egibus*] Optimæ divi Nazarii membranæ, *pulſis ex urbe regni*, alter Pal. *regiis*, forte *regnis. pulſis ex urbe regnis.* quod eſſet pro *regibus.* ut ſervitia pro ſervis, conjugia pro conjugibus. Ita hic regna pro regibus. Salmaſius hoc loco & in notis ad Trebell. Pollionis Claudium cap. 5. Loquitur certe non abſimiliter Florus infr. 1, 24, 3. *totam eam dominationem.*

Prima pro libertate] Exſequitur jam per partes, quod propoſuerat ſupra, 1, 9, 6.

VARIORUM.

HIſtoriam hanc ſcribunt Livius, 2, 10: Dionyſ. 5, 21: Auctor de vir. illuſtr. c. 11, & 12: Eutrop. 1, 11: Plut. in Parall.: Auguſtin. Civit. 2, 18: Silius, 10, 482: Virg. Æn. 8, 646. *Camers.*

SAL-

Digitized by Google

corum ingentibus copiis aderat, & Tarquinios manu reducebat. Hunc tamen, quamvis 2
& armis, & fame urgeret, occupatoque Janiculo ipſis Urbis faucibus incubaret, ſuſtinuit, repulit, noviſſime etiam tanta admiratione perculit, ut ſuperior ultro cum pæne victis amicitiæ fœdera feriret. Tunc illa Roma- 3
na prodigia atque miracula, Horatius, Mucius, Clœlia, qui niſi in annalibus forent, hodie fabulæ viderentur. Quippe Horatius Cocles, 4
poſtquam hoſtes undique inſtantes ſolus ſubmovere non poterat, ponte reciſo tranſnatat Ti-

SALMASII.

3. *Quæ niſi in annalibus forent*] Melius liber Nazarianus: *qui niſi in annalibus forent*. Mucius Scævola, Clœlia; non enim ad prodigia refertur. alter Palatinus: *quæ niſi in annalibus foret*. ut ad ſolam Clœliam referatur. male.

FREINSHEMII.

2. *Et fame*] Qua tamen invictiſſima quæque facile expugnantur. *Sæpius enim penuria, quam pugna conſumit exercitum, & ferro ſævior fames eſt*: ait Veget. 3, 3. & iterum, 3, 9: *fames (ut dicitur) intrinſecus pugnat, & vincit ſæpius quam ferrum*. Plura dicam infra, ad 2, 18, 13.

Amicitiæ fœdera] Non tamen æquis conditionibus, quippe mulctavit eos parte agri, imperavit obſides, cognitionem cauſæ de bonis regiis ſuſcepit. Dionyſius, 5, 30: Plutarch. de mulier. virtut. cap. 20. Tacitus *Urbis* etiam *deditæ* meminit, H. 3, 72, 2. immo, quod non niſi ſua quoque confeſſione victis imponi poteſt, *in eo fœdere, nominatim comprehenſum invenimus, ne ferro, niſi in agricultura, uterentur*. Plin. 34, 14.

3. *Qui niſi in annal.*] Ita infra, 1, 12, 11. de Veiis. In facto Coclitis non abſimili a noſtro figura, Livius, 1, 10, 11: *rem auſus plus famæ habituram ad poſteros, quam fidei*.

4. *Cocles*] Simile hujus virtuti facinus de Norvegienſi quodam milite, qui Anglos ad Derventam fl. pontem tranſituros ſolus cohibuit, eſt apud Polydor. lib. 8. Procopius etiam, fine primi Gothicorum de Principio & Tarmuto narrat, eos ſolos Gothorum impetum ſuſtinuiſſe. *Coclites* autem appellati ſunt veteribus, *qui altero lumine orbi naſcerentur*, apud Plinium, 11, 37. Tzetzes, Chil. 3, verſ. 828. tales *Coclios* appellatos eſſe ſcribit.

Ponte reciſo] Sublicium intelligit, atque Romanis hoc Coclitis periculo monitis, religioſum fuit poſthac eundem pontem ex alia materia, quam ex ligno conſtruere. *Stadius*. Plinius, 16, 15. unde Stadium hæc deſcripſiſſe puto, dicit de buleuterio Cyziceno, *ædificium*

5 Tiberim, nec arma dimittit. Mucius Scævola
regem per inſidias in caſtris ipſius aggreditur:
ſed ubi fruſtrato circa purpuratum ejus ictu te-
netur, ardentibus focis injicit manum, terro-
6 remque geminat dolo. *Ut ſcias*, inquit, *quem*
virum effugeris, idem trecenti juravimus.
quum interim (immane dictu!) hic interritus,
ille trepidaret, tanquam manus regis arderet.
Sic

ænum amplum, ſine ferreo clavo, ita diſpoſita contignatione, ut eximantur trabes ſine fultura, ac reponantur. Quod item Romæ in ponto ſublicio religioſum eſt, poſteaquam, Coclite Horatio defendente, ægre revulſus eſt.

SALMASII.

5. *Sed ubi fruſtrato circa purpuratum*] Scripti omnes, quotquot vidimus, aut evolvimus, *fruſtratum*, non *fruſtrato*, habent. non aliter veteres Jordanei. & ſane non fruſtratus fuit ictus circa purpuratum, quem illo ictu occidit, ſed circa regem. Hærebat animo perſuaſio legi poſſe: *Sed ubi fruſtratum, & circa purpuratum ejus ictu tenetur*. Sed, ut verum fatear, acute magis quam vere, nam vulgatam poſſumus defendere & exponere, immo & debemus.

Terroremque geminat] Alter Palatinus: *ingeminat*.

FREINSHEMII.

Nec arma] Seneca epiſt. 120: *non minus ſollicitus, ut armatus, quam ut ſalvus, exiret*.

5. *Mucius*] Simile in Plutarch. Parall. cap. 2. Nec minore animo quidam Romanus Mithridatem aggreſſus eſt. Dio lib. 35.

Purpuratum] *Scribam* vocat Livius. 2, 12, 7: & Sidon. carm. 5. verſ. 74. Dionyſ. etiam, 5, 28. vocat, γραμματεῖς quos multæ dignitatis fuiſſe elucet inde etiam, quod in pace Ætolis data excipiebatur: *obſes ne eſto prætor, præfectus equitum, ſcriba publicus*. Livius. 38, 11, 6. Adde Curt. 7, 3, 4: & 8, 11, 5: Cornel. Nepot. in Eumene: Arrian. 3, 1, 18. Nec ab his differre putem Hebræorum Regum ſcribas, quorum frequentiſſima in ſacris libris mentio.

6. *Quem virum effugeris*] Quid hoc ad æſtimationem viri, ccc, an plus minuſve habeat ſociorum? putaveram leg. *quam parum*. Sed cum q. I. habeant, *quem vix*, melius emendat Berneccer. *quam vix*; Explicatque, *quam vix effugeris*, hoc eſt, quam vix effugere poteris, ut iſtud, *effugeris*, futurum notet.

Quum interim, &c.] Sidon. Carm. 5. verſ. 77:

——— Cum forte ſatelles
Palleret, conſtante reo, tormentaque capti
Is fugeret, qui tortor erat.

Adde Senec. epiſt. 24.

VARIORUM.

5. *Fruſtrato c. p. e. ictu tenetur*] Lectio minime ſollicitanda, utpote ſuſtentata etiam auctoritate Pal. pr. & ſec. ſolumque viſitur illud *fruſtratum* in tertio. *Gruterus*.

SAL.

Digitized by Google

Sic quidem viri. Sed ne quis ſexus a laude 7
ceſſaret, ecce & virginum virtus. Una ex obſidibus regi data, elapſa cuſtodiam, Cloelia,
per patrium flumen equitabat. Et rex quidem 8
tot

SALMASII.

7. *Sed ne quis ſexus a laude ceſſaret*] Si plures eſſent ſexus, haberet quo ſe defenderet hæc ſcriptura, ſed cum tantum duo ſint, & de virili jam dixerit, parum apte, *ne quis ſexus.* varietas facit non immerito, ut dubitem. Jordanis unus codex: *Sed ne ſexus alter a laude ceſſaret.* alter Longobardicus: *ſic quidem in viris, & ne ſexus alter a laude ceſſaret.* Nazarianus, qui in omnibus, ἰσχύει καὶ δυναμικὸν ἄγχινον, nobis eſt: *Sed ne quid ſexus a laude ceſſaret.* Inde aliquis poſſet augurari excidiſſe vocem *alter*, ac legendum contendere: *Sed ne quid ſexus alter a laude ceſſaret.* Sic enim hic auctor alibi loquutus eſt. Ut capite ſequenti: *Inde in aciem profectus, ne quid a ruſtici operis imitatione ceſſaret.* Ita hoc loco: *ne quid ceſſaret a laude ſexus alter.* Sed potius putem cum Nazariano ſcribendum: *ne quid ſexus a laude ceſſaret.* Optimi quidam auctores *ſexum* abſolute pro muliebri ſexu dixerunt. Inde in vetuſtiſſimis Gloſſis, *ſexus*, γυναικεία φύσις exponitur.

Elapſa cuſtodiam] Palatinus unus: *elapſa cuſtodia.* Alter, ut vulgati. Jordanis libri: *elapſa cuſtodiæ.* Nazarianus codex: *lapſa cuſtodiam.* Legendum: *elapſa.*

FREINSHEMII.

7. *Sed ne quis ſexus*] Non video, cur quemquam lectio iſthæc offendere debeat, ſubnixa fide O. Mſs. tam Vineti, quam Pall. unico excepto Nazario, in quo *quid*; ſed littera poſtrema excurrente extra terminos, ut videantur initio tantum fuiſſe, *qui.* Gruterus. Ceterum Romanis hoc loco quadraret, quod de Scythis prædicat Juſtinus 2, 1, 2. *Non virorum, imperio magis, quam feminarum virtutibus claruere.*

Ceu ſibi certantes, ſexus quid poſſit uterque.

Claudianus de Conſul. Probini & Olybrii verſu 201. qui tamen mendoſus in ſequenti verſu. nam in omnibus, quæ vidi, exemplaribus legitur:

Hunc legere ad herum.

pro quo aptius ſubſtitueres:

Hunc legere thorum.

quæ ſequuntur, luxata ſunt, aut aliquæ ex naufragio tabulæ. Videtur enim Claudianus matres Romanas Græcaſque comparaſſe iſti matronæ.

Una ex obſidibus] Nota, feminas etiam obſides dari ſolitas antiquis temporibus, ut recte reprehenſus videatur a Lipſio ad Tacit. Germ. 8, 2. Suetonius, Aug. cap. 21. qui *novum genus obſidum* appellat *feminas.* Meminit tamen obſidum feminarum etiam Polyænus, 4, 3, 30: & Dionyſ. 1. 43, 1.

VARIORUM.

Elapſa cuſtodiam] Jure iſtud probat Vinetus, ante enim *cuſtodia.* intruſeratque Camers, *eluſa cuſtodia.* etiam contra. Mſs. Pall. in quibus extat lectio prima; niſi quod tert. *cuſtodia*, nam Nazar. habet *date lapſa cuſtodiam*; ſed ſtatim inſerta *a* litera, ab eadem manu. *Gruterus.*

SAL-

tot tantiſque virtutum territus monſtris valere, liberoſque eſſe juſſit. Tarquinii tamdiu dimicaverunt, donec Aruntem filium regis manu ſua Brutus occidit, ſuperque ipſum mutuo vulnere expiravit; plane quaſi adulterum ad inferos uſque inſequeretur.

SALMASII.

8. *Tot tantiſque virtutum territus monſtris*] Idem Nazarianus: *monitis*. Cujus ſcripturam confirmat & Palatinus alter. In priore quoque eſt, *monitus*. Sed *monſtris* verum eſt. *Prodigia* ſupra vocavit.

FREINSHEMII.

8. *Liberoſque eſſe juſſit*] Eadem phraſis in Martialis epigr. 89. lib. 9.

VARIORUM.

8. *Monſtris*] Ita edidi auctore Jordane, nam vulgati O. ut & Mſſ. *monitis*: interpretamentum ſcilicet alterius vocis. at *monſtrum* etiam in bonam ſumitur partem, ut alibi oſtendi; & habuimus 1, 7, 11. *monſtrum pulcherrimum*. Gruterus.

Plane quaſi adulterum] Iſta verborum circuitione Florus ſubindicare videtur, Aruntem Tarquinium Lucretiæ vim attuliſſe, quem tamen omnes, quos equidem legerim, (præter unum Servium, Æn. 8, 646.) Sextum vocant; etſi Dionyſius, 4, 72. cum natu maximum filiorum Superbi regis nominet; Livius, Ovidius in Faſtis, 2, 691. minimum. Brutum hoc anno in magiſtratu cæſum eſſe, ideo Dio lib. 46. & Obſeq, cap. 139. annotavit, quod omnes qui collegæ imperium abrogaſſent, eodem in magiſtratu periiſſe obſervatum ſit; quod & ipſe exemplis confirmare nititur. *Stadius.*

CAP. XI.

Bellum Latinum.

1 Latini quoque Tarquinios aſſerebant æmulatione, & invidia: ut populus, qui foris dominabatur, ſaltem domi ſerviret. Igitur omne Latium, Mamilio Tuſculano duce,

quaſi

SALMASII.

1. *Mamilio Tuſculano duce*] Perperam in Palatino priore: *Manlio*. Ceteri omnes, & recte quidem, *Mamilio* legunt. Is Mamilius Octavianus Livio.

VARIORUM.

Hiſtoriæ hujus auctores ſunt Livius, 2, 19: Dionyſius, 6, 2: Plutarch, Coriol. cap. 3. Valer, Maxim. 1, 8, 1: Feneſt. tit. 13. Auctor. de vir. illuſtr. cap. 16: Lactantius, 2, 8: Eutropius, 1, 11: Oroſ. 2, 13. *Camers.*

1. *Latium*] Hodie *Campagna di Roma*, quaſi territorium Romæ dicas: Incolæ *Latini* dicuntur, etiam *Priſci* nominati, teſte Dio-

nyſ.

quaſi in regis ultionem tollit animos. Apud 2
Regilli lacum dimicatur, diu Marte vario, donec Poſtumius ipſe dictator ſignum in hoſtes jacu-

nyſ. & Feſto. Nam priuſquam Roma conderetur, fuerunt. Dicti etiam *Caſci*, ut putat Scaliger ad Varronem: poſtea *Æneidæ* & *Romani*, ut Suidas notat. Dividitur *Latium* in *antiquum* & *novum*. *Antiquum* a Tiberi ad Circeios, *novum* hinc ad Lirin flumen. *Pontan.*

Mamilio] Ita bene, ſed tamen v. c. & aliæ *Manilio*. Pal. ſec. *Manulio*. tert. *Manlio*. reſtat tamen prima lectio in Nazar. *Gruterus*.

SALMASII.

2. *Signum in hoſtes jaculatus eſt*] Mirum, unde vitioſa lectio in omnes, etiam optimos, codices irrepſerit: *Dignum in hoſtes*. Non meminit Livius illius ſigni in hac pugna jacti in hoſtes ut repeteretur. Ait tantum, Poſtumium dictatorem cohorti ſuæ ſignum dediſſe, ut, quem ſuorum fugientem viderent, pro hoſte haberent. Hoc tamen de ſigno in mediam hoſtium aciem projecto, ut magna vi repeteretur, ab aliis imperatoribus uſurpatum memini. Quod novum & inſigne commentum, a Poſtumio dictatore primum inſtitutum heic vult Florus: quum a Servio Tullio multis ante annis uſurpatum fuerit.

VARIORUM.

2. *Regilli lacum*] Regillus eſt lacus in agro Tuſculano, ad Algidi nemoris ingreſſum. Hodie *Lago di S. Praſſo* appellatur. *Pontanus*.

Poſtumius] Qui ob hanc victoriam *Regillenſis* eſt appellatus. *Pontanus*.

FREINSHEMII.

1. *Quaſi in regis ultionem*] Hanc nempe cauſſam prætexebant, cum invidia eſſet, & metus augeſcentis Rom. potentiæ. quod & Plutarchus tangit in Coriolano cap. 3. Notandum igitur duas plerumque cauſſas bellorum eſſe, aut plures, quarum favorabiliores in vulgus vulgentur, ſecretiores, quæ interdum ſolæ cauſſarum nomen merentur, reticeantur. reſpicit huc Thucyd. 1, 4, 17. quem ex interpretatione illuſtris Enenckelii adſcribere libet: *Equidem veriſſimam cauſſam, ſed minime verbis agitatam, Athenienſes, fuiſſe reor: qui Lacedæmonios, potentiæ viriumque ſuarum metu, in arma egerunt. Quæ autem in ſpeciem palam ferebantur cauſſæ, &c.* Dionyſ. excerpto 111. de legat. *Aperta Samnitici belli cauſſa, & cujus prætextus apud omnes ſpecioſius vulgari poterat, erat Lucanorum protectio, &c. ſed occulta cauſſa, & quæ magis amicitiam dirimere cogebat, erat Samnitum potentia, &c.* Salluſt. Hiſtor. 3, 4, 17. *dicta alia: ſed certatum utrinque de dominatione.* Lege pulcherrimum prudentiſſimi Polybii locum Hiſtoriar. libr. 3. cap. 6. & 7. Vis verbo dicam? nimium parum abeſt a vero illud Platonis Phædone: Διὰ γὰρ τὴν τῶν χρημάτων κτῆσιν, πάντες οἱ πόλεμοι γίγνονται. Exempla plura, quamvis non legere tantum, ſed & propemodum cernere liceat, ſunt apud eundem Thucyd. 3, 14, 3. & Juſtin. 4, 3, 5. (ubi nota Berneggeriana.) & 30, 3, 6. Itemque noſtrum infra 2, 2, 4. Dion. lib. 40. pag. 136. A. 137. C. 152. A. Sex. Ampelius: *Belli ſpecies magis quam cauſſa fuit, negatus a Senatu Cæſari conſulatus*. Ad-

de

jaculatus eſt (novum & inſigne commentum)
3 uti petereretur curſu. Coſſus equitum magiſter exuere frenos imperavit (& hoc novum) quo
4 acrius incurrerent. Ea denique atrocitas fuit prælii, ut interfuiſſe ſpectaculo deos fama tradide-

de Leuncla. Annal. Turc. pag. 458. Zonaræ tom. 2. pagina 51. & 98. Livium 36, 6, 1.

2. *Dictator*] Dictatorem dicendum eſſe in rebus trepidis ex SC. ab altero Coſſ. cautum erat. Coſ. itaque nocte ex Conſularibus viris unum dicebat, qui cum ſumma poteſtate, & ſine provocatione, reipublicæ præeſſet. *Stadius.* vide Livium, 4, 17, 10: & 9, 38, 14. & l. 2. §. 18. de O. I.

Signum in hoſtes jaculatus] Signum deſeruiſſe ſummum militiæ flagitium erat. Ovid. Faſt. 3. 113:

Non illi cœlo labentia ſigna tenebant,
Sed ſua, quæ, magnum, perdere, crimen erat.

& propterea maximum ad pugnandum incitamentum, ſigna jeciſſe in hoſtes. Quod ſæpius tentatum Romanis, proſpero eventu. Vide Livium, 3, 70, 12: 4, 29, 3: 25, 14, 5: 34, 45, 11: 41, 4, 1. Cæſarem, de Bell. Gall. 4, 25: Ammianum, 16, 30: Valerium Maximum, 3, 2, 20: Frontinum, Strateg. 2, 8.

SALMASII.

4. *Ea demum atrocitas fuit prælii*] Parum convenit hoc loco hæc dictio *demum*. Legitur in priore Palatino: *Eademque*. pronum eſt corrigere: *Ea denique atrocitas fuit prælii.* Sic capite ſequenti: *Ea denique viſa eſt prædæ magnitudo.* & alibi paſſim. Sic etiam meliores libri hoc loco legunt.

FREINSHEMII.

Novum] Immo a Servio Tullio multis ante annis uſurpatum. Frontinus loco modo citato.

Curſu] Neſcio quid hoc ad rem faciat? non enim curſu repetendum erat ſignum (nec enim vacabat currere), ſed manu & armis: forte legi poſſet *rurſus*; quamvis nec mihi ſatisfaciat. Vel potius ita; *petereretur. Rurſus Coſſus*, &c. ſenſu quo ſæpius *iterum* legitur.

3. *Coſſus*] Ἀνιστορησία eſt in nomine *Coſſus* pro T. Æbutio Elua. Coſſus enim Magiſter equitum fuit, Æmilio Mamercino Dictatore, anno U. C. 327. *Stadius.* Sigonius putat, inhæſiſſe memoriæ Flori facinus illud Coſſi, cum hæc ſcriberet, ideoque huc retuliſſe. Erraſſe denique Florum inter omnes convenit, excepto Franciſco Robortello, qui vocem illam *Coſſus* expungit.

Exuere frenos] Simile apud Valer. Maxim. 3, 2, 9: Livium, 40, 40, 5. ubi dicit: *id Romanos equites ſæpe cum magna laude feciſſe ſua, memoriæ proditum eſt.*

VARIORUM.

4. *Ea denique*] Ita aperte Nazar. ac Palat. ſec. accedebatque tertius & edd. primæ, in quibus *Eademque.* poſt cuſi. *Ea demum.* Gruterus.

SAL-

Digitized by Google

diderit; duos in candidis equis, Caſtorem atque Pollucem nemo dubitavit. Itaque & Imperator veneratus eſt, pactuſque victoriam templa promiſit, & reddidit, plane quaſi ſtipendium commilitonibus diis. Hactenus pro liber-

SALMASII.

4. *Et reddidit plane quaſi commilitonibus diis ſtipendium*] Melior etiam hac parte, ut in omnibus, Nazarianus, qui legit: *& reddidit quaſi ſtipendium commilitonibus diis*. Et ſic quoque prior Palatinus. Alter, ut poſterioris ævi, ita etiam deterioris notæ, ſincerum incruſtat, vocibus additis: *& reddidit plane quaſi ſtipendium militibus, commilitonibus diis*. ea licentia fuit, aperta vi graſſandi in bonos auctores.





Caſtorem atque Pollucem] *Eos exhibent hi Nummi*; *ex* Oyzel. xli. Tab. *In primo eorum capita ſola vides: in altero ſedentes in equis: in utroque pileatos cum ſtellis.*

FREINSHEMII.

4. *Caſtorem atque Pollucem*] Affirmant hoc uno ore Plutarch. Coriol. cap. 5: Dionyſ. 6, 11: Valer. Maxim. 1,8,1: Cicero Tuſcul. Quæſt. 1, 12. f: & de Nat. Deor. 2, 2. f. Frontin. ſtrateg. 1, 11, 8. Similia noſter infra, 2, 12, 16: Juſtin. 20. 3, 8: Cedren. p. 617, 30. Plura congeſſit Zwinger. vol. 3. lib. 11.

VARIORUM.

4. *Dubitavit*] Ita olim cuſi; ita triga Palatinorum. Vinetus, *dubitarit*. Gruterus.

Pactuſque] Sic Pall. omnes. ſic & V.C., ne cui adhuc placeat Camertis *nactuſque*. Gruterus.

Plane quaſi ſtipendium commilitonibus Diis] Poſitio verborum pendet a fide trium Pall. niſi quod ſec. interjiciat vocem; *ſtipendium militibus commilitonibus*. Vulgabatur prius; *plane quaſi commilitonibus Diis ſtipendium*. Res quidem eodem redit, ſed videbatur repræſentandus librorum conſenſus. *Gruterus*.

SAL.

5 libertate: mox de finibus cum eiſdem Latinis aſſidue, & ſine intermiſſione pugnatum eſt.
6 Sora (quis credat?) & Algidum terrori fuerunt: Satricum atque Corniculum provinciæ. De Verulis & Bovillis pudet, ſed triumphavimus.

SALMASII.

6. *Et Algidum*] In Jordaneis, *Alſium*, Ptolemæo, νεὸν χέσεργν νόρργι ἄλπιον Stephano Ἄλγιδος quod *Algidum*. Sed aliud *Alſium*.

VARIORUM.

6. *Verulis*] Oppidum eſt Hernicorum, in Latio item, haud procul Roma. Male in libris nonnullis eſt *Veis*. Livio eſt *Verulanum*, 9, 42, 12: & 9, 43, 14. [illud tamen Livii, ad incolas, non urbem, referendum, ut, cum *Verulanum* dicit, pop. intelligere videatur, ſicut iiſdem locis, *Alatrinatem Ferentinatemque*] coloniæ *Verulæ* (ſive *Verularum*) meminit Frontinus. Nunc *Verulo*, teſte Leandro. *Pontanus*.

FREINSHEMII.

5. *Mox de finibus*] Alterum membrum diviſionis propoſitæ, 1, 9, 6.

Sine intermiſſione] Gruterus legit, *ſine miſſione*; quod eſt infra, 3, 20, 14.

6. *Sora*] *Soram*, Volſcorum oppidum, in Campania fuiſſe invenio, defeciſſe ad Samnites bello Samnitico, interfectis Romanis colonis, anno U. C. CDXXXVIII; eamque, ob ſitum expugnatu difficilem, Sorani transfugæ indicio captam: Colonorum cædis ac deditionis auctores CCXXXV, Romæ virgis cæſos ac ſecuri percuſſos. Stadius, ex Livio, 9, 23, & deinceps.

Algidum] Oppidum eſt Æquorum, non procul a Tuſculo, in alto monte ſitum. eſt & *mons Algidus*, qui diſtat ab urbe C. ſtadiis, & *ſilva Algida*, in cujus ingreſſu eſt Regillus lacus. Circa hunc locum Gracchus Æquorum dux, L. Minucium Coſ. cum exercitu obſederat, quo nuntio cum Romæ trepidatum eſſet, Dictatorem dici placuit, dictus eſt ille Quinctius Cincinnatus, cujus hiſtoriam mox proſequetur. Stadius, ex Livio, 3, 25. & deinceps.

Terrori fuerunt] Quidni fuiſſent? vicinæ civitates, magnitudine & viribus nihilo tunc inferiores. *Vinetus*. ſed Florus hoc dicit, ex præſenti habitu rem æſtimantibus, vix credibile fieri, tantam urbem ita debilem olim fuiſſe, ut hæc oppida terrori eſſe potuerint.

Satricum] Urbs Antiatum in Latio, incenſa eſt a Latinis, indignitate irritatis, quod Antiates urbem agroſque dediderant. anno U. C. CCCLXXVII. Stadius, ex Livio, 6, 33, 5.

Corniculum] Latini nominis oppidum, a Tarquinio Priſco expugnatum, direptum & incenſum invenio. Latinos, iſtam cladem agri Romani populatione ulturos, a Priſco rege coercitos, & excurſione in ipſorum agrum æquali clade ultum eſſe. Stadius, ex Dionyſ. 3, 73.

Bovillis] Bovillæ hodieque notæ. Et extant tenuis iſtius municipii reliquiæ, circiter medium ab urbe lapidem, in via Appia. *Pontanus*. Aliter Cluver. Ital. Antiq. 3, 4.

vimus. Tibur nunc ſuburbanum, & æſtivæ 7
Præneſte deliciæ, nuncupatis in Capitolio
votis petebantur. Idem tunc Fæſulæ, quod 8
Car-

3, 4. Vet. interpres Perſii ad Satyram, 6, 55. *ad undecimum lapidem Appiæ viæ* collocat, & *quia aliquando in Albano monte ab ara fugiens taurus jam conſecratus, ibi comprehenſus* ſit, inde *Bovillas* dictas aſſerit. Propertius propter vicinitatem *ſuburbanas* appellat, 4, 1, 13: ſicut & Ovid.

Orta ſuburbanis quædam fuit
Anna Bovillis.

quemadmodum & noſter, num. ſeq. *Tibur nunc ſuburbanum.*

Pudet, ſed triumphavimus] Eadem figura Martialis, Epigram. 2, 18.

Capto tuam, pudet heu! ſed capto,
Maxime, cœnam.

SALMASII.

8. *Idem tunc Fæſulæ, quod Carræ nuper*] Vetuſta huic loco inoleverat menda, *Capreæ* pro *Carræ.* quæ adeo vetuſta eſt, ut non ſolum uterque Palatinus, ſed & omnium optimus & antiquiſſimus Nazarianus, bona fide, eam agnoſcant. rectè viderunt eruditi legendum eſſe *Carræ*; Jordanei: *Charræ*, cum tamen non Græcis χάῤῥαι, ſed κάῤῥαι. Inepte vero Jordanes, qui iiſdem verbis hæc refert in ſuis hiſtoriæ centonibus. ſaltem debuiſſet, *nuper*, omittere. Immane quantum intervallum inter Flori tempora, & Jordanis: Trajani, & Juſtiniani. at quis legens illa apud Jordanem, *quod Carræ nuper*, ſuſpicari poſſit eum ſub Juſtiniano vixiſſe? aut ſi ſciat illis temporibus floruiſſe, non quærat, quid magnum aut memorabile geſſerint apud *Carras* tunc temporis Romani?

FREINSHEMII.

7. *Tibur*] Ad vigeſimum ab urbe lapidem, Martial. Epigram. 4, 57. ubi divites Romani prædia habuere, in quibus æſtivo præcipue tempore commorabantur, propter aeris ibi temperantiam, ut ex eodem epigrammate patet: itemque Seneca de benefic. 4, 12: A. Gell. 19, 6.

Præneſte] Diſtat ab urbe in ortum ſtadiis ducentis, ejus ſitus a Strab. lib. 5. deſcribitur. Præneſtini, anno U. C. CCCLXXIV. ad portam Collinam ſigna intulerant, cum ingenti urbis, quæ tunc ſeditione laborabat, trepidatione. Dictator itaque dictus T. Quinctius Cincinnatus, fugat ad Alliam flumen Præneſtinos, & Præneſte capto triumphavit. Huic urbi frequenter exitioſa fuiſſe ſua munimenta, idem Strabo teſtatur, propter Romanorum ſeditiones, ob loci enim firmitudinem eo ſeditioſi ab urbe pulſi confugere ſolebant, & munitione urbis ſeſe tueri: quos dum alii repetunt & expugnant, Præneſtini nulla ſua culpa miſere affligebantur. *Stadius.* Vide etiam noſtrum infra, 3, 21, 49.

Nuncupatis, &c.] Nota res; unum tamen Livii locum adſcribere liceat, 41, 10, 7: *quum is* (de Coſ. loquitur), *more majorum, ſecundum vota in Capitolio nuncupata, lictoribus paludatis profectus ab urbe eſſet.* Cui adde alium apud eund. 42, 41: & præcipue, 22, 1, 7.

8. *Fæſulæ*] Cluverius Italiæ antiquæ lib. 2. pag. 510. ineptiarum arceſſit auctorem noſtrum, quod commemorationi rerum Latina-

Carræ nuper. idem nemus Aricinum, quod Hercynius ſaltus: Fregellæ, quod Geſoriacum: Tiberis, quod Euphrates.
9 Coriolos quoque (pro pudor) victos adeo gloriæ fuiſſe,

rum, Fæſulas, Hetruſcam urbem, miſceat. Sed quod ſupra, 1, 7, 4. pro defenſione noſtri attulimus, hunc quoque locum tutum præſtet, multoque magis, quod hoc ipſo cap. num. 11. *Æquos & Volſcos pervicaciſſimos Latinorum fuiſſe*, dicat; cum neminem mediocriter in rebus Italicis verſatum, nedum Florum, fallere potuiſſet, diverſas à vetere Latio gentes eſſe Volſcos & Æquos. *Latium enim complectitur multa etiam non Latina: nam Æqui, Volſci, Hernici, & circa ipſam Romam Aborigines, & qui vetuſtam habuerunt Ardeam Rutuli, aliæque majores minoreſque civitates, quondam circa Romam habitaverunt, cum ea primum conderetur.* Strabo lib. 5.

SALMASII.

Fregellæ, quod Geſoriacum] Diverſe ſcriptum hoc nomen reperitur. quidam *Gerſoriacum*. Jordanei: *Cæſoriacum*. Editum vulgo in Ptolomæi libris: *γισοῤῥιακόν*. Scriptus codex: *τησοργιακόν*. depravatum pro *γησοῤῥιακόν*. & ita legendum apud Ptolemæum.

9. *Tiberis, quod Euphrates*] Perperam in omnibus ſcriptis noſtris habetur, *quod Tigris, quod Euphrates*. Niſi cui reſcribendum videtur: *Tiberis, quod Tigris, quod Euphrates*. Cui tamen mutationi non aſſenſum præbeo. Cujus rei certas habeo rationes. præterea nemo non videt, Tigris nomen ob viciniam Euphratis irrepſiſſe pro Tiberi. Nam libri, qui *Tigrim* illum præferunt, non exhibent *Tiberim*.

Coriolus quoque, pro pudor, victus] Ita edi voluit Vinetus, librorum ſuorum fidem ſequutus, quibus nimium hac in parte credulus. Vera quippe eſt veterum excuſorum lectio: *Coriolos, quoque, pro pudor, victos, adeo gloriæ fuiſſe.* & quæ extat etiam in Nazariano, & vetuſtiſſimis Jordaneis. quid ſi *pro pudor* præponas, hoc modo: *pro pudor! Coriolos quoque victos adeo gloriæ fuiſſe?* ſed ſenſus idem, ex ordine vulgato. Nunquam ſane effecerit Vinetus, ut *Coriolus* ſit idem, quod *Corioleniſis* aut *Coriolanus*, *Corioli* nomen oppidi *προτότυπον*, qua forma aliquot Italiæ oppida vocata. Sic *Gabii*, *Carſeoli*, dicti. Unde *ἐθνικὸν* *Coriolanus*. Nomen urbis hujus Stephano eſt *τὰ Κορίολα*, non *οἱ Κορίολοι* Nam Græcis nulla urbium nomina ſic terminantur.

VARIORUM.

8. *Fregellæ*] Oppidum Latinorum non procul a Liri amne, a Samnitibus captum bello Samnitico, & a Romanis receptum anno U. C. CCCXLII. *Stadius.*

Geſoriacum] Fuit autem portus Morinorum in Gallia Belgica, quod nunc Caletum, ut eſt opinio, dicitur. alii malunt Soiacum eſſe, juxta Audomari fanum. *Stadius.*

9. *Tiberis*] Et iſtud eſt a Jordane Mſs. & I. *quod Tigris, quod Euphrates.* inepte, opponit enim nemora, urbes, flumina. *Gruterus.*

FREINSHEMII.

Aricinum] Aricia urbs fuit Latii, Appia via, à Roma CLX. diſtans ſtadia,

Digitized by Google

ſe; ut captum oppidum Caius Marcius Coriolanus quaſi Numantiam, aut Africam, nomini induerit. Extant & parta de Antio ſpolia,

ſtadia, auctore Strabone lib. 5. quæ ſunt viginti milliaria, vix quinque leucæ Aquitanicæ. Plura Strabo ibidem de Aricina ſilva. *Vinetus.* Confer hunc locum cum 1, 17, 3.

Hercynius Saltus] Vide multa apud Cluver. Germ. antiq. lib. 3. cap. 47. qui hoc loco ſit inſtar omnium.

Coriolos quoque (*pro pudor!*) *victos &c.*] Reduxi lectionem vulgatam ante editionem Vineti, tanquam planiorem. Libri ejuſdem, *Coriolus q. p. p. victus, a. g. fuit.* ſicque tamen Pal. ſec. ac tert. ſed non prim. bonitate & ætate longe prior; niſi quod is, *induceret*, haud etiam omnino malum. porro videtur vox *Coriolanus*, librarii potius quam auctoris. *Gruterus.* Vineti opinionem, qua *Coriolum* pro populo accipi poſſe putat, arguit Salmaſius, cum ab urbe *Coriolis* incolæ non *Corioli* appellari poſſint, ſed *Coriolenſes* aut *Coriolani*.

SALMASII.

Cajus Marcius Coriolanus] Non *Caius*, ſed *Gneus* appellatur in veteribus libris, & apud Jordanem. Titi etiam Livii Epitome *Cn. Marcium* vocat. Græcis ſemper γαῖος. ſed de hoc pluribus alias.

Nomen induerit] Lectio hæc veterum editorum, quam ſi retinemus, legendum fuerit: *ut capti oppidi Cn. Marcius Coriolanus quaſi Numantiæ aut Africæ nomen induerit.* ſed nihil neceſſe. Palatinus uterque legunt: *nomini induerit.* nec ſecus Jordanis libri. eleganter dictum, *captum oppidum nomini induere.* non item, *captum oppidum nomen induere.* quod vix ſubſiſtit. Nazarianus habet: *indueret.* ſic quoque placuit Vineto ex ſuis edere. Forte legendum: *ut captum oppidum nomini indueret.* Omnino tamen malim quod in Nazariano eſt, & Vineti libris: *nomini induceret.* Captum oppidum nomini inducere, nihil aliud eſt, quam ex oppido capto cognomen adſciſcere.

FREINSHEMII.

Nomini induerit] Indicat auctor, tam anguſtas tunc temporis res fuiſſe, ut exiguum oppidulum captum in nomen ceſſerit. cum poſterioribus temporibus talia cognomina, niſi magnorum bellorum victoribus non adſumerentur. Coriolani certe gloria magnitudine poſterorum ita obruta eſt, ut ipſum Livium fugere, aut ſiquidem ſuccurrit, non dimovere potuerit, quin Africanum ſuperiorem *nomine victæ ab ſe gentis primum eſſe nobilitatum*, ſcriberet, 30, 45, 8. Idemque Silius, fine operis. Vives, ad Auguſtin. de Civit. Dei, 10. 21. f. Plura exempla ſunt in noſtro infra, 2, 8, 14: 2, 15, 12: 3, 6, 5: 3, 8, 1. vide, ſi libet, quæ dicam, 4, 12, 28.

VARIORUM.

10. *Antio*] Volſcorum erat in Latio metropolis, maritima urbs. *Pontanus.*

lia, quæ Mænius in ſuggeſtu fori, capta hoſtium claſſe, ſuffixit: ſi tamen illa claſſis: nam ſex fuere roſtratæ. Sed hic numerus illis ini-
11 tiis navale bellum fuit. Pervicaciſſimi tamen Latinorum Æqui, & Volſci fuere, & cotidiani,


SALMASII.

10. *Quæ Mænius in ſuggeſtu fori*] Scriptum in Nazariani codicis membranis ac priore Palatino: *Mænibus*. In altero: *Mænius*. Sed ille C. *Mænius* conſul. Spolia illa de Antio, quæ in ſuggeſtu fori ſuffixit, roſtra navium fuere. Inde loco nomen. Vide Liv lib. VIII.

FREINSHEMII.

10. *Mænius*] Ita Caſſiodorus: *His Coſſ. roſtra navium de Antiatibus in foro fixa ſunt.* Seneca tamen, de brevitate vitæ, cap. 13. *Duillium primum claſſe viciſſe* dicit: Epitome Liviana XVII. *primum navalem triumphum duxiſſe*. ſicut & Plinius, 34, 5. ubi etiam noſtram hiſtoriam firmat. Polyb. 1, 20. *ante primum bellum Punicum Romanos mare ne cogitaſſe quidem* ſcribit. Alii jam tum an. U.C. CCCXXVIII. *Claſſibus ad Fidenas pugnatum cum Veientibus in annales retulere.* quos explodit Livius, 4, 24, 6.

In ſuggeſtu fori] Vide Plinium, 16, 4. Excerpta Dionis, apud Valeſ. pag. 645. Inde illud celebre nomen *Roſtra*: Varro lib. 4. de lingu. Latin. Livius, 8, 14, 12: Iſidorus, 15, 2. Mamertinus, fine Genethliaci. Sic Auguſtus fecit poſt victoriam Actiacam. Sueton. 18, 3. Vide Pauſan. in Phocicis, p. 629.



Fuere roſtratæ] *Naves hæ roſtratæ*, e Jo. Schefferi, *de Militia Naval. Veterum.* II. lib. 5. cap.

FREINSHEMII.

11. *Pervicaciſſimi*, &c.] De his lege Livium, lib. 3, & 4: Dionyſ. lib. 6: Auctor. de vir. illuſtr. cap. 17: Plin. 18, 3: Auguſtin. Civit. 5, 18: Eutrop. 1, 11: Oroſ. 2. 13. *Camers.* Adde Sigonium, de antiquo jure Italiæ, cap. 5.

SAL-

diani, ut ita dixerim, hoſtes. Sed hos præ- 12
cipue Lucius Quinctius domuit, ille dictator
ab aratro: qui obſeſſa ac pæne jam capta
Marci Minucii conſulis caſtra egregia virtute
ſervavit. Medium erat forte tempus ſemen- 13
tis, quum patricium virum innixum aratro
ſuo lictor in ipſo opere deprehendit. Inde in
aciem profectus, ne quid a ruſtici operis imi-
tatione ceſſaret, victos more pecudum ſub ju-
gum miſit. Sic expeditione finita, rediit ad 14
boves rurſus triumphalis agricola. Fidem nu- 15
minum! qua velocitate? intra quindecim dies
coe-

SALMASII.

12. *Sed hos præcipue Lucius Quinctius domuit*] In omnibus libris, etiam antiquiſſimis, mira conſtantia legitur: *Titus Quintius*. Error ergo Flori ipſius fuerit. Sub idem tempus vixere ex eadem gente, Titus Quintius Capitolinus, & Lucius Quintius Cincinnatus.

Marci Minucii] Livio dicitur *Lucius Minucius*. Nazarianus hoc loco *Marcum Mamilium* appellat. Palatini libri, *Manilium*. Jordanes, *Manlium*.

15. *Fides numinum*] In Nazariano ſcriptum: *fide numinum*. Suſpectum id habent viri docti, nec temere, legendum omnino puto: *fidem numinum!* ſic apud Comicos: *hominum fidem! deum fidem!* ita legebam vel priuſquam incidiſſem in ſcriptos Codices perantiquos Jordanis, in quibus eamdem lectionem reperi, cum vulgo ejus editiones habeant, *numinum fide*. ineptiſſime. noli igitur dubitare quin verum ſit, *numinum fidem!* aut, *fidem numinum!*

FREINSHEMII.

12. *Dictator*] In rebus creperis dictatores dicebantur, qui abſoluti imperii eſſent, quod ſaluberrimum in adminiſtratione magnarum rerum, ſi ſumma imperii penes unum, ut loquitur Livius, 3, 70, 1.

Ab aratro] Præter ceteros Veget. 1, 3. ubi optimos a rure milites hoc exemplo & rationibus probat. Item Maxim. Tyrius in pr. diſſert. 14. Plinius etiam 18, 5. *fortiſſimi viri & milites ſtrenuiſſimi ex agricolis naſcuntur.* Ad ſimilem hiſtoriam alludit Claudianus in Eutropium 1, 454.

—— tuque, o, ſi forte piorum
Jugera, & Elyſios ſcindis, Serrane, novales.

Et Plin. 18, 3. De Quinctio vide Livium 3, 26. & ſeqq. Rutil. Itinerar. lib. 1. verſ. 556.

—— Et Cincinnatos jugera pauca dabant.
Hæc etiam nobis non inferiore feruntur
Vomere Serrani. ——

Marci Minucii] Hoc eidem prænomen eſt apud Zonaram, lib. 2. Au-

cœptum, peractumque bellum: prorſus ut feſtinaſſe dictator ad relictum opus videretur.

Auctor de vir. illuſtr. cap. 17, *Quintum* vocat: reliqui paſſim, *Lucium*.

13. *Jugum*] *Tribus haſtis jugum fit, humi fixis duabus, ſuperque eas tranſverſa una deligata.* Livius, 3.28.13; Dionyſ. 3,28.

VARIORUM.

15. *Bellum: prorſus*, &c.] Reduxi diſtinctionem Camertis. nam poſtea Vinetus, *bellum prorſus: ut feſtinaſſe.* ſic ſupra, 1,3,9: & 1,10, 8, *plane*. Gruterus.

CAP. XII.

Bellum cum Etruſcis, Faliſcis, & Fidenatibus.

1 ASſidui vero & anniverſarii hoſtes ab Etruria fuere Veientes; adeo ut extraordinariam manum adverſus eos promiſerit, privatumque geſſerit bellum gens una Fabio-
2 rum. Satis ſuperque idonea clades. Cæſi apud Cremeram trecenti, patricius exercitus, & ſcelerato ſignata nomine, quæ proficiſcentes

SALMASII.

1. *AB Etruria Veientes*] Ita repoſuit Gruterus noſter ex veteri editione, cujus fidem ſæpe nimis magni fecit. Non erat explodendum quod anteriores retinent editiones, quas confirmant hac parte omnes ſcripti qui legunt: *Aſſidui vero & anniverſarii hoſtes ab Etruria fuere Veientes.* Pro titulo hujus capitis habet Nazarianus Codex: *Faliſcum & Fidenate.* nempe, bellum. Hic & hæc *Fidenatis* declinarunt, & hoc *Fidenate*.

FREINSHEMII.

HIſtoriam 306. Fabiorum ſcribunt, Liv. 2, 48. &c.: Dionyſ. 9 17: Eutrop. 1, 11: Oroſ. 2. 6: Auctor de vir. illuſtr. cap. 14: Agell. 17, 21: Euſeb.: Ovid. Faſt. 2, 195: Silius, 2, 3: & 7, 40: Servius ad Æn. 6, 845. *Camers*. Adde Plutarch. Camillo, cap. 30. Simile eſt quod ſcribit Suetonius Vitell. 1, 5: *Vitellios coloniam Vitelliam gentili copia adverſus Æquicolos tutandam olim depopoſciſſe.*

2. *Trecenti*] Ita feci, cum antea legeretur, *trecenti & ſex*. quia rotundus iſte numerus in tribus Pall. in v. e. & antiquis Vineti libris; decetque Annæum noſtrum. *Gruterus. Sex & trecentos* numerat Livius, 2, 49, 4: 2, 50, 12. eundem numerum habent Dionyſ 17, 9: & Eutrop. Seneca de benef. 4, 30, 3. *trecentos*. Vide etiam notam ad præfat. 1.

Scelerato ſignata nomine] Ita egregie

tos in prælium porta dimiſit. Sed ea clades ingentibus expiata victoriis, poſtquam per alios atque alios duces robuſtiſſima capta ſunt oppida: vario quidem eventu. Faliſci ſe ſponte dediderunt. Cremati ſuo igne Fidenates. Rapti funditus deletique Veientes. Faliſci quum obſiderentur, mira viſa eſt fides Imperatoris, nec immerito: quod ludimagiſtrum, urbis proditorem, cum iis, quos adduxerat pueris,

3 4 5

gregie Pal. pr. nam ſec. ac tert. *ſignatur*, v. e. *ſignatum*. Gruterus. Videtur autem concinnior futura lectio, ſi prior etiam vox mutetur in *ſcelerata*. Ea autem porta ante *Carmentalis* vocabatur. Ovid. Faſtor. 2, 202. ſed nomen mutavit ob emiſſos Fabios, quaſi ipſa in cædem eorum conſenſiſſet. Ex ſimili argumento *ſceleratus vicus* dictus eſt apud Livium, 1, 48, 7. *ſceleratus collis*, ubi Phalaridis taurus fuerat, apud Diodor. *Sceleratus campus* apud eundem Livium, 8, 15, 6.

SALMASII.

5. *Cum iis quos eduxerat pueris*] Iſtud etiam, *eduxerat*, eduxit & extudit idem ille amicus noſter ex veteri editione, cum anteriores omnes habuerint, *cum iis quos adduxerat*. Quod non debuit temere rejici. Certe pueros illos ex urbe obſeſſa eduxit magiſter iſte, ſed eoſdem etiam in caſtra Romana ad imperatorem adduxit, ſive, ut loquitur Livius, perduxit. Adde quod meliores libri heic etiam *adduxerat* tuentur. Cum eos ad imperatorem adduxiſſet, vinctus ultro ad urbem remiſſus, cum pueris quos prodiderat. Varus, lib. 11. Excellentium, eam hiſtoriam ſic narrabat his verſiculis:

Tum literator creditos
Ludo Faliſcum liberos,
Cauſatus in campi patens,
Extraque muros ducere,
Spatiando paulatim trahit
Hoſtilis ad valli latus.

Primum verſum emendavimus. Nam apud Priſcianum male vulgo habetur, *Tum literator creditus*. Eduxit igitur eos primum ex urbe, hoc, ut Varus loquitur, *extra muros duxit*, aut, velut eſt apud Livium, lib. v. *ante urbem produxit*, deinde paulatim trahendo, ad vallum uſque Romanum perduxit vel adduxit.

FREINSHEMII.

5. *Faliſci*] Forte rectius, *Faliſcis*. Sunt autem ita appellati ab Haleſo. Ovid. Faſtor. 4, 73.

Venerat Atridæ fatis agitatus Haleſus,
A quo ſe dictam terra Faliſca putat.

Hi autem, immutato H *in* F, *Faliſci dicti ſunt: ſicut* Febris *dicitur, quæ ante* hebris *dicebatur*: Formiæ *quæ* Hormiæ *fuerunt*, ἀπὸ τοῦ ὁρμᾶν. *Nam poſteritas in multis nominibus* F *pro* H *poſuit*. Servius, ad Æn. 7, 695. Ita *hariolus*, quaſi *fariolus*, a fan-

6 pueris, vinctum ſibi ultro remiſiſſet. Eam namque vir ſanctus, & ſapiens, veram ſciebat victoriam, quæ ſalva fide, & integra di-
7 gnitate pareretur. Fidenæ, quia pares non erant ferro, ad terrorem movendum facibus arma-

a fando. Turneb. adverſar. 24, 17. Sic *Hanula, parva delubra, quaſi fanula*: Feſtus. Apud Hiſpanos uſitata harum literarum invicem mutatio: ut, *Harto*, quaſi *farto*: *Hyo*, Portugall. *Fyo*, &c.

Fides Imp.] Extat hiſtoria apud Livium, 5. 27: Valer. Max. 6, 5, 1: Frontin. ſtrateg. 4, 4, 1: Auctor de vir. illuſtr. cap. 23: Plutarch. Camill. cap. 17.

SALMASII.

6. *Quæ ſalva fide, & integra dignitate, pararetur*] Melius: *pareretur*. Ita eſt in Nazariano. Ita ſæpe noſter, & ſæpius quidem etiam alii auctores *victoriam parere* dicunt, quam *parare*. Supra Florus: *Unius manu parta victoria eſt*. Sic etiam *pacem parere* frequens apud auctores. *Aggenus*.

7. *Facibus armatæ, & diſcoloribus, ſerpentum in modum, vittis, furiali more proceſſerant*] Facium tantum meminit, non etiam ſerpentum, prælatarum a Fidenatibus eo prælio, Livius, lib. IV. *Ignibus armata ingens multitudo, facibuſque ardentibus tota collucens, velut fanatico inſtinctæ curſu in hoſtem ruit*. At in alio Faliſcorum ac Tarquinienſium bello, quod a Marco Fabio Ambuſto iterum conſule profligatum eſt, ſacerdotes eorum populorum, faces ardentes angueſque prætulerunt, ut idem memorat Livius, lib. VII. cujus hæc verba ſunt: *Inde terror maximus fuit, quod ſacerdotes eorum, facibus ardentibus anguibuſque prælatis, inceſſu furiali militem Romanum inſueta turbaverunt ſpecie*. Veros angues fuiſſe innuere videtur Livius. Florus fictos factoſque e diſcoloribus vittis, qui & res diverſas ac tempora miſcet confunditque toto hoc capite.

FREINSHEMII.

Vinctum ſibi] Id eſt, Faliſcis. Vide ſimiliter locutos Plautum & Ciceronem, apud Scalig. de cauſ. ling. Latin. lib. 6. cap. 129. quod ideo moneo, ne quis Camertem ſequatur emendantem, *urbi remiſiſſet*, vel, *ſubito remiſiſſet*. Pont. Sic in l. 8. §. 3, *qui ipſe ſibi mandaverit*. Quamquam in hoc Flori loco non poſſum non probare ſententiam Soceri mei p. m. Matthiæ Bernecceri, qui putat, non hæc dici contra naturam reciprocorum. Nam orationem referri adhuc ad periodi principium hac ſerie: *Faliſcis mira viſa eſt fides Imperatoris, quod ludimagiſtrum* SIBI (Faliſcis) *remiſiſſet*.

6. *Eam namque*] Tales olim Romani. Vide quæ notabo ad 2, 17, 17.

Pareretur] Ita emendaram, ex conjectura, frequens eſt, *victoriam parere*, nec aliter loquitur hic noſter. ſupra *unius manu parta victoria*. Poſtea conjecturam meam Nazariana ſcriptura confirmatam lætus & lubens vidi. in aliis *paretur*. Salmaſius. Gruterus quidem utrumque *pareretur* & *pararetur* bonum eſſe affirmat, ſed tam propter Nazar. cui omnes plurimum deferunt, quam Salmaſ. auctoritatem, illud recepimus.

7. *Ad terrorem movendum*] Vide

armatæ, & diſcoloribus, ſerpentum in modum, vittis, furiali more proceſſerant: ſed habitus ille feralis everſionis omen fuit. Veien- 8 tium vel quanta res fuerit, indicat decennis obſidio. Tunc primum hiematum ſub pellibus. taxata ſtipendio hiberna. adactus miles ſua ſponte jurejurando, *ne niſi capta urbe remearet.*

de omnino Gruteri ad Tacitum diſcurſum tertium decimum.

SALMASII.

8. *Veientium quanta res fuerit*] Recte in Nazariano: *Veientium vel quanta res fuerit, indicat decennis obſidio.* Etſi nihil aliud, vel decennalis obſidio poteſt indicare, quanta res Veientium fuerit.

8. *Taxata ſtipendio hiberna*] Non ſolum hiberna militum ſtipendio tum taxata, ſed æra in ſtipendium militi Romano conſtituta, qui antea ſuo ære militabat, nec quidquam de publico accipiebat. Hiemare certe tum etiam in bello cœpit, & hibernacula ad hoc ædificata tandem habere, cum initio illius obſidionis ſub pellibus hibernaſſent.

Niſi capta urbe non remeare] Nazarianus ſcriptum exhibet: *niſi capta urbe remearet.* Conjicio legendum: *Adactus miles ſua ſponte jurejurando, ne niſi capta urbe remearet.* Cum ſcriptum eſſet, *ni niſi*, pro *ne niſi*, ex ſimilitudine ac concurſu vicinarum ſono ſyllabarum, duæ in unam iverunt. Sic infra: *Extat trepidum*, pro *extat ad trepidum.* Similia & aliis locis notavimus.

FREINSHEMII.

8. *Veientium*] Hiſtoriam hanc lege apud Livium, 5, 19, &c. Eutrop. fin. lib. 1: Plutarch. Camill. cap. 8: Diodor. 14, 94: Val. Max. 5, 6, 8: Auctor. de vir. illuſtr, cap. 23: Plin. 2, 98, 3: 5, 12, 17: Auguſtin. Civit. 2. 17: & 3, 17. Sic etiam Troja decennem obſidionem pertulit, ut notum eſt: idem de Lilybæo legimus in Ecloga 3, ex lib. 24. Diodori.

Tunc primum, &c.] Legatur Lipſii de Mil. Rom. lib. 5, dial. 1, & 16.

Niſi capta urbe remearet] Ita Nazar. ubi Gruterus conjicit excidiſſe particulam *ne*, ut fuerit, *ne niſi c. v. remear.* Salmaſ. forte leg. putat, *n. c. v. non rem.* Pro *ut niſi capta v. n. remearet.* ſicut alibi locutum auctorem obſervavit. Quæ quamvis omnia ratione non careant, dicere tamen auſim, eam ipſam eſſe ſcripturam Flori, quam Naz. exhibet; *Adactus miles jurejurando, niſi c. v. remearet.* hoc eſt, ſi remearet niſi capta urbe, aut ſi remearet urbe non capta, omnes illæ execrationes in caput ejus verterent. Vide ſimiliter locutum in re non abſimili, Liv. 10, 38, 10. *Jurare cogebatur diro quodam carmine, in execrationem capitis familiæque & ſtirpis compoſito, niſi iſſet in prælium, quo Imperatores duxiſſent: & ſi aut ipſe ex acie fugiſſet, aut ſi, quem fugientem vidiſſet, non extemplo occidiſſet.* Hic *jurare cogebatur niſi iſſet in prælium,* quantum diſtat a phraſi Floriana? idem enim valet, ac ſi dixiſſet, ut iret in prælium; aut ſi noſter, ut capta urbe remearet. Poſ-

ſet

9 *mearet.* Spolia de Larte Tolumnio rege ad Feretrium reportata. Denique non ſcalis, nec irruptione, ſed cuniculo, & ſubterraneis do-
10 lis peractum urbis excidium. Ea denique viſa eſt prædæ magnitudo, cujus decimæ Apollini Pythio mitterentur: univerſuſque populus Ro-

ſet etiam legi, *niſi capta urbe remeare*, ut *niſi* intelligas pro *non niſi*, ſicut ſcio bonis auctoribus uſurpatum, ita Livius 34, 16, 1. *ubi niſi in virtute ſpem haberent.* Columella lib. 7. cap. 3. *quo magis etiam propter hos caſus, niſi validiſſima, quæ non comprehendatur hieme, novaque progenie repleatur numerus.* quemadmodum in Plinio quoque 34, 14. legi vult Salmaſius in Solin. pag. 1084. in fin. Simili juramento ſe aliquando obſtrinxere Lacedæmonii cum Meſſenios obſiderent. Juſtin. 3, 4, 1. & Strabo lib. 6. ubi de Tarent. Cæſaris etiam milites bello civili jurarunt *non redituros ex acie, niſi victores.* Appian. Civil. 2. pag. 473.

SALMASII.

10. *Ut ejus decimæ*] Lege, auctoribus libris: *Ea denique viſa eſt prædæ magnitudo, cujus decimæ Apollini Pythio mitterentur.*

FREINSHEMII.

9. *Cuniculo*] Vide quæ notat Stewechius ad Veget. 4, 24.

10. *Cujus*] Gruterus quoque lectionem hanc Nazarianam eſſe aſſerit.

Apollini] Quod nempe ejus ope & conſilio vicerunt. ita Carthaginienſes Herculi Tyrio omnium quæ in proventuum rationes cadebant, mittere decimas ſolebant. Diodor. 20, 14. Vid. Plaut. Bacchid. 4, 4, 15: Dionyſ. 1, 18, 4.

VARIORUM.

9. *Spolia, &c.*] Quo in honore opima ſpolia de Tolumnio, Veientium rege, Cornelius Coſſus fixerit, & quo anno, ut æque ambiguum Livius, 4, 20. in controverſiam trahit. Trib. mil. fuiſſe, auctorum ſuffragiis colligit: ſed eam opinionem argumento a legibus ſumpto infirmat, eo quod ſpolia opima referantur ſolum illa, quæ dux duci detraxerit; duxque ille ſit, cujus auſpicio res geritur. Infirmat idem & a titulo, quem ipſius ſpoliis inſcriptum Auguſtus legerit; Coſ. Coſſum opima ſpolia retuliſſe, qui hinc conficit, hoc annos novem ſerius eſſe geſtum, quam ab aliis probatur. Livii argumentis auctoritatem Varronis, noſtri ſeculi ſcriptores opponunt, quem opima ſpolia deſcripſiſſe etiam dicunt illa, quæ manipularis miles detraxerit, dummodo hoſtium duci detraxerit: & tanto probabilius fieri potuiſſe, quod opima ſpolia magiſter equitum Coſſus ſub dictatore Æmilio retulerit, præſertim quum triumphum egiſſe legatur. Alii iterum in conſulatu opima ſpolia ipſum fixiſſe contendunt, ſed hoc ideo infirmant, quia nulla ſit ejuſdem, qui cum imperio fuerit, & ſuis auſpiciis rem geſſerit, triumphi in tab. Capitol. mentio; qui honos imperium gerenti debebatur. Plutarchum quoque ἀνιστορησίας arguunt, qui in Romuli vita Coſſum quadrigis in urbem vectum retulerit. Sed non eſt noſtrum tantas componere lites. Titulum tamen quem

Romanus ad direptionem urbis vocaretur. Hoc tunc Veji fuere: nunc fuiſſe quis meminit? quæ reliquiæ? quod veſtigium? Laborat annalium fides, ut Veios fuiſſe credamus. 11

quem de Coſ. Coſſo Auguſtum legiſſe teſtatur Livius, ceterorum opinionibus præferendum putarem. Hic *ad Feretrium* conciſe dictum eſt, pro, ad Feretrium Jovem: Jovi enim Feretrio a feretro nomen fecerat Romulus. *Stadius.*

Denique] Cum iterum mox repetatur dictio *denique*, ea hic ſuboffendor. agnoſcunt tamen & noſtri Mſs. *Gruterus.*

FREINSHEMII.

11. *Quæ reliquiæ*] Propert. 4, 11, 271:

Et Veii veteres, & vos tum regna (ita Pal. prior Comel.) *fuiſtis.*
Et veſtro poſita eſt aurea ſella foro:
Nunc intra muros paſtoris buccina lenti
Cantat, & in veſtris oſſibus arva metunt.

Adde Fabri Semeſtria, 1, 8.

Laborat] Ita Ammian. Marcellin. 23, 14: *ut ſuadere nobis laborat monumentorum veterum fides, ut has civitates aliquando valuiſſe credamus.* Sic etiam ferme Aventinus, in princ. Hiſtoria. Boiar. pag. 7. Nempe plurimis exemplis conſtat, quod Rutil. Itiner. 1, 413. ait:

—— *oppida poſſe mori.*

& quod Plin. 14, 6. *Sua quibuſque terris tempora eſſe, ſicut rerum proventus, occaſuſque.* Sic apud Salluſt.: *Omnia orta occidunt.* Senec. ep. 91, 19: *Nihil privatim, nihil publice, ſtabile eſt, tam hominum, quam urbium fata volvuntur.* Vide etiam eundem ep. 71. Hac ratione in Inſt. §. 38, de R.D. *demortuæ vineæ* pulcre dicuntur.

VARIORUM.

11. *Hoc tunc Veientes fuere: nunc*, &c.] Sic ſolum Pal. tert. nam ſec. *Hoc tunc, nunc fuiſſe.* Nazar. *Hoc tunc vel fuere: nunc fuiſſe*, ut dubium vix relinquatur, ſcripſiſſe auctorem; *Hoc tunc Veii* (vel forte *Vel*) *fuere.* nam illa, *quæ reliquiæ?* &c. oppidanis accommodari minus amant, quam oppido ipſo. *Gruterus.*

CAP. XIII.

Bellum Gallicum.

HIc ſive invidia deûm, ſive fato, rapidiſſimus procurrentis imperii curſus parumper 1

SALMASII.

1. HInc *ſive invidia Deum*] Melius quod iidem libri ſuggerunt: *Hic ſive invidia Deum, ſive fato, rapidiſſimus procurrentis imperii curſus, parumper Gallorum Senonum incurſione ſupprimitur. Hic*, hoc loco. Quod rectius, quam *hinc.*

FREINSHEMII.

HIſtorici fere omnes hujus belli meminerunt. Livius, 5, 36: Valer. Maxim. 1, 5, 1: Plutarch. Camillo, cap. 27: & Problem. 24: Auctor de vir. illuſtr. cap. 23: Agell. 5, 17: Auguſtin. Civit. 2, 22: & 3, 17: Veget. 4. 28: Vir-

Digitized by Google

per Gallorum Senonum incurſione ſupprimi-
2 tur. Quod tempus populo Romano neſcio
utrum clade funeſtius fuerit, an virtutum ex-
3 perimentis ſpecioſius. Ea certe fuit vis calami-
tatis, ut in experimentum illatam putem divi-
nitus, ſcire volentibus immortalibus diis, an
Romana virtus imperium orbis mereretur.
4 Galli Senones, gens natura ferox, moribus in-
condita, ad hoc ipſa corporum mole, perinde
armis ingentibus, adeo omni genere terribilis
fuit, ut plane nata ad hominum interitum, ur-
5 bium ſtragem, videretur. Hi quondam ab ul-
timis

Virgil. *Æneid.* 8, 652: Martial. 13, 74: Ovid. Faſt. 6, 351: Servius in Virg. dict. loc. *Camers.* quibus adde Eutropium lib. 1: & Oroſ. 2, 19.

1. *Invidia Deum*] Lege quæ notat Gruterus ad illud Livii, 10, 13, 6: *Fortunam ipſam vereri, ne cui Deorum nimia jam in ſe & conſtantior, quam velint humanæ res, videatur.*

SALMASII.

3. *Ut in experimentum illatam*] Divi Nazarii optimæ membranæ *inlatumam*, ea fuit ἀκρίβεια & diligentia illius antiquarii, ut ſtudioſiſſime varietatem lectionum ſemper adnotarit. quod ſexcentis in locis obſervavimus, ut hoc loco, *illatum* & *illatam* lectum fuiſſe oſtendit. quod præterire non debuimus.

FREINSHEMII.

3. *Illatam*] Gruterus abjiciendas putat undecim voces ab inde: *Ea certe* &c. illud omnino contendit adulterinum eſſe, *in experimentum*, cum vox eadem proxime præceſſerit. Mihi non viderentur aliena, nec a ſenſu Auctoris, nec a phraſi. Adde orat. Ariſtid. pag. 208.

4. *Perinde armis*] Ita legit Gruterus ex libris. ſimilis res & dictio apud Salluſt. Incert. 4, 39: *Mithridates ingenti corpore perinde armatus.* quamvis eam lectionem ſollicitent, & *animatus* ſubſtituant, ſed vulgata videtur nihil habere vitii.

Omni genere terribilis] De Gallogræcis Livius, 38, 17, 4: *Procera corpora, promiſſæ & rutilatæ comæ, vaſta ſcuta, prælongi gladii: ad hoc cantus ineuntium prælium, & ululatus, & tripudia, & quatientium ſcuta in patrium quendam morem horrendus armorum ſtrepitus: omnia de induſtria compoſita ad terrorem.* Similiter de Vereingentorige noſter infra, 3, 10, 20.

VARIORUM.

2. *Virtutum*] Sic quidem editio princeps, & Pal. tert. at enim ſec. *virtus*, prim. *virtutis*, ut exinde cuſi. *Gruterus*.

SAL-

timis terrarum oris, & cingente omnia Ocea-
no ingenti agmine profecti, quum jam media
vaſtaſſent, poſitis inter Alpes & Padum ſedi-
bus, ne his quidem contenti, per Italiam bac-
chabantur. Tum Cluſium obſidebant. Pro ſo- 6
ciis ac fœderatis populus Romanus intervenit.
Miſſi ex more legati. ſed quod jus apud bar-
baros? ferocius agunt. Movent, & inde certa-
men.

SALMASII.

5. *Per Italiam vagabantur*] Jordanes ſcripſit: *Bacchabantur*. Ita ſane ſcripſiſſe putavit Annæum, cum in veteribus ejus exemplaribus reperiſſet ſcriptum: *vacabantur*. Quomodo hodieque nonnulli antiqui exaratum habent.

6. *Tum Cluſium obſidebant*] Addit Nazarianus: *Tum Cluſium urbem*. Jordanes: *Tuſciæ urbem*. Lego in continenti: *Pro ſociis ac fæderatis Populus Romanus intervenit. Miſſi ex more legati. Sed quod jus apud barbaros? Ferocius agunt. & inde certamen.* Scio, in editis Jordanis vulgo legi: *exinde certamen*. Sed duo perantiquos hujus auctoris calamo exaratos codices vidimus cum Flori Nazariano conſpirantes. Sic in iiſdem libris, cap. XVIII: *Legationem per obſcœnam contumeliam violant. & hinc bellum.* Ubi vulgo edunt: *ex hinc bellum*.

VARIORUM.

6. *Cluſium*] Sic noſter primitus cuſus, nam Camers, *Cluſium oppidum*: Vinetus, *Cluſium Tuſciæ urbem*, non tam verboſe debuit Florus: etſi & Palat. noſtris adſit, *Cluſium urbem*. Gruterus.

FREINSHEMII.

5. *Et cingente omnia Oceano*] Sic Vinetus, ſic quoque v. e.; ſic duo meliores Pal.; ſic Lipſii ſcriptus, quem conſule libr. 2. cap. 19. Electorum: & Sitzmann. in Rutil. Itinerar. 1, 56. Inepte alii: *cum cingerentur omnia Oceano*. Gruterus. ita Livius, 5, 37, 2. de hac ipſa re: *inuſitato atque inaudito hoſte, ab Oceano, terrarumque ultimis oris, bellum ciente.*

6. *Pro ſociis*] Diſſentit tamen Livius, 5, 35, 7.

Sed quod jus apud barbaros] Marcellinus, 17, 27: *Barbaris omne jus eſſe in viribus adſuevit.* Vide eleganter de hac re diſſerentem Piccartum, obſervationum politicarum dec. 17. cap. 8. Nec tamen ad ſolos Barbaros hoc pertinet. Audi ex principe Græcorum urbe principem Lyſandrum; qui, *Argivis in controverſia de agris adverſus Spartanos juſtiora ſeſe afferre argumenta dicentibus*, gladium ſtringens: *Qui hunc, inquit, tenet, optime de finibus agrorum diſputat.* Plutarch. in apophthegm. Laconicis, cap. 94. Nec ignotum eſt illud Romanum: *Si vos non dabitis, at hic dabit.* Et illud Parthicum: *Illud in ſumma fortuna æquius, quod validius.*

Ferocius agunt] Nolim aliquid mutari præter conſenſum librorum; egregie tamen videbatur dictum, ſi *ferocius* reformare liceret in *ferro cauſſas*. Sic apud Tacit. 6, 22, 5. Germanorum *rixæ raro conviciis, ſæpius cæde & vulneribus, tranſiguntur.*

Digitized by Google

7 men. Converſis igitur a Cluſio, Romamque venientibus, ad Alliam flumen cum exercitu Fabius conſul occurrit. Non temere fœdior clades. Itaque hunc diem faſtis Roma dam-
8 navit. Fuſo exercitu jam mœnibus Urbis appropinquabant. Erant nulla præſidia. Tum igitur

Exinde certamen] Scio in editis Jordanis vulgo ita legi. Sed duos valde antiquos calamo exaratos vidimus, cum Nazar. ex cujus veſtigiis eruimus, *& inde*, conſpirantes. Sic in iiſdem libris cap. 18. *Legationem per obſcœnam contumeliam violant, & hinc bellum* vulgo *ex hinc*, eadem pervulgata menda, ſi quidem menda eſt, nam ſic legi poſſe, non negamus. Sed menda ſit, ſi cum veritate hujus lectionis comparetur. Salmaſius. Gruterus etiam hanc lectionem probat & ita in Palat. prim. extare teſtatur. Neſcio tamen quomodo mihi arrideat iſta lectio, quam poſuimus, quæ quidem firmatur etiam Palat. ſec. & tert. Mſs. Vineti. Itemque v. e. & Jornande.

SALMASII.

7. *Non Cremeræ fœdior clades*] Cremera hic nullum habet locum, cur enim inſtitueretur comparatio, illius Cremerenſis cladis, & hujus Allienſis? qualis enim illa eſſet? clade ad Cremeram accepta, trecentos tantum homines amiſere Romani, Patricii fuerint omnes. licet, quid attinet? Hic quædam hominum millia cæſa. Pluribus non arguam τὸ ἄχρηστον lectionis. legendum: *non temere fœdior clades.* ut ſcripti omnes exhibent tum Flori, tum Jordanis, quos ſtudioſe & diligenter contulimus. Fœditatem & atrocitatem cladis teſtatur ſatis, dies faſtis damnatus, quo accepta eſt.

8. *Erant nulla præſidia*] De ſuo Jordanes addit: *Jam mœnibus urbis adpropinquabant, ubi pene nulla erant præſidia.* fortaſſe credidit imperfectam eſſe orationem. Hoc ſi putavit, fruſtra fuit. quod indicamus, ne quis ambitioſus, quales hodie multi, hinc occaſionem arripiat pingue aliquod, ex hac animadverſione, miſcellaneorum caput conficiendi, & ſimul rectam Flori ſcripturam temere vexandi.

Tum igitur, aut nunquam alias] Nihil mutamus. Videntur tamen Codices, quibus Jordanes uſus eſt in ſua compilatione, habuiſſe: *ut nunquam alias* Nam ipſe ſcribit: *ſicut nunquam alias.* Sic infra, ubi veteres, *in cauſam belli delecta Saguntus, ut Hiſpaniæ urbs, & opulenta*, Jordanes maluit ſcribere; *velut Hiſpaniæ urbs.* quidam etiam hoc loco præferunt: *Tunc igitur haud unquam alias.* Sic Palatinus alter. perperam.

VARIORUM.

7. *Alliam*] Umbriæ fluvius in Sabinis, ex Cruſtumenis montibus in Tiberim defluens. *Caminate* vocat Leander: Blondus *Curteſio* hodie vocari ait. Diſtabat ab urbe XI. lapide. *Pontanus.*

Conſul] Hoc anno urbis CCCLXV. Roma non Coſſ. ſed Trib. mil. pro Coſſ. habebat. vide Liv. 5, 37. 3. *Vinetus.*

FREINSHEMII.

7. *Temere*] Hactenus editi, *Cremeræ*, quod nec ipſum eleganti ſenſu caret, cum illa clades ante Allienſem atrociſſima fuerit, qua non ſolum

igitur, aut nunquam alias apparuit vera illa Romana virtus. Jamprimum majores natu, 9
ampliſſimis uſi honoribus, in forum coëunt: ibi devovente pontifice, Diis ſe Manibus conſecrant: ſtatimque in ſuas quiſque ædes regreſ- 10
ſi,

ſolum florem patriciorum, ſed clientium inſuper quinque millia perdidere. Quam non leviter æſtimatam; teſtimonio eſt Licinius Macer, apud Liv. 9,38,16. qui *clade, quæ ad Cremeram accepta eſt, abominandam Fauciam curiam* facit. Præterea tacite innui videtur una die clades has acceptas, eamque propter duplicatam maxime cladem faſtis damnatam. quod Livius etiam, 6, 1. 15: Sueton. Vitell. cap. 11: & Tacitus, H. 2,91, 1. firmant. Adeoque concinna mihi videtur hæc lectio, ut, niſi illa altera tot libris firmaretur, non admiſſurus fuerim. Vide infra not. 3, 18, 11.

Hunc diem] Sic Turcæ *dierum fortibus dediti* ſunt. Pantaleon in geſtis Joannitarum, pag. 301. pr.

Damnavit] Lucan. 7. 403:

Et damnata diu Romanis Allia faſtis.

SALMASII.

9. *Quamprimum majores natu*] Iſtud *quamprimum* non magis hic probum eſt, quam quod priſcæ editiones habuere, *Jampridem*. & mirum, optimum & eruditiſſimum virum Vinetum, qui tam multa in ſua editione mutarat, hoc non mutaſſe; & juſtius potuiſſet, quam alia infinita, quæ loco non erant movenda. Prorſus emendandum eſt: *Jamprimum majores natu*. Nec quemquam eſſe puto, qui expoſitionem hujus vocis, aut emendationis rationem, merito a nobis exigere poſſit, quam ſciant ex ingenio manaſſe primum; & libris poſtea omnibus ſtabilitam.

Ampliſſimis uſi honoribus] Hoc eſt, qui curules geſſerant magiſtratus. Hi enim honores ampliſſimi Romæ. *Honore uſi* ſimpliciter dicebantur, qui magiſtratum geſſerant, quos & *Honoratos* dixerunt. Inde ſæpe apud veteres & in antiquis ſaxis, *plebs & honore uſi*: de utroque ordine reipublicæ, plebeio, & qui in magiſtratu fuere.

Ibi, devovente pontifice, Diis ſe Manibus conſecrant] Pro certo ponit, quam fuiſſe quorumdam opinionem perhibet Livius lib. v. *Sunt qui, M. Fabio,* inquit, *Pontifice maximo præfante carmen, devoviſſe eos ſe pro patria, Quiritibuſque Romanis, tradant.*

FREINSHEMII.

8. *Tum igitur*, &c.] Infra, 2, 2, 22: *Romanæ urbis magnitudo calamitatibus fere approbatur.* Nempe verum eſt illud Senecæ, de provid. cap. 3: *Magnum exemplum niſi mala fortuna non invenit*, Adde infra, 3, 18, 13.

9. *Devovente pontifice*] Carmen & ritum devotionis vide apud Livium, 8, 9, 5: 8, 10, 11, *&c.* 10. 28, 15.

VARIORUM.

9. *Jamprimum*] Repræſentavi lectionem Palat. prim. quæ rectior quam Vineti *Quamprimum*, impreſſi reliqui, *Jampridem*, abſurde. *Gruterus*.

SAL-

ſi, ſicut in trabeis erant, & ampliſſimo cultu, in
curulibus ſellis ſeſe poſuerunt: ut, quum ve-
11 niſſet hoſtis, in ſua dignitate morerentur. Pon-
tifices, & Flamines, quidquid religioſiſſimi
in templis erat, partim in doliis defoſſa terræ
recondunt, partim impoſita plauſtris ſecum a-
12 vehunt. Virgines ſimul ex ſacerdotio Veſtæ,
nudo pede fugientia ſacra comitantur. Ta-
men excepiſſe fugientes unus e plebe fertur
Lucius Albinus, qui, depoſitis uxore & liberis,
vir-

SALMASII.

10. *Sicut in trabeis erant & ampliſſimo cultu*] Livius: *quæ auguſtiſſima veſtis eſt, thenſas ducentibus, triumphantibuſque, ea veſtiti medio ædium eburneis ſellis ſedere.* Hæ trabeæ ſunt & togæ palmatæ.

In ſua dignitate morerentur] Vult dicere, in ſuæ dignitatis inſignibus.

11. *Quidquid religioſiſſimum erat*] Gruterus noſter ita repoſuit ex ſua veteri editione. At omnes ſcripti cum aliis editionibus: *quidquid religioſiſſimi erat.*

Defoſſa terræ recondunt] Hanc lectionem tuetur optimus & antiquiſſimus codex Nazarianus. Jordanes ſcripſit, *refoſſa terra recondunt.* In priore Palatino legitur: *defoſſa tecta recondunt.* In altero: *defoſſa terra.* Livius: *condita in doliolis defodere.* Mutavit hic noſter: *defoſſa in doliis terræ recondunt.* Lectionem Jordanis pro vera accipio, quam videntur etiam adſtruere ſcripti, qui habent, *defoſſa tecta recondunt*, aut *defoſſa terra.*

Partim impoſita plauſtris ſecum auferunt] Jordanes: *ſecum plauſtris Veios auferunt.* Multi certe ex Romanis urbe ſua excedentes Veios conceſſere, ſed ſacerdotes cum ſacris, quæ abſtulerunt, Cære petierunt.

12. *Lucius Albinus*] Vetus Nazarianus: *unus e plebe fertur Albinius.* Livio, 5, 40, 9. quoque dicitur *Albinius*, non *Albinus.* Libri Jordanis vocant eum *Atinium.* Val. Max. 1, 1, 10.

FREINSHEMII.

10. *In ſua dignitate*] Velleius, 2, 71, 5: *Varus, liberti, quem id facere coegerat, manu, cum ſe inſignibus honorum velaſſet, jugulatus eſt.*

11. *Religioſiſſimi*] Ita Palat. pr. & teſte Salmaſ. plures & meliores libri, alii *religioſiſſimum.*

12. *Nudo pede*] Reverentiæ & ταπεινοφροσύνης ergo. ut notat Caſaubonus ad Sueton. Auguſt. 100, 10. ubi plura huc pertinentia vide.

Albinius] Ita Livius 5, 40, 9. Valer. Maxim. 1, 1, 10. Nazar. & quidam codices, alii enim *Alvanius.* Jordanei veteres *Atinius.* alii *Albinus.*

VARIORUM.

11. *Defoſſa terra recondunt*] Sic omnino quoque Nazar. neque abit Pal. ſec. aut tert. quam quod ille habeat *terra*: hic *tecta*, adhuc depravatius. falluntur enim & fallunt, quibus Palat. ille tert. notæ melioris, ultimæ eſt, me quidem cenſore. *Gruterus.*

SAL-

virgines in plauſtrum recepit. adeo tum quo-
que in ultimis, religio publica privatis affecti-
bus antecellebat. Juventus vero, quam ſatis 13
conſtat vix mille hominum fuiſſe, duce Man-
lio, arcem Capitolini montis inſedit, obteſtata
ipſum quaſi præſentem Jovem, *ut, quemadmo-
dum ipſi ad defendendum templum ejus concur-
riſſent, ita ille virtutem eorum numine ſuo tue-
retur*. Aderant interim Galli, apertamque Ur- 14
bem primo trepidi, ne quis ſubeſſet dolus,
mox ubi ſolitudinem vident, pari clamore &
impetu invadunt. Patentes paſſim domos a-
deunt: ubi ſedentes in curulibus ſuis prætex-
tatos

SALMASII.

14. *Ubi ſedentes in curulibus ſellis*] Supra dixit, *in curulibus ſellis ſe poſuerunt*. At heic omnes libri legunt, etiam Jordanis: *In curulibus ſuis*. Notum eſt, *curules* etiam abſolute dictas, eburneas illas curulium magiſtratuum ſellas. Gloſſæ: *Curules*, δίφρος ὑπατικός.

FREINSHEMII.

Adeo tum quoque, &c.] Vere igitur Cicero Romanos ceteris gentibus religione multo ſuperiores fuiſſe pertendit. de nat. Deor. 2, 3: & in orat. de haruſp. reſp. cap. 9. in fine.

13. *Duce*] Non *conſule*, ut putabat Ælianus, hiſtor. animal. 12, 33, 3.

Arcem Capitolini montis] Hinc Sidonius, carm. 5, 81.

—— *quodcunque tuum eſt, quodcunque vocaris,*
Jam ſolus Tarpeius erat.

Quaſi præſentem] Cicero, 1. in Verrem, 7, 3. *Homines cum* (ſimulacrum Cereris) *viderent*, *ipſam videre ſe Cererem arbitrabantur*. Plinius, Panegyr. cap. 1. *eodemque loci, quem deus ille tam manifeſtus*, &c. Livius, 45, 28, 3. Sic Veget. lib. 2. ubi de ſacramento milit. *præſenti & corporali Deo*.

14. *Trepidi*] Nec injuria. ita apud Livium, 44, 7. Coſ. Marcius Dium urbem a Maced. relictam ingreſſus, *vix ſatis* poterat *credere in tantis rebus ſine cauſa relictis, non aliquem ſubeſſe dolum*. Ita apud Tacit. H. 3, 20. Antonius Primus milites ſuos, Cremonam temere oppugnaturos, dehortatur: *Neque enim ambigua eſſe, quæ occurrant, noctem, & ignotæ ſitum urbis, intus hoſtes & cuncta inſidiis opportuna, non, ſi pateant portæ, niſi explorato, niſi die intrandum*. Adde Curt. 9, 1, 27.

Pari clamore & impetu] *Pari* refertur ad præcedens *primo*, ut paritas illa ſit trepidationis cum clamore & impetu, non autem horum inter ſe, ita ſeq. verſ. *pari vecordia*, ſcilicet, ut ante veneratione. Similis locutio in Tacit. H. 4, 57, 2: *Sabinus feſtinatum temere prælium pari formidine deſeruit*.

Digitized by Google

tatos ſenes, velut Deos Genioſque venerati, mox eoſdem, poſtquam eſſe homines liquebat, alioqui nihil reſpondere dignantes, pari vecordia mactant, faceſque tectis injiciunt: & totam Urbem, igne, ferro, manibus exæquant.

15 Sex menſibus barbari (quis crederet?) circa montem unum pependerunt, nec diebus modo, ſed noctibus quoque omnia experti: quum tandem Manlius nocte ſubeuntes, clangore anſeris excitatus, a ſumma rupe dejecit, & ut ſpem

Salmaſii.

Urbem igne, ferro, manibus, ſolo exæquant] Mirabilis librorum conſenſus, ac veluti συνωμοσία in repudianda illa dictione *ſolo*. Flori, Jordanis libri, omnes ſine ulla varietate rejiciunt. Et nos quoque, quoniam hæc eorum factio eſt, eam hinc ejiciamus. Rectum eſt ac Latinum, urbem ferro, igne, manibus exæquari, quæ ad ſolum diruitur. Livius in hac ipſa hiſtoria: *quin et ſi hæc omnia flammis ac ruinis æquata vidiſſent*. Diem vaſtationis hujus annotat Tacitus, 15, 41, 4.

15. *Quum tandem Manlius nocte ſubeuntes*] Scripti omnes noſtri: *cum tamen Manlius*.

Freinshemii.

Igne ferro] Rutil. Itin. 1. 40:

Perpeſſus Geticas enſe vel igne manus.

Manibus exæquant] Hactenus editi, *manibus, ſolo exæquant*; ſed non apparet in v. e. dictio *ſolo*, nec in ullo Pal. ideoque delendum. neque opus tamen mutare illud *exæquant*: utique cum & Latine dicatur, & compareat ἀφθόγγως clare in Nazar. ſecus quam alii prodidere, *Gruterus*. Diem vaſtationis hujus annotat Tacitus 15, 41, 4.

15. *Sex menſibus*] Septem legi vult Stadius ex auctoribus. Sex tamen etiam habet Varro, lib. 2. de vita P. R. *ut Galli Romæ Capitolii ſint potiti, neque inde ante ſex menſes ceſſerint*. ita enim legendum, cum in aliquibus exemplaribus legatur, *geſſerint*. Præterea expungenda videtur vox *Capitolii*. Ceterum Stadium juvat computatio temporum ex auctoribus deſumpta. quoniam Agell. 5, 17: & Macrob. 1, 16, 16. pugna ad Alliam commiſſa eſt poſtridie Id. Quint. Galli vero depulſi ſunt Id. Febr. Plutarch. Camill. cap. 48.

Anſeris] Ideo nutriendos in turribus anſeres præcipit Veget. 4, 26: & Columella, lib. 8. cap. 13. Canes enim fefellerant Galli; *& eadem de cauſa ſupplicia annua canes pendunt inter ædem Juventutis & Summani, vivi in furca ſambucea arbore fixi*. Plin. 29, 4.

Excitatus] Eſt qui *excitus* corrigit, ſed vulgata lectio bene ſe habet.

Variorum.

14. *Totam urbem*] Vet. ed. verbo auctior, *totam deinde urbem*; oppido bene, ſi adſentirentur Mſſ. *Gruterus*.

Sal-

ſpem hoſtibus demeret, quanquam in ſumma 16 fame, tamen ad ſpeciem fiduciæ, panes ab arce jaculatus eſt. Et ſtato quodam die per medias hoſtium cuſtodias Fabium Pontificem ab arce demiſit qui ſolenne ſacrum in Quirinali monte conficeret. Atque ille per media hoſtium tela incolumis religionis auxilio rediit; *propitioſque deos* renuntiavit. Noviſſime quum jam 17 obſidio ſua barbaros fatigaſſet, mille pondo auri

SALMASII.

16. *Fabium Pontificem ab arce demiſit*] Iidem: *dimiſit*, cum Jordaneis. Sed quo jure dimiſit Manlius Fabium Pontificem ab arce? Quia ſcilicet in arce imperabat. Nempe ut ſolenne ſacrum in Quirinali monte hic Pontifex conficeret. Atqui ſciendum eſt non ſolenne illud ſacrum populi Romani fuiſſe, ſed peculiare genti Fabiæ. Nec Fabius idem ille Pontifex, quo devovente Diis manibus ſe tum conſecraranr Romani, cui Marco prænomen fuit teſte Livio; ſed C. Fabius Borſuo hic vocabatur, qui hoc ſacrificium ſuæ gentis in colle Quirinali tum ſuſcepit conficiendum.

FREINSHEMII.

16. *Panes*] Inde Jupiter Piſtor. lege Ovid. Faſt. 6, 350. Quemadmodum autem efficiatur, *ut quæ deſunt, abundare videantur*, tractat Frontin. toto cap. 15. lib. 3. ſtrat. cui adde Polyæn. lib. 7. de Mygdonio: Cæſar de Bell. Civil. 3, 48.

Solenne ſacrum] *Solenne gentis Fabiæ*, Livius, 5, 52, 4. alludit ad hunc morem Barclaius, lib. 3. ubi Seleniſſa ad Radirobanem: *inſtabat ſacrificium meæ familiæ anniverſarium.* Adde Livium, 42, 32, 3. Cic. pro domo, cap. 13. Excerpta Valeſii, p. 556: 2 Sam. 20.

Incolumis religionis auxilio] Livius, 5, 46, 3. Æſtyi, apud Tacitum, German. 45, 4: *Matrem Deum venerantur, inſigne ſuperſtitionis formas aprorum geſtant, id pro armis omniumque tutela, ſecurum Deæ cultorem etiam inter hoſtes præſtat.* ſed forte *ſecurum magis, quam tutum*, ut loquitur Morus lib. 1. Utopiæ ſuæ. aliter evenit apud Virgil. Æneid. 2, 429.

—— *Nec te tua plurima, Pantheu,*
Labentem pietas, nec Apollinis infula texit.

17. *Mille pondo*] Plinius, 33, 1: *Cum a Gallis capta urbe pax emeretur, non plus quam mille pondo effici potuere. Nec ignoro, dum millia pondo auri periſſe, Pompeii tertio Conſulatu, e Capitolini Jovis ſolio, a Camillo ibi condita, & ideo a pleriſque exiſtimari, duo millia pondo collata: Sed quod acceſſit, Gallorum præda fuit, detractumque ab his in parte captæ urbis delubris.* Sic igitur capiendus etiam Varro citatus a Nonio in voce *Torquem. Auri pondo duo millia acceperunt ex ædibus ſacris & matronarum ornamentis.*

VARIORUM.

17. *Obſidio ſua*] Ita v. e. & Mſſ. Pall. & Vineti. *Gruterus.*

 SAL-

auri receſſum ſuum venditantes, idque ipſum per inſolentiam, quum ad iniqua pondera addito adhuc gladio, ſuperbe *væ victis* increparent, ſubito aggreſſus a tergo Camillus adeo cecidit, ut omnia incendiorum veſtigia Gal-
18 lici ſanguinis inundatione deleret. Agere gratias diis immortalibus ipſo tantæ cladis nomine libet. Paſtorum caſas ignis ille, & flamma paupertatem Romuli abſcondit. Incendium illud quid egit aliud, niſi ut deſtinata hominum ac deo-

SALMASII.

17. *Receſſum venditantes*] Quidam habent: *reditum.* Sed illi degeneres ac vilioris notæ. Sequitur: *Quum ad iniqua pondera addito adhuc gladio ſuperbe victis increparent.* Ita teſtantur extare in ſuis libris viri docti, & nos in noſtris invenimus. Adhuc tamen cum vitio. Nec enim unquam verbum *increpare* cum dandi caſu conſtructum legi. Conſumptam igitur ſyllabam propter ſimilitudinem & affinitatem puto Omnino certe legendum: *cum ad iniqua pondera addito adhuc gladio, ſuperbe væ victis increparent.* Scriptum erat: *ſuperve ve victis.* Sic infra, *circa Merinenſium ſaltum* exaratum offendimus in membranis pro *circa Camerinenſium.* Item paulo ante notavimus ſcriptum, niſi capta urbe remearet, pro *ne niſi.* Neceſſarium ſane ut illud *væ victis* integrum heic legatur. Livius: *Additus ab inſolente Gallo ponderi gladius, auditaque intoleranda Romanis vox, væ victis.*

FREINSHEMII.

Superbe victis increparent] Eleganter, nec aliter aut trias Pall. aut Mſs. Vineti, qui tamen conjicit, *ſuperbe væ victis increp.* fruſtra. nam iſta intelliguntur tamen. quamvis non expreſſa. cuſi fere *ſuperbe victos* at & v. e. alterum noſtrum retinet. Gruter. Pro vulgata tamen lectione forte fit, locus Livii 9, 2, 15. laborem irritum, præterquam quod hoſtes ſuperbe increpabant. & Plaut. Amphitr. 1, 1, 224. *freti virtute, & viribus*

Superbi, nimis ferociter legatos noſtros increpant.

Ita quidem, ut, ſi *victis* retineamus, Vineti emendatio placeat, mutata leviter, pro *ſuperbe, inſuper væ* legendo.

Ut omnia incendiorum, &c.] De hoc Sidonius, carm. 7, verſ. 565:

Texit fumantes hoſtili ſtrage favillas.

18. *Caſas*] Varro ταφῆ μενίππου. *Antiqui noſtri in domibus lateritiis, paululum modo lapidibus ſuffundatis, ut humorem effugerent, habitabant.*

Incendium, &c.] Cicero in Verr. 4, 31. de incendio Capitolii: *ut illa flamma divinitus extitiſſe videatur, non quæ deleret Jovis Opt. Max. templum, ſed quæ præclarius magnificentiuſque depoſceret.* Ita Timagenes, *felicitati urbis inimicus, aiebat, Romæ ſibi incendia ob hoc*

Digitized by Google

deorum domicilio civitas, non deleta, non ob-
ruta, ſed expiata potius & luſtrata videatur?
Igitur poſt aſſertam a Manlio, reſtitutam a Ca- 19
millo Urbem, acrius etiam vehementiuſque
in finitimos reſurrexit. Ac primum omnium
illam ipſam Gallicam gentem non contentus
mœnibus expuliſſe, quum per Italiam naufra-
gia ſua latius traheret, ſic perſequutus eſt du-
ce Camillo, ut hodie nulla Senonum veſtigia
ſuperſint. Semel apud Anienem trucidati; 20
quum ſingulari certamine Manlius aureum
torquem Barbaro inter ſpolia detraxit. inde
Tor-

hoc unum dolori eſſe, quod ſciret meliora reſurrectura, quam arſiſſent. Seneca epiſt. 91.

SALMASII.

18. *Sed expiata potius, ſed luſtrata*] Acutiſſimus Gruterus repoſuit hanc veterum cuſorum lectionem, nec ſcripti diſſentiunt, niſi quod habent: *expiata & luſtrata.* peſſime aliæ editiones: *illuſtrata.* Sequitur in libris: *igitur poſt aſſertam.* item in Jordane, non ut vulgo, *ideo.* Sic ſupra: *Ancus deinde Marcius, nepos Pompilii ex filia, pari ingenio. Igitur & mœnia muro amplexus eſt.*

19. *Ac primum omnium*] Hic novum caput ordiuntur divi Nazarii membranæ, cum hoc lemmate rubricato: GALLICA BELLA. ſed, mea ſententia, ſatius eſt aſſentiri ceteris libris, qui una ſerie connectunt & continuant hoc caput.

FREINSHEMII.

19. *Nulla Senonum veſtigia*] Diſtinguendi igitur hi a *Semnonibus*, qui, ut Tacitus in Germania ſua, cap. 39 ait, *vetuſtiſſimos ſe nobiliſſimoſque Suevorum memorant.* Eorum fines, ut recte notavit Velleius, 2, 106. Albis præterfluit, niſi quod perperam apud eum pro *Semnonum* expreſſum eſt *Senonum.* Ita enim legend. *A Rheno uſque ad flumen Albim, qui Semnonum Hermundorumque fines præterfluit.* Perperam, inquam, expreſſum ibi *Senonum.* Pontanus. Velleii locum ita correxit etiam Aldus Manutius. Senonum tamen mentio apud Cæſarem, de Bell. Gall. 2, 2.

20. *Manlius*] Præter citatos initio capitis lege Cl. Quadrigarium apud Agell. 9, 13: Nonium, in voce *Torquem*: Cic. de Off. 3, 31: Appian. in Excerpt. Valeſ. p. 549.

VARIORUM.

18. *Et luſtrata*] Ita Pal. tres & Mſs. Vineti. quomodo fere etiam vetuſte cuſus, niſi quod ille, *ſed luſtrata.* nam Camertis editio, *ſed illuſtrata*; acutius forte quam verius. *Gruterus.*

19. *Igitur*] Antea legebatur, *Ideo*, ſed alterum erat in tribus Pall. *Gruterus.*

Torquati. Iterum Pomptino agro, quum in ſimili pugna Lucius Valerius, inſidente galeæ ſacra alite adjutus, retulit ſpolia. & inde Corvini.

SALMASII.

20. *Lucius Valerius inſequente Gallo*] *Inſequente Gallo* antiqua lectio, inquit Vinetus. Antiqua ſane, vel etiam antiquiſſima ſit, haud prohibet, quominus ſit falſa, atque etiam falſiſſima. & plane eſt. ſed illi antiquam eſſe haud concedam. Nazarianus, de cujus vetuſtate ſupra diximus: *inſidente galeæ*. Sic unus Palatinus, ſic vetuſtiſſimi Jordanei. Alter, fateor, Palatinus, qui eſt, ut ita dicam, inter ſenem & juvenem, hanc ſpuriam obtrudit: *inſequente Gallo*. ſi Gallus inſequebatur, manifeſto fugiebat Valerius, qui tamen vicit, & ſpolia retulit. Livium vide, & ejus Epitomen, in qua hæc eadem verba leguntur: *Inſidente galeæ corvo, & unguibus roſtroque hoſtem infeſtante, interemit.*

Sacra alite adjutus] Non corvum nominat, ſed alitis ſacræ nomine intelligit. Sacram alitem vocat ob augurium, cujus gratia multum obſervabatur hæc avis. Præpetem appellat Livius in hac hiſtoria, ubi ſic loqui facit Valerium in ſua precatione: *Si divus, ſi diva eſſet, qui ſibi præpetem miſiſſet.* Et paulo ante, cum in galea ejus conſediſſet corvus, *ut augurium cœlo miſſum lætus accepit tribunus.* Ex avibus augurio facientibus, aliæ oſcines, quæ ore; aliæ præpetes, quæ penna auſpicabantur. Fuere & quæ ad utrumque valerent. Ut corvus, quem in hoc Valeriani certaminis miraculo præpetem indigitat Livius, quod volatu feciſſet augurium, non cantu. Ceterum inter oſcines etiam celebratus corvus. Auſonio dicitur *Phœbeius oſcen.* Poetæ, *ſacer ales*, de aquila. Græci accipitrem ἱέρακα abſolute vocant, quaſi *ſacram volucrem.* unde quidam volunt nomen *Sacri* ad nos manaſſe. Sic vulgo nuncupamus alitem de accipitrum genere. Quæ vox plane origine Arabica eſt. Ut & illa, qua aliam prædatricem avem, ſed degenerem, *buzam* appellamus. Verum de his alibi.

Et inde Corvini] Nazarianus codex: *Corvinii.* Non tamen *Corvinius*; ſed *Corvinus*, auctoribus Latinis Græciſque dictus, qui primus hoc nomen adoptavit. Et ſic ceteri deinceps. Paulo poſt melius legas: *Ne quis extaret in ea gente, quæ incenſam a ſe Romanam urbem gloriaretur.* Perperam in vulgatis *qui.* Tempore Dolabellæ, tametſi ille nullus deleſſet reliquias omnes Senonum, non tamen in ea gente extare potuit aliquis, qui hanc gloriam ſibi vindicaret incenſæ a ſe Romanæ urbis. Sed eorum nomen extinxit omne, ne quis ſupereſſet ex ea gente, quæ gloriabatur Romam a ſe incenſam.

FREINSHEMII.

Iterum Pomptino agro, &c.] Totum locum edidimus, quemadmodum in Pal. ſuis legi teſtatur Gruterus. Pighius, Annalium Romanor. lib. 4. in Ms. Codice antiquo Flori, quem ex bibliotheca S. Amandi habuerit, ita ſe teſtatur reperiſſe: *Iterum Pontino in agro, cum in ſimili pugna Valerius, inſidente galeæ ſacra alite adjutus, retulit ſpolia dictuſque eſt ipſe Corvus, & inde Corvini.* Certe Valerium hunc, in ſaxis Capitolinis, & priſcorum monumentis, non *Corvinum*, ſed *Corvum*, ſcribi,

Sta-

vini. Tandem poſt aliquot annos, omnes reliquias eorum in Etruria ad lacum Vadimonis Dolabella delevit: ne quis extaret in ea gente, qui incenſam a ſe Romanam urbem gloriaretur. 21

CAP.

Stadius notat. Apud Livium etiam, 8, 16, 4. *Valerius Corvus* eſt.

21. *Omnes reliquias eorum*] Plinius, 3, 15. ubi de octava Italiæ regione: *In hoc tractu interierunt Boii, quorum tribus CXII fuiſſe auctor eſt Cato: Item Senones, qui ceperant Romam.* Diſſentire tamen videtur Appianus, in bellis Annibalis, ubi de Apennino: *A ſiniſtro ad Ionium mare nunc quidem Italia eſt (nam & Hetruria Italia eſt) ſed tamen partem ejus circa litus Ionium incolunt Græci, partem Galli, qui quondam Romam bello adorti incenderunt*

Quæ incenſam] Sic Pal. pr. melius quam publicati, in quibus *qui.* quamquam id rectius videbatur Bernecceró. Sed iſtud melius reſpondet præcedentibus, *ex ea gente.*

Romam urbem] Abundare conjeci *Romam*, & probat opinionem Berneccerus. Qua enim ratione Urbs pro Roma ponatur, adeo non ignotum eſt, ut etiam Azo JCtus, in illis humaniorum (ut vocant) literarum tenebris, adverterit, pr. ſummæ in Cod. Vide & Stephanum in Ἀλεξάνδρεια Potuit illa vox e margine, quo forte interpretandi cauſa adpicta fuit, tranſiſſe in textum. Ita apud Livium, 2, 43, 8. legitur: *Fabio aliquanto plus negotii cum civibus, quam cum hoſtibus, fuit; unus ille vir ipſe Coſ. Rempublicam ſuſtinuit, quam exercitus,* &c. *prodebat.* Et apud eundem, 4, 28, 9: *Uni viro Meſſio fortuna hoſtium innititur.* Quis, locis his paulo attentius conſideratis, non ſuſpicetur, voces illas, *ipſe Coſ.*, & *Meſſio*, ab aliena manu irrepſiſſe?

VARIORUM.

21. *Tandem*] Eſt a libris Vineti Mſſ. nam Pal. ſec. ac tert. *Tamen.* quomodo & v. e.; quippe poſteriores, verbis duobus præmiſſis; *Nec non tandem.* uti & expreſſit Jordanes. quod item viſitur in Pal. pr. niſi quod ibi, *tamen.* Gruterus.

Poſt aliquot annos] Circiter ſeptuaginta; Anno namque urbis CDLXXII, hæc geſſiſſe P. Cornelius Dolabella putatur, Coſ. cum Cn. Domitio Calvino. *Vinetus.*

Lacum Vadimonis] Apud Livium, 9, 29, 6. leges, ad eundem lacum a Romanis cæſos fuiſſe Etruſcos, ad annum Urbis CDXLV. Plinius Vadimonis ejuſdem meminit, 2, 95: & Seneca Nat. Quæſt. 3, 25: & Cato in Originibus. Deſcribit alter Plinius, in epiſt. ad Gallum, lib. 8, epiſt. 20: Polybius, 2, 20. Οάδμονα, penultima brevi appellat, aut Polybii librarius. Obliqui caſus ubique, rectus nunquam, quod meminerim. Leander Albertus, Italiæ deſcriptor, vix agnoſcit hodie lacum hunc: & de illo diſſentit a Blondo. *Vinetus.* Fabricio eſt lacus, qui hodie *di Viterbo* appellatur. *Pontanus.*

Digitized by Google

CAP. XIV.

Bellum Latinum.

1 CONverſus a Gallis in Latinos, Manlio Torquato, Decio Mure conſulibus, ſemper quidem æmulatione imperii infeſtos, tum vero contemptu Urbis incenſæ; quum *jus civitatis, partem imperii* ac *magiſtratuum* poſcerent,

SALMASII.

1. *Cum jus civitatis, partem imperii*] De jure civitatis poſtulando, nullum verbum Legati Latinorum in ſenatu tum, cum de participando imperio egerunt. Duas res tantum petebant, ut alter conſul ex Latio crearetur, & ſenatus pars æqua ex utraque gente eſſet. Hoc eſt, quod heic ait Florus, *cum partem imperii ac magiſtratuum poſcerent*. Certe jus civitatis non pro magno petiiſſent, quod etiam ſubactis à ſe populis in Italia paſſim dederunt Romani, interim cum ſuffragii latione, interim ſine hoc jure. Ut, CCCC. Hernicis, a conſule Marcio paulo poſt triumphatis, leges ſuas redditas tradit, Livius lib. IX. quia hoc maluerunt, quam jus civitatis. Adde quod Latini, qui hæc poſcebant, ex coloniis Romanis plerique erant. Quin ille ipſe Annius, prætor Latinorum, qui pro omnibus verba fecit in his poſtulatis exequendis, ex colonia fuit Romana. Atqui certum eſt, colonias Romanas jus civitatis habuiſſe. Legebam igitur aliquando: *cum in jus civitatis partem imperii ac magiſtratuum poſcerent*. Id eſt, ad jus civitatis, vel præter jus civitatis. Præter colonias Romanas nonnulli etiam ex populis Latinorum civitatem jam habebant, ut Tuſculani. Veliterni jam cives erant veteres Romani. Non tamen omnes eo jure gaudebant. Id ex eo liquet, quod poſt varia prælia Romanorum cum Latinis ſæpius rebellantibus, utpote qui neque bellum, neque pacem pati poſſent, Romanis tandem placuit, quo Latinos ſibi populos conſervarent, ne ad extremum delendi eſſent, in civitatem eos accipere, alios alio jure, prout meriti eſſent ſinguli. Hoc narrat Livius, lib. VIII. Quo reſpexiſſe Florum hoc loco dubium non eſt, cum dicit, Latinos jus civitatis petiiſſe. Quod tamen nec eo tempore nec unquam ab illis factum. Ex æquo ſe cum Romanis gerebant tunc temporis, nec pluris faciebant Romanam civitatem quam ſuam quiſque. Participare tantum imperia & magiſtratus volebant, & unam ex utraque rempublicam fieri, ex nomine Latino ac Romano; hoc tamen Romæ, ut patriæ potiori, concedentes, ut Romani omnes ab ea vocarentur. Nihil igitur hoc loco mutandum cenſemus: Sed Flori error, quales alios multos hoc toto opere notavi.

FREINSHEMII.

DE hoc bello lege Livium, 8: Val. Max. 6, 9, 1: & 9, 3, 4: Agell. 9, 13. Plutarch. cap. 22. Parall.: Eutrop. 3. 1: Oroſ. 3, 9; Auctor.

Digitized by Google

rent, atque jam amplius quam congredi auderent: quo tempore quis ceſſiſſe hoſtem mirabitur? quum alter conſulum filium ſuum, quia contra imperium pugnaverat, quamvis victorem occiderit; quaſi plus in imperio eſſet, quam

ctor. de vir. illuſtr. cap. 26, & 28. *Camers.* Adde Diodor. 16, 91: Plin. 22, 5: Zonaram, tom. 2: Cicer. de offic. 3, 31.

1. *Jus civitatis*] Hoc pertinaciter ſociis negarunt Romani, donec poſt crudeliſſima bella *victis afflictiſque, ipſi exarmati, quam integri univerſis civitatem dare maluerunt*, ut Vellejus 2, 17, 1. loquitur.

Partem imperii] Nempe ut alter Conſul Latinus eſſet. Idem poſtea petiere Campani apud Livium, 23, 6, 5: & Silium, 11, 55.

SALMASII.

Atque jam amplius quam congredi auderent] Non hæc mihi prorſus ſana aut integra videntur. Suſpecta etiam faciunt, quæ in libris eſt varietas, & maxime quam præfert Nazarianus liber, qui ſic habet: *aput quam amplius quam congredi auderent*. Nihili facio ceterorum variationes. Nam magis etiam turbat prior Palatinus hac lectione: *pari imperio atque etiam amplius*. In altero ſcribitur: *pari atque etiam amplius.* Si quid veri mens auguratur, totus hic locus ex veſtigiis Nazariani ſic concipiendus fuerit: *Cum jus civitatis, partem imperii ac magiſtratuum poſcere, at id quam amplius quam congredi? auderent.* Plenus noſter hujuſmodi interjectionum admirantium vel interrogantium. Cum, inquit, auderent poſcere partem imperii magiſtratuumque cum jure civitatis. At id quam amplius quam congredi? Nimirum longe majus fuiſſe ſignificat, quod auſi ſunt poſtulare partem imperii & magiſtratuum, quam ſi Marte tantum congreſſi eſſent. Multi quippe populi ex reliqua Italia bello cum populo Romano contenderunt, at nullus auſus fuerat hactenus petere quod Latini tum popoſcerunt. Nihil mutavimus ex antiqua ſcriptura Nazariani Codicis, niſi quod ex *aput*, fecimus, *at id.* Notum eſt criticis, quibus veteres libri noti ſunt, ſæpe in his *p* pro *t* ſcriptum reperiri, & *t* pro *d*.

FREINSHEMII.

Atque jam amplius] Hoc omnem audaciam videtur excedere Floro, rem ex Romanis animis æſtimanti. Et re ipſa amplius hoc eſt, quam congredi. Juſtin. 38, 4, 1. illud, imperare nimirum, ut in conſortium imperii recipiatur, non eſt niſi ejus qui ſe pro pari vel ſuperiore gerit.

2. *Alter Coſſ.*] Manlium intelligit. Nam aliorum de Poſthumio opinionem, in qua etiam Diodorus, 12, 64: eſſe videtur; & eſt A. Gellius, 17, 21.; refellit Livius, 4, 29, 8. inde cognomen *Imperioſo* hæſit. Livius ibid. & Plinius, 22, 5. Vide etiam Agell. 9, 13: & Plutarch. parall. cap. 21: Salluſt. Cat. 52, 27: Porcium Latron. declam. in Catil.: Dionyſ. 8. 91: Ælian. Hiſt. anim. 12, 33. 3. ubi tamen Capitolino hoc tribuit, falſo.

Quaſi plus in imperio, &c.] Hoc eſt, quaſi aliquid præter victoriam ex imperio & diſciplina expectandum ſit. ſed amplius eſſe in eo docet iſte Manlius apud Livium, 8, 7, 16:

3 quam in victoria: alter quaſi monitu deorum, capite

7, 16: & apud eundem; 8, 34, 2. L. Papyrius. Etiam Alex. Imp. apud Lamprid. cap. 53. *Diſciplina majorum imperium tenet, quæ ſi dilabatur, & nomen Romanum & imperium amittemus.*

SALMASII.

3. *Alter quaſi monitu deorum* Immo deorum monitu id factum Livius teſtatur, cum utrique conſuli viſa in ſomnis ſpecies viri ſupra humanum habitum, denunciantis, ex una acie exercitum, ex altera imperatorem, diis manibus terræque matri deberi. Notabis in ſequentibus cacozeliam & poeticam licentiam ſive laſciviam: *Ut novum ad victoriam iter ſanguinis ſui ſemita aperiret.* Satis erat dixiſſe: *ut iter ad victoriam ſanguine ſuo aperiret.* Quid enim eſt: *ſanguinis ſui ſemita?* Nec melius aut ſanius quod in eadem habetur periodo: *in confertiſſima ſe hoſtium tela jaculatus.* Quod idem eſt ac ſi Græcus diceret, *ἑαυτὸν ἠκόντισεν εἰς τὸ μέσον.* Manilius de petauriſtis & parabolanis ſaltatoribus dixit: *ſeſe jaculantur in auras.* Quod in Poeta & de illo hominum genere tolerabile. At inſanum ac nimis κακοζηλίαν de imperatore, qui in confertiſſimos hoſtes ſe immittit.

FREINSHEMII.

3. *Alter*, &c.] Vide ſupra, 1, 13, 9. Alludit huc, fabulæque ſuæ aptiſſime inſerit, nunquam ſine laude nominandus Barclaius, ubi Sitalcen quendam Sardum, pro Radirobane & Sardorum exercitu ſe devoventem facit. Vide etiam Statium, Thebaidos 10, 757. Porro auctores, qui noſtræ hiſtoriæ mentionem faciant, annotat Camers, Plutarch. c. 33. Parall.: Valer. Max. 5, 6, 6: Plin. 22, 5: & 28, 2: Auctor. de vir. illuſtr. cap. 26: Juven. 8, 254: (& 14, 239.) Virgil. Æneid. 6, 824: & Claud. de quarto conſul. Honorii, verſ. 404. Idem multis poſt ſæculis fecit Claudius Imp. apud Victorem, de Cæſ. cap. 34. De Deciorum devotionibus vide Cicer. Philipp. 11, 6, 3: & ejuſdem egregium, &, judicio Bernecceri, veriſſimum, judicium, de nat. Deor. 3, 6, 4.

1



2



Capite velato] *Velati diis ſacra faciebant Romani. Teſtibus Nummis; quorum prior nummus eſt Juliæ gentis, apud* F. Urſinum; *alter L. Ælii Cæſaris, apud* A. Schotan. xl. Tab. *Uterque pietatem velatam repræſentat.*

VA-

capite velato, primam ante aciem Diis manibus ſe devoverit, ut in confertiſſima ſe hoſtium tela jaculatus, novum ad victoriam iter ſanguinis ſui ſemita aperiret. 4

VARIORUM.

4. *Ut in confertiſſima*] Sic Pal. ſec. ac tert. nam pr. non agnoſcit *ut*. male tamen. ſane ut eidem Pal. pr. aliquis ita attendat, tanquam ſi ſolus errare non poſſet, nimium fuerit ſuperſtitioſi. Hoc enim ipſo capite invenias ibi ſphalmata ſcribæ; *quis*, pro *quaſi*, item *devolverit*, pro *devoverit*, &c. quæ exempli tantum cauſa produco; infinitis enim locis aliis turpiſſime errat; quod ei cum optimis quibuſque membranis commune. *Gruterus*.

CAP. XV.

Bellum Sabinum.

A Latinis aggreſſus eſt gentem Sabinorum, qui immemores factæ ſub Tito Tatio affini- 1

FREINSHEMII.

HUjus belli, tanquam parvi momenti, pauci meminerunt. Lege Auctor. de vir. illuſtr. cap. 33: & Oroſ. 3. 22: de Sabinis pop. Plin. 3, 12: & Silium, 8, 423. de Sabino enim nomine non idem omnes ſentiunt. *Camers*. Vide etiam Frontin. Strateg. 1, 8, 4: & Euſebium: item Livium, Epit. 11, 6.

SALMASII.

1. *A Latinis aggreſſus eſt gentem Sabinorum*] Nuſquam legi, Sabinos in hoc bello ſe Latinis adjunxiſſe, aut, ſtatim poſt Latinos, gentem eorum a Romanis arreptam ac debellatam. Nuſquam hoc factum. Multo etiam magis a ſpecie veri abhorret, quod addit, a Curio Dentato Conſule ſubactos & omnem eorum agrum igne ferroque vaſtatum. Verum quidem eſt, Curium Dentatum de Sabinis triumphaſſe, ſed nec illi Sabini ſe Latinis iſtis adjunxerant, & bellum Latinorum, de quo hic loquitur, a bello iſto Sabinorum, quo devicti ſunt a Curio Dentato, magno intervallo temporum diſſidet. Latinis debellatis & victos ſe fatentibus, cum ſervari eos placuiſſet, & beneficio, ne amplius rebellarent, demereri, civitas data eſt ex ſententia Furii Camilli, qui conſul fuit anno urbis.... At Sabinorum bellum profligatum eſt per Curium Dentatum conſulem Anno urbis........ Anni ſunt....... Inter illud ſpatium multa alia bella geſſit populus Romanus, Bellum Auſonium, Bellum Privernas, Neapolitanum, Samniticum, Etruſcum, & alia, de quibus nullam hic mentionem habet Florus, qui duo tempore & cauſa disjunctiſſima bella ſimul con-

Digitized by Google

finitatis, quodam contagio belli ſe Latinis ad-
2 junxerant. Sed Curio Dentato conſule, omnem eum tractum, qua Nar, Anio, fonteſque Velini, Adriatico tenus mari, igne ferroque va-
3 ſtavit. Qua victoria tantum hominum, tantum agrorum redactum in poteſtatem, ut, in utro plus eſſet, nec ipſe poſſet æſtimare, qui vicerat.

CAP.

conjunxit. Sic, magno diſpendio rerum ac hiſtoriæ, fiunt hæc hiſtorica compendia.

2. *Qua Nar ambit, fonteſque Velini*] Mihi ſemper de mendo ſuſpecta viſa hæc lectio. Legeram ex conjectura primo: *Qua Nar amnis fonteſque Velini*. Quam mihi poſtea veram adprobavit conſultus codex bonus & antiquus Nazarianus. In antiquis Jordanis exemplaribus hanc ſcripturam inveni: *eorumque loca a Varanio fonte Adriatico tenus mari igne ferroque vaſtavit*. Quærendum, num aliquis fons Varanius in illis locis. Puto illum hanc lectionem exſculpſiſſe ex antiqua Flori & intricata ſcriptura, dum eam non ſatis aſſequitur: *Qua Naranio fonte Velini*. Inde ipſe fecit: *A Varanio fonte*. Quaſi aliquis ibi locorum fuerit fons Varanius.

FREINSHEMII.

2. *Dentato*] Rationem & originem talium cognomentorum lege apud Plutarch. Coriol. cap. 14, & 15.

3. *Nec ipſe poſſet æſtim.* &c.] Vide Oroſ. 3, 22. refert Auctor de vir. illuſt. c. 33. Curium hunc de Samnitica victoria ita ad Senatum retuliſſe: *Tantum agri ſe cepiſſe, ut ſolitudo futura fuerit, niſi tantum hominum cepiſſet: tantum porro hominum cepiſſe, ut fame perituri fuerint, niſi tantum agri cepiſſet.*

VARIORUM.

2. *Qua Nar ambit*] Nazar. ſatis clare expreſſit, *qua Nar, Anio, fonteſque Velini, Adriatico*, &c. ut aliquid ſubintelligatur; quæ lectio minime profecto contemnenda. *Gruterus.*

SAL-

CAP. XVI.

Bellum Samniticum.

PRecibus deinde Campaniæ motus, non pro ſe, ſed, quod eſt ſpecioſius, pro ſociis Samnitas 1

SALMASII.

1. PRecibus deinde Campaniæ motus] Et heic ὑστεροπρώτερον χρονικὸν ingens a Floro commiſſum, dum Samniticum bellum, quod precibus Campanorum motus ſuſcepit populus Romanus, tempore poſterius facit Latino ac Sabino bello, de quibus tractat præcedenti capite. Ac de Sabino quidem nullum eſt dubium, cum tot annorum interſtitio præcedatur ab iſto Samnitico, quod ſuſceptum eſt in gratiam Campanorum. Profecto ne Latinum quidem, etſi tanto antiquius Sabino, temporis primas ferre debeat contra Samniticum, quod prius eſt. Ecce enim Campani auxilium adverſus Samnitem petiere, Coſſ. M. Valerio Corvino tertium, & Aulo Cornelio Coſſo, quibus cura hujus belli demandata, qui & ambo de Samnitibus triumpharunt. Hoc initium belli Samnitici, & primus de hoc Romanorum triumphus. At Latini cum Campanis defecerunt, tribus ferme annis poſt conſulatum M. Valerii, & initium belli Samnitici, in conſulatu Manlii Torquati & Decii Muris. Prius certe finem accepit bellum Latinorum, quam Samniticum, quod quinquaginta ferme per annos duravit, cum vix debellati ſtatim rebellarent, utpote de quibus quater & vigeſies triumphatum ſit.

Samnites] Vetus, *Samnitas*, ſic quoque Jordanei, ἀρχαικῶς. ſic *Acarnanas*, *Pœanas*, apud veteres, pro *Acarnanes*, *Pœanes*, vide Chariſ. lib. 1. Inſtitut. hunc populum varie ſcriptum exhibebant libri. *Sanites*, *Sannites*, *Saunites*, ut Græcis Σαυνῖται, perperam, cum caput ipſorum Σάμνιον, a quo Σαμνίτης ὁ πολίτης, Stephanus noſter, Σάμνιον πόλις Βρεττανίας, τὸ ἐθνικὸν Σάμνιος καὶ Σαμνίτης, portentum putant eſſe illud Βρεττανίας viri erudiriſſimi, non eſt. Βρεττάνια aut Βρεττανία Græcis eſt Βρεττία, vocarunt etiam Βρεττανίδα, ut alibi docemus. Olympiodorus apud Photium in excerptis, ὅτι τὸ Ῥήγιον μητρόπολίς ἐστι Βρεττανίας, ἐξ οὗ φησιν ὁ ἱστορικὸς Ἀλάριχον ἐπὶ Σικελίαν βουλόμενον περαιωθῆναι, ἐπισχεθῆναι vides Βρεττανίαν vel Βρεττιανίαν eſſe Βρεττίαν, quæ Latinis Bruttium vel Brittium. Sed hæc præter rem. & pluribus ad Stephanum noſtrum diximus, ubi & locum Polybii adduximus.

FREINSHEMII.

PRo ſociis] Tertium membrum diviſionis propoſitæ ſupr. 1, 9, 6. De re ipſa vide Lipſ. polit. 5, 4, 7: Diodor. 22, 1.

VARIORUM.

1. *Precibus*, &c.] Prima pars capitis hujus, de precibus ſcilicet & deditione Campanorum, habetur a Livio, 7, 30. &c. reliquum lib. 9. *Camers.*

SAL-

2 nitas invadit. Erat fœdus cum utriſque per- cu-

SALMASII.

2. *Erat fœdus cum utriſque percuſſum*] Immo cum ſolis Samnitibus. Ea cauſa repulſi primo Campani, auxilium contra Samnitem implorantes, quod negaret Senatus opem dare ſe poſſe, fide fœderis illæſa, externis, adverſus ſocios atque amicos. Ita enim his reſpondit conſul apud Livium ex auctoritate Senatus: *Auxilio vos, Campani, dignos cenſet Senatus, ſed ita vobiſcum amicitiam inſtitui par eſt, ne qua vetuſtior amicitia ac ſocietas violetur. Samnites nobis fœdere juncti ſunt.* Vide reliqua apud Livium lib. VII. Coacti itaque Campani ſe ac ſua Romanis dedere, ut ſic illis liberet dediticios ſuos tueri. Falſum igitur quod ſtatim ſubjicit Florus: *Sed hoc Campani ſanctius, & prius, omnium ſuorum deditione fecerunt.* Dicit fœdus Romano percuſſum cum utriſque populis, Samnitibus & Campanis. Sed Campanorum fœdus prius ac ſanctius fuiſſe, quod omnium ſuorum deditione factum ſit. Hæc inter ſe plane pugnant, fœdus cum aliquo facere, ac deditionem. Si deditionem fecere Campani, fœdus illud non fuiſſe conſtat. Nam per fœdus æquatio juris fit inter fœderatos. Per deditionem omnia unius traduntur in poteſtatem alterius. Ne ipſi quidem dediticii ſuæ ſunt poteſtatis & arbitrii, ſed illius eſſe cenſentur, cui ſe dediderunt. Demus fuiſſe fœdus, quod fecerunt Campani, dedentes ſe Romanis, non tamen prius fuerit quam Samnitium. Fœderati quippe jam tum Samnites erant Romanorum, cum ab his petitum auxilium venere Campani. Nec enim ante id tempus fœdere ullo aut ſocietate juncti cum Romanis memorantur. Immo ſi fœdus illud fuit tunc, ideo factum eſt, ut defenſores haberent Romanos adverſus Samnites, antiquos amicos & ſocios populi Romani. Sed deditionem ſui & omnium ſuorum facere adacti ſunt, nec aliter auxilium obtinuiſſent. Tunc igitur opem illis pollicitus eſt ſenatus, quia jam inde pro ſuis rebus & hominibus illud auxilium dabatur. Nam dediticii in poteſtate ſunt ac dominio eorum, quibus dediti ſunt. Et recte mox Florus: *Sic ergo Romanus bellum Samniticum, tanquam ſibi, geſſit.* Quia ſcilicet pro ſuis rebus ac ſuis dediticiis illud geſtum eſt. Hinc illa in oratione Campanorum ad Senatum, cum ſe ac ſua dederent ad auxilium impetrandum: *Quandoquidem noſtra tueri adverſus vim atque injuriam juſta vi non vultis, veſtra certe defendetis. Itaque populum Campanum, urbemque Capuam, agros, delubra Deum, divina humanaque omnia in veſtram, Patres conſcripti, populique Romani ditionem dedimus.* Hæccine verba ſunt ac formula æqui fœderis ac ſancti? Immo deditionis, qua alterius poteſtatis fiunt, quæ olim ſua erant. Sed ipſe ſibi contradicit Florus. Nam qui mox dixerat, bellum illud ſibi geſſiſſe Romanos, quia pro ſuis nimirum dediticiis, idem initio capitis ſcribit, populum Romanum, *precibus Campaniæ motum non pro ſe, ſed quod eſt ſpecioſius, pro ſociis, Samnites invaſiſſe.* Hæc non poſſunt inter ſe conciliari, ut ſocii ſimul ac dediticii fuerint Campani Romanorum, utque Romani bellum illud, pro ſociis pariter, ac tanquam ſibi, rem ſuam ſcilicet geſturi, ſuſceperint. Variæ quidem fœdera; alia æquis, alia iniquis legibus. Sed deditio nunquam fuit fœdus.

FREINS-

Digitized by Google

cuſſum: ſed hoc Campani ſanctius, & prius omnium ſuorum deditione fecerant. Sic ergo Romanus bellum Samniticum tanquam ſibi geſſit. Omnium non modo Italia, ſed toto 3
orbe terrarum, pulcerrima Campaniæ plaga eſt. Nihil mollius coelo. Denique bis floribus ver-

FREINSHEMII.

3. *Omnium*, &c.] Campaniæ laus ſumpta eſt ex Plin. 3, 5. Solin. cap. 8. Strab. lib. 5. Eutropio 2, 1. Eleganter Silius Campaniæ laudes cecinit 8, 526. De his populis plura Plinius 3, 5. & 12. *Camers.* Adde Polyb. 3, 91. Dionyſ. 1, 37. Plin. 18, 11. Cicer. pro L. Agrar. Strab. lib. 5. Inde eſt quod Seneca epiſt. 51. ait: *Hannibalem indomitum nivibus & Alpibus virum, enervaverunt fomenta Campaniæ.* Pertinet eo proverbium quod hodieque uſurpari Camerar. ſubciſiv. 1, 85. refert. *Il regno Neapolitano e un delicato paradiſo, ma habitato da gli diavoli.*

Denique] Rara illatio vocis *denique*, cum nihil præceſſerit, cui ſerviat. JCtis tamen aliiſque etiam ſcriptoribus, non ſemel uſitata; fruſtra ſane reprehenſa a viro docto, Triboniani manibus iniquiore quam par erat. plane Pal. noſtri tres propugnant hanc ſcripturam; & adſentior amiciſſimo meo Salmaſio, belle ſic ex abrupto inferri, illud *denique*. amicus tamen quidam meus aliquando ſuſpicabatur, *cælo dieque*: acutius quam verius. *Gruterus*. Pluribus exemplis lectionem hanc firmat Salmaſius in Sol. p. 382. D. 2. quib. adde Juſtin. 9, 4, 1: 11, 11, 4: 13, 2, 10: 23, 1, 15. & Papinian. in l. 13. de adopt.

3. *Bis floribus vernat*] Adde Chron. Altiſſiod. pag. 5. b. & Ariſtot. mirab. cap. 67.

SALMASII.

Sic ergo Romanus] Quidam *pop. Romanus*. Non ita recte. Nam alibi ſic loquitur, *Romanus*, *Germanus*, *Tarentinus*, non addens, *populus*. Exempla paſſim obvia.

3. *Nihil mollius cælo denique bis floribus*] Qui corruptum hunc locum cenſent, ipſi ſunt corrupti potius judicii: quod prius emendent licet, quam quidquam hic attentare audeant. Nazarianus diſtinguit: *nihil mollius; cælo denique bis floribus vernat.* Vitioſe. Elegans porro vocis notio *denique*, quæ ex abrupto, & ante exſpectatum, mira brevitate, venit. Nec adeo rara eſt apud antiquos ac probos auctores, ut videri volunt docti criticorum. Hic noſter ea ſæpe utitur. Supra de Veiis captis: *Denique, non ſcalis nec irruptione, ſed cuniculo & ſubterraneis, peractum urbis excidium. Ea denique viſa eſt prædæ magnitudo, cujus decimæ Apollini Pythio mitterentur.* Silinus de fonte Hammoniaco. Ad quem locum nos plura. Fruſtra igitur ille vir doctus, qui corrigebat: *Nihil mollius cælo dieque: bis floribus vernat.* Nec melius illi alteri ſucceſſit, apud Velleium ſic mutanti: *Nihil mollius cælo, nihil uberius ſolo, denique bis floribus vernat.* Elegantiam ſuam ac venuſtatem huic loco plane ſurripueris, ſi aliam lectionem admiſeras. Id ut melius conſtet, integrum eum, ut legendum eſt ac diſtinguendum, ponam. *Nihil mollius*

vernat. Nihil uberius ſolo: ideo Liberi Cereriſque certamen dicitur. Nihil hoſpitalius mari.

lius cælo. Denique bis floribus vernat. Nihil uberius ſolo. Ideo Liberi Cereriſque certamen dicitur. Nihil hoſpitalius mari. Hic illi nobiles portus, Caieta, Miſenus, & tepentes fontibus Baiæ. Ut cœli mollitiem ac temperiem probet, bis flores ibi dicit emicare. Ut ſoli ubertatem ac fertilitatem oſtendat, Liberum Cereremque de eo certaſſe proditum ait. Ut maris denique hoſpitalitatem teſtetur, portus aliquot nobiles in ejus ora recenſet. Frequentior porro hujus vocis uſus eſt in rebus narrandis, aut cauſis aſſignandis, ubi plures eduntur, ut ultimo loco ponatur ad orationis clauſulam. Ut cum præponitur, *primo*, deinde ſubjungitur, *præterea*, & poſtremo additur, ad rem finiendam, *denique*. Sæpe tamen ubi res una memoratur, aut cauſa una allegatur, ſtatim per ſe ſolet inferri, ut heic: *Nihil cælo mollius. denique bis floribus vernat*. Quaſi diceret, adeo verum eſt, nihil eſſe cœlo mollius, ut bis ver in anno habeat.

3. *Nihil mollius cælo*] Temperatius, clementius. Sic infra lib. III. cap. III: *Sed in Venetia, quo fere tractu Italia molliſſima eſt, ipſa cæli ſolique clementia robur elanguit.* Sic Græci *μαλακὸν* uſurpant, quod & mari, cum tranquillum eſt, tribuunt, ut & Latini, cum, voce inde mutuata, *malaciam maris* appellant.

Bis floribus vernat] Floribus gignendis bis habet ver. Ut *hibernum* pro hieme, ita & *vernum* pro vere abſolute, dum ſubintelligitur tempus. Sed ut *hibernare* & *hiemare* annus dicitur Latine, cum *hiems* eſt anni; ita & *vernare*, cum eſt *ver*. At cœlum bis vernat, cum bis ver facit. Poſſumus tamen heic intelligere, Campaniam bis vernare, bis ver habere. *Cælo nihil mollius*. Inde eſt, quod bis vernat Campania. ¦ Alia eſt ſignificatio verbi *vernare*, de avibus cantillantibus, apud Poetas. Ovidius:

—— *docili gutture vernat avis*,

Εὐφημεῖ. Quia vere magis garriunt aves. An a vernis pueris, quorum garrulitas placuit veteribus. Unde & vernalis urbanitas, vernaculorum dicta.

FREINSHEMII.

Nihil uberius ſolo] Varro, ubi Italiam extollit, præcipue Campaniam laudat. lib. I. de re Ruſt. cap. 2. *Quod far conferam Campano? quod vinum Falerno? quod oleum Venafro?* nam & iſta ſunt Campana. Iterum, II. Rerum Humanarum: *Ad victum optima fert, ager Campanus frumentum, Falernus vinum*. Livius, 7. 38, 7: *agrum Italiæ uberrimum, dignam agro urbem.*

Hoſpitalius] Contra, *Pontus Euxinus, antea ab inhoſpitali feritate Axenus appellatus*. apud Plin. 6, I.

SALMASII.

Nihil hoſpitalius mari] Ob frequentiam commodorum portuum. Non enim homines tantum hoſpitales, ſed etiam loca. Unde inhoſpita teſqua, deſerta & cultu vacua, ac proinde accipiendis hominibus parum idonea. Ita & *inhoſpita maria* dici queant, quorum littus importuoſum & acceſſu difficile. Sic etiam εὔξεινος πόντος, qui olim ἄξεινος, inhoſpitalis:

Dictus ab antiquis Axenus ille
fuit.

Sed propter incolarum barbariem

ri. Hic illi nobiles portus, Caieta, Miſenus, & 4.
tepentes fontibus Baiæ: Lucrinus & Avernus, quæ-

riem, non ob portuum penuriam, ita appellatum volunt. Eo tamen reſpexiſſe puto hunc Florum, cum nihil hoſpitalius mari, quod Campaniam alluit, eſſe dixit. Οὐδὲν εὐξενώτερον. Quaſi melius id nominis mereretur, quam cui Græci hoc inſigne dederunt cognomen. Hoſpitium pro diverſorio ac καταγωγίῳ, etiam media Latinitas dixit. Et Firmico *Hoſpites* vocantur, qui tabernarum inſtitores & caupones. Quod hodieque in noſtro idiomate retinemus. Portus, hoſpitia quodammodo maris ſunt. Sic & hoſpitale mare, cui frequentia talia hoſpitia. Virgilius *hoſpitium arenæ*, appellat plagas vel ſtationes in littore, vel etiam portus, quibus naves excipiuntur. Æneas ſecunda Æneide apud Didonem conquerens, quod naves ſuæ prohiberentur ad littus Africanum appellere:

— hoſpitio prohibemur arenæ.
Bella cient, primaque vetant conſiſtere terra.

FREINSHEMII.

4. *Caieta*] Caietam Latio novo, quia citra Lirim ſita eſt, multi adſcribunt: urbs eſt & portus in ora Formiani ſinus occidentali; nomen habet a Caieta Æneæ nutrice, ſive a littoris curvitate, teſte Strabone, & hodie nomen retinet, diſtatque ab Urbe, in ortum æſtivum, ad ſexageſimum lapidem ab Aquilone. Formias habet adverſas, ad quintum lapidem. Formiano ſinu intermedio. *Stadius*. Vide Servium ad Æn. 7. 1.

Baiæ] Promontorium, & urbs, & portus, ob tepentes aquas ſaluberrima; ab urbe ad centeſimum lapidem in ortum brumalem diſtabat; cingebatur a Septentrione Averno; a meridie, Auguſti portu; ab occaſu Lucrinum lacum habebat; ab ortu, Puteolanum ſinum. ita ut nihil eo ſitu amœnius, neque ſalubrius eſſe poſſet. Quare a Romanis frequentiſſime otii cauſa & deliciarum habitabatur: nunc fere ſuis ruderibus obruta jacet, etiamſi ob fontium & aquarum ſalubritatem etiam hodie commendetur. *Stadius*. Lege etiam Sidonii Apollinaris carmen XVIII. Chron. Altiſſiodor. pag. 3. & Caſſiodor. lib. 9. variar. epiſt. 6.

VARIORUM.

4. *Miſenus*] Portus & promontorium eſt, olim urbs quoque ſatis celebris, quæ nunc diruta eſt. Ultra Caietam in ortum vergit, ad quadrageſimum fere lapidem; dictus a Miſeno Æneæ tubicine, teſte Virgil. 6, 234. Cumæ eodem tractu ſitæ erant, ſed in occaſum æſtivum XVI. ſtadiis. *Stadius*.

Lucrinus & Avernus] Ex præcedenti Baiarum deſcriptione noti ſunt: & Strabo lib. 5: & Plinius, 3, 5: & 30, 2: & 36, 15, &c. *Stadius*.

SALMASII.

4. *Lucrinus & Avernus, quædam maris otia*] Inter portus maris Campani, Lucrinum & Avernum recenſet. Atqui lacus ſunt, ſed ex eo genere, quas Græci λιμνοθαλάττας appellant, lacus nempe, quibus mare affunditur, æſtuaria, quæ & στομαλίμνας dictæ, quod oſtia ad mare habeant, quibus aquam ex mari recipiunt. Hoc videns Jordanes, lectionem antiquam Flori mutaverat, quia vix eam caperet. Igitur pro *quædam maris otia*, ſicut habent antiqua Flori omnia exemplaria, in omnibus

G

Digitized by Google

5 quædam maris otia. Hic amicti vitibus montes, Gaurus, Falernus, Maſſicus, & pulcerrimus

bus Jordaneis legitur, *quædam maris oſtia*. Verum quidem eſt, oſtia maris eſſe lacus illos, qui in mare aperti ſunt, & inde marino æſtu implentur; ſed aliud voluit Florus. Eleganter *quædam maris otia* eſſe dicit hæc æſtuaria, quibus infuſum mare veluti quieſcit & otiatur. Non movetur quippe mare, nec procellis obnoxium, quod intra illos receſſus conceptum tenetur. De bonis etiam portubus hoc poſſis dicere, quædam videri maris otia. Quales ſunt in quibus naves haberi poſſunt ab omni ventorum flatu tectæ ac tutæ, ſic ut vinculis alligari aut anchora fundari ibi opus non habeant. Talem deſcribit Ithacæ portum Homerus Odyſſ. XVII.

—— δύο δὲ προβλῆτες ἐν αὐτῷ
Ἀκταὶ ἀπορρῶγες, λιμένος ποτιπεπτηῶαι,
Αἵ τ' ἀνέμων σκεπόωσι δυσαήων μέγα κῦμα
Ἔκτοθεν· ἔντοσθεν δὲ ἄνευ δεσμοῖο μένουσι
Νῆες ἐΰσσελμοι, ὅταν ὅρμου μέτρον ἵκωνται.

In ejuſmodi portu *æquora tuta ſilere* canit Virgilius, ut in Africano, quem ad inſtar illius Homerici:

—— geminique minantur
In cælum ſcopuli, quorum ſub vertice late
Æquora tuta ſilent.

Silent igitur & quieſcunt in ejuſmodi portubus maria, ac proinde otia quædam maris dici poſſunt. Quin oſtia ſint, nemo ambigit. Verius tamen eſt, ut de Lucrino & Averno tantum intellexerit Florus, non etiam ad præcedentia retulerit. Nam in ejuſmodi ſtagnis, æſtu marino irriguis, mare reſtagnans, plane quietum manet, & quaſi otiatur.

VARIORUM.

Otia] Ita auſus ſum reponere, ſuadente v. c. quodque annotaſſet Vinetus, ita quoque habere aliquot Mſſ. nihil enim verius aut elegantius dici poteſt. ſicuti pluribus oſtendo in Opinionum libellis. Vineti editio *oſtia*, quod quomodo concoquant viri eruditi, neſcio. certe noſtrum reperitur quoque in tribus Pal. *Gruterus*.

5. *Gaurus*] Gaurus mons initium habet a ripa Liris orientali, atque oſtio ejuſdem fluminis, quod a Gauri vicinitate Gaurianus, unde vulgo *Gargiliano* dicitur. Hujus montis pars occidentalis, *Gaurus*; orientalis, & juga ejuſdem, *Maſſicus*; ſeptentrionalis, *Falernus* dicebatur. Falernus ager ejus montis ad ſeptentrionem declivitate porrigebatur. Vinum quod ſummis collibus naſcebatur, *Gauranum*; quod mediis, *Fauſtianum*; quod imis, *Falernum* vocari ſolitum eſt, teſte Plinio, 14, 6. *Stadius*.

SALMASII.

5. *Hic amicti vitibus montes, Gaurus, Falernus*] Vetus Jordanis: *Hic amici vitibus montes*, eleganter, modo ita ſcripſerit Annæus. Sic Horatius *amicum vitibus Caulonem* dixit. de Gauro Symmachus, de Campania loquens:

Ubi Corniger Lyæus
Operit ſuperna Gauri.

Hos verſus poſuimus, ut ſcribendos putamus. *Guttur* vulgo, mendoſiſſime. Schedæ Palatinæ: *Gutturi*. nos, *Gauri*.

Pulcerrimus omnium] Jordanes: *cunctorum*. Idem mox: *quondam*

mus omnium Veſuvius, Ætnæi ignis imitator. Urbes ad mare, Formiæ, Cumæ, Puteoli, 6 Neapolis, Herculaneum, Pompeii, & ipſa caput

dam inter tres maximas, *Romam*, *Carthaginemque*, *numeranda*. Flori omnes libri: vulgo, *numerata*. Quod melius.

VARIORUM.

6. *Herculaneum*] Sic ſcribitur hoc & apud Livium, extremo libro decimo: quod eſt *Herculanium*, *i* pro *e* penultima ſyllaba, apud Plinium, 3, 5. Ἡϱάκλειον vocat Strabo, libro 5. quod nomen idem ſignificat cum *Herculaneo*. Nam ab Hercule, qui Græcis Ἡϱακλῆς dicitur, facta. *Herculeus*, & *Herculaneus*, idem ſunt, quod Ἡϱακλεῖος, nomen ab illo Ἡϱακλῆς derivatum: & quæ Græcis Ἡϱάκλειαι, id eſt, *Heraclea*, ſive *Heraclia*, civitates appellantur, eas recte *Herculeas*, & *Herculaneas*, dicere poſſis. Fuerunt autem hæ multæ. Viginti tres numerat Stephanus, quarum una Campaniæ hic celebrata. *Vinetus*. Fuit autem urbs hæc Veſuvio monti vicina, ad occaſum non longe a Leucopetra promontorio, Veſuvii montis cineribus ſepulta jacet. *Stadius*.

Pompeii] Veſuvio vicina ab ortu ad Sarnum, pari cum Herculaneo fato deleta. *Stadius*.

FREINSHEMII.

5. *Veſuvius*] Nunc *Sumanus* dictus, (*Monte di Soma*) diſtat a Neapoli in ortum ad quartum ferme lapidem, clauditque ripam Sarni fluminis; ipſe nobilis generoſiſſimo vino, quod nunc Græcum vocant, & frequenti etiam incendio celebris eſt, eructat enim ſubinde flammas, & cinere quoque læto pinguique vicina reſpergit, verticem vero habet toſtis & aduſtis ſaxis ſterilem. Flagraſſe ſub Tito maximo incendio Xiphilinus teſtatur & Zonaras, itidem Suetonius Tito cap. 8. antea etiam flagraſſe ex Strabone lib. 5. pag. 170. f. conſtat & Vitruvio. Plinium ſecundum, dum illud ſub Tito incendium Veſuvii, ejuſque cauſas propius inveſtigare contendit, craſſa aeris caligine ſuffocatum interiiſſe, ad Tacitum Plinius ejus nepos lib. 6. Epiſt. 16. ſcribit. Ætna Siciliæ mons, perpetuo incendio in vertice lucet, ejuſque cauſam Juſtinus 4, 1, 14. reddidit. *Stadius*. Incendii ſub Tito, meminit etiam Martialis 4, 44. eoque Cæſium Baſſum Poetam Lyricum cum villa ſua conflagraſſe, ſcribit in vita ejus Petrus Crinitus. Ceterum plura poſt hoc Veſuvii incendia memorantur. Semel cum, Procopio lib. 2. Gotthic. teſte, cineres Byzantium uſque delati ſunt. Pluviam illam cineream refert Caſſiodor. 4, 50. & Zonaras tom. 3. eamque regnante Leone Magno accidiſſe. Iterum imperante Conſtantino quarto, Paul. Diac. 6, 4. Poſtremo anno Χϱιστογονίας MDXXXVIII. Munſterus Coſmograph. lib. 2. & noſtra memoria nuper extremo Anno MDCXXXI.

6. *Formiæ*] Urbs Campaniæ, prius *Hormiæ* dicta. Strabo lib. 5: Plin. 3, 5. quadraginta ſtadiis a Caieta. Cluverius illud ipſum oppidum eſſe autumat, quod hodie *Mola* dicitur.

Cumæ] Vetuſtiſſima & nobiliſſima civitas, a Chalcidenſibus condita, teſte Velleio, 1, 4, 2: & Strab. lib. 5.

Puteoli] Urbs Campaniæ; Averno ab occaſu abluitur, ab ortu ſinu,

caput urbium Capua quondam inter tres maximas, Romam, Carthaginemque numerata.
7 Pro hac urbe, his regionibus populus Romanus Samnites invaſit, gentem, ſi opulentiam quæ-

ſinu, cui *Puteolano* nomen dedit, ipſa olim *Dicæarchia* dicta fuit, a juſtitia magiſtratuum, teſte Strabone, condita a Samiis, teſte Euſebio, primis Romæ Coſſ. Bruto & Collatino. Inde a putore ſulphureo quem aquæ tepentes exhalant, *Puteoli* dici cœpit, teſte Strabone lib. 5. & Feſto. [Sic Ozolæ Locri apud Pauſaniam pag. 685, 10.] alii tamen (ut Varro lib. 4. de ling. Latin.) a puteorum frequentia illud nomen faciunt, hodie *Puzzuolo* voce parum deflexa dicitur. *Stadius*. Hujus urbis hiſtoriam deſcripſit Julius Cæſar Capacius.

Capua] De nomine hujus urbis variæ ſcriptorum ſententiæ. *A campeſtri agro appellatam*, credit Livius, 37, 2: & Plinius, 3, 5. Plerique a Capy, apud Livium, d. loc. Sueton. Cæſare, 81, 2: Dionyſ. 1, 74: Strabo, lib. 5: Silius, 11, 298:

Tum Capys ut primus dederit ſua
nomina muris.

Hæc fere Schegkius ad Velleium, 1, 7, 5: Strabo, lib. 5. ait, *Tyrrhenos, cum duodecim urbes habitarent, quæ earum quaſi caput eſſet, ea de cauſa Capuam nuncupaſſe.*

Quondam inter tres maximas] Quod & voluit præter alios Auſonius libello de urbibus, qui amplius canit.

Heu nunquam ſtabilem ſortita
ſuperbia ſedem!
Illa potens, opibuſque valens,
Roma altera quondam,
Comere quæ paribus poterant
faſtigia conis,
Octavum retecta locum vix
pone tuetur.

Gruterus. Alteram etiam ſuis temporibus Romam dixit Cicero Philippica duodecima cap. 3. Apud eundem orat. contra Rullum c. 32. legitur. *Majores noſtri tres ſolum urbes in terris omnibus, Carthaginem, Corinthum, Capuam ſtatuerunt poſſe imperii gravitatem ac nomen ſuſtinere. Alexandria tamen*, (teſte Ariſtea, nec falſo) *omnes urbes magnitudine & opulentia ſuperabat*. Adde Diodor. 17, 52.

SALMASII.

7. *Gentem, ſi opulentiam quæris, aureis & argenteis armis, diſcolori veſte*] Paulo aliter hic locus deſcriptus in Nazariano antiquo Codice, ad hunc nempe modum: *Gentem, ſi opulentiam quæras, aureis atque argenteis armatam miſit diſcolori veſte uſque ad ambitum.* Ex quibus veſtigiis non dubito legendum colligere: *aureis atque argenteis armatam armis, & diſcolori veſte uſque ad ambitum.* Fortaſſean & melius etiam ſcriberetur: *aureis atque argenteis ornatam armis & diſcolori veſte uſque ad ambitum.* Nam verbum *ornari*, tam ad arma, quam ad veſtem, trahi poteſt. Certe & *ornamenta* dicebantur arma. Ut de gladiatore apud Senecam, *qui per ornamenta percuſſus eſt.* Vide porro, quid ſit compendia ſcribere. Nunquam totum dicitur. Vix res, ut ſunt, explicantur. Opulentiam Samnitium ex eo arguere vult Florus, quod aureis & argenteis armis ornarentur, ac diſcolori veſte uſque ad ambitum, hoc eſt, raris ac pretioſis fucorum pigmentis verſicolori. Quis non putet

quæras, aureis & argenteis armis, diſcolori veſte,

putet iſto argumento Flori, ita ſolitos ſemper, cum armari, tum indui, Samnites? Atqui ſemel tantum, aut bis, ſic armatos conſtat, ac veſtitos, in eo prælio quod pugnatum eſt ex parte Romanorum, ductu & auſpiciis Papyrii Curſoris dictatoris. Ita rem narrat Livius, lib IX. his verbis: *Pari ſubinde periculo gloriæque eventu bellum in Samnitibus erat, qui præter ceteros belli apparatus, ut acies ſua fulgeret novis armorum inſignibus, fecerunt. Duo exercitus erant. Scuta alterius auro, alterius argento, cælaverunt.* Hæc ſunt aurea & argentea arma, quibus armari ſolitos hoc loco Samnites ſcribit Florus. At bene monet Livius, nova armorum inſignia hæc tum quæſiviſſe. Quod ab illis nunquam antea tot pugnis adverſus Romanos pugnatis, nec poſtea niſi ſemel factum. Quod ad diſcolorem veſtem attinet, noli etiam putare talem in quotidiano ac promiſcuo uſu apud Samnitas fuiſſe. Immo, tum primum eam uſurparunt, cum illis armis aureis & argenteis, nec deinceps, uſi ſunt. Quin & diſcolor illa veſtis ei tantum generi militum eo prælio data eſt, qui armis erant ornati aureis. Nam qui argentea habebant, linteas indutui ſumpſere candidas. Quod non debuit omittere Florus. At Livius ibidem non omiſit; *Tunicæ auratis militibus verſicolores, argentatis linteæ candidæ.* Cur non dixit hic Annæus, Samnites etiam indutui habuiſſe tunicas linteas candidas? Nec tacendum heic, ab illa armatura, quam tum induere Samnites, nomen & ornatum gladiatorum Samnitium apud Romanos proceſſiſſe. Quod a Campanis acceptum eſt. Hi enim, cum ſummo odio proſequerentur Samnites, ad eorum deriſum gladiatores, quod ſpectaculum inter cœnam exhibebant ſuis convivis, eo ornatu armarunt. Hinc Tritannus *gladiator ornatura Samnis* apud Solinum. Ad quem locum nos olim plura. Hoc eodem porro apparatu & opulentia inſignium armorum, bellum iterum adornaviſſe Samnites memorat Livius lib. X. Quod bellum profligatum eſt auſpicio ac ductu Papyrii Curſoris conſulis, filii illius dictatoris, qui prius eoſdem Samnites ſimiliter armatos & indutos debellaverat.

Diſcolori veſte, uſque ad ambitum] Non ſimpliciter diſcolorem fuiſſe vult intelligi, ſed ambitioſo & exquiſito luxu. Neceſſitas veſti excogitandæ cauſam & originem dedit, ut corpus tegeret. Ornatus deinde acceſſit, ut aptum decenſque eſſet hoc tegumentum. Poſtea modum exceſſit hæc ornandi cura, & in luxum ambitumque, ex ampliore artis ac materiæ pretio, quærendis veſtibus degeneravit. Scite Tertullianus in libro de Pallio.

FREINSHEMII.

7. *Aureis atque argenteis armis*] Livius 7, 29, 2: 9, 40: 10, 39, 11. Commune hoc fuit pleriſque gentibus 2. Reg. 8. verſ. 7. *Tulit David arma aurea, quæ habebant ſervi Adarezer.* ita Perſæ armati erant, Curtius 3, 10, 15. Juſtin. 11, 13, 11. ita Parthi, Juſtinus 41, 2, 10. Galli, Polyb. 2. Sic Alexander Argyraſpidas inſtituit. Juſtinus 12, 7, 5. quod in ſucceſſores ejus manſit. ita in Antiochi exercitu fuere Argyraſpides. Appianus Syriac. Livius 37, 40, 7. Agell. 5, 5. Macrobius 2, 2. & ejus æmulatione Alexander Imp. etiam chryſoaſpidas,

ſte, uſque ad ambitum armatam: ſi fallaciam, ſaltibus fere & montium fraude graſſantem: ſi

das, apud Lamprid. cap 50. Quamvis jam tum ſub Tito fuerint arma militum auro argentoque facta, ut indicat Joſephus de bell. Jud. 6, 15. Aurei gladii mentio eſt in epigr. Græco Anthol. ſect. 1. titulo, εἰς πλουτοῦντας. Pertinet huc Marcellinus 31, 28. qui deſcribit. *Arma Imperatorii comitatus, auro colorumque micantia claritudine.* Rationem ejus rei reddit Polybius 11, 7, & Plutarchus cap. 14. in vita Philopœmenis, qui Achæos eo modo ornavit, aliam in ſertorio, qui Hiſpanos. cap. 22. At Brutus apud eundem cap. 55. *acuere nonnihil putabat gloriæ cupidis pectora, avaros vero reddere etiam fortiores, quod arma ſicut poſſeſſiones retinerent.* Præter has alia etiam ſubfuiſſe videtur; diſciplinæ quaſi quoddam pignus & vinculum; Inops enim miles Imperatorem minus quam hoſtem timet. *Idcirco*, ait Lamprid. in Alexandr. Severo cap. 52. *quod mendicitas militaris ad omnem deſperationem vocat armatum.* Vide Curtium 8, 8, 16.

SALMASII.

Si inſidiarum fallaciam] Faceſſat hunc vox *inſidiarum*, quam nulli habent libri. Cum hac lectione, ſi attendas, quid aliud dicat auctor, quam, *ſi inſidiarum fallaciam quæras inſidiis graſſantem*? Atqui generatim fallaces eſſe pronuntiat, deinde, quo genere fallaciæ præſtant, indicat. Gentis igitur ex eo fallaciam adſtruit quod ſtruendarum inſidiarum ſint callentiſſimi. *Si fallaciam*, inquit, *quæras, ſaltibus & montium fraude graſſantem.* Sed una hirundo non facit ver. Et male Florus in argumentum perpetuæ fallaciæ trahit, quod ſemel atque iterum callide ab illa gente pugnatum eſt. Tot præliis certarunt Samnites cum Romanis, & tamen, ſi furcas Caudinas excipias, vix reperias, quando ſaltuum fraude aut montium victoriam furati ſint. Semel quidem aut iterum in valle inſtructi latere voluerunt, ſed non fefellerunt. Quod ſpectat furcas Caudinas, quis neſcit, non arte aut fraude Samnitum eo delapſos Romanos, ſed ſuamet ipſorum imprudentia. Occaſione ſi uſi ſunt Samnites, officium ſuum certe fecerunt. Non incallide quidem egerunt, ſed fortunam tam bonam ſi amiſiſſent de manibus, ſtupidiſſimi ac inertiſſimi omnium eſſent habiti.

FREINSHEMII.

Si fallaciam] Sic o. Pall. antea vulgati, *ſi inſidiarum fallaciam* voce ſuperflua. *Gruterus.* Tueri tamen poſſumus vulgatam lectionem ſimilibus exemplis, Livius 31, 36, 2. *fraus inſidiarum* infra 2, 6, 36. *inſidiæ Punicæ fraudis.* iterum Livius 8, 24, 13. *diſcrimen periculi.* Juſtinus 31, 6, 3. *adulationes aſſentionum.* Lucan. 6..... *Stillantis tabi ſaniem.*

VARIORUM.

7. *Saltibus* &c.] Ita circumventum & cinctum ſilvarum montiumque indagine Coſ. Cornelii Coſſi exercitum, Decius trib. mil. ſua virtute expedivit. Junius Coſ. exercitui ſpe præeſt degreſſo, inſidiiſque ad Bovianum perturbato, armis ſanguineque hoſtium viam aperuit. Iterum Cornelio Arvina Coſ. ita vias ſaltuſque obſepſerant, ut ne qua commeatus ſubveheretur: ſed & ille ferro hoſtes ſubmovit. Nulla autem fraus ipſis

Digitized by Google

ſi rabiem ac furorem, ſacratis legibus, humaniſque hoſtiis, in exitium Urbis agitatam: ſi

ipſis ſucceſſit in Rom. cladem pronior, quam ad Caudinas furcas; niſi oblatam occaſionem infelici conſilio corrupiſſent, de qua mox dicturus eſt Florus. *Stadius.*

SALMASII.

7. *Si rabiem ac furorem, ſacratis legibus*] Quidam ſcripti: *ſacris legibus*. Semel quoque his legibus uſi Samnites. Nec recte Florus, ſed ſuo more facit, dum unum id facinus arripit ad rabiem hujus populi arguendam, cum tot alia bella iſtius furoris experta cum Romanis diſpunxerint. Quaſi compluries hoc genere deteſtationis & ſacratæ legis bellum ſumpſerint, ſacratis legibus in exitium urbis agitatos non dubitat heic dicere Noſter. Legem ſacratam hanc in uſu etiam fuiſſe Etruſcis, Livius notat, & ab his uſurpatam adverſus Romanos in ea pugna qua pugnatum eſt ad Vadimonis lacum. Sic enim ſcribit lib. IX. & ſimul explicat vim hujus ſacratæ legis, qua vir virum legebat: *Et ad Vadimonis lacum Etruſci, lege ſacrata coacto exercitu, cum vir virum legiſſet, quantis nunquam alias ante ſimul copiis, ſimul animis dimicarunt.* Hoc eodem more ſacrata lege Samnites exercitum ſemel coegerunt, diriſque & exſecrationibus eum obſtrinxerunt, & bello quo depugnarunt cum L. Papirio Curſore conſule. Quod clare teſtantur hæc ejuſdem Livii verba, lib. X: *Primoribus Samnitium ea deteſtatione obſtrictis, decem nominatis ab imperatore eis dictum, ut vir virum legeret, donec ſexdecim millium numerum confeciſſent.* Hæc vis & interpretatio ſacratæ legis, qua vir virum legebat. Qui inter primos nominabatur, ut hac ſe lege alligaret, jurabat in verba diri carminis, quo caput ſuum devovebat, niſi iſſet in prælium quo imperator duxiſſet, aut ſi ipſe ex acie fugiſſet, aut ſi quem fugientem vidiſſet, non extemplo occidiſſet. Poſt hæc, qui ſic juraverat, hiſque diris ſe defixerat, jubebatur virum legere, mox ſimili exſecrationi obnoxium, deinde ſecundus tertium, atque ita deinceps uſque ad ingentem exercitus numerum.

FREINSHEMII.

Sacratis legibus] Vide Livium 10, 38. Adigebantur autem jurejurando niſi victo hoſte non redire, quod etiam Romani prius uſurpavere, Coſſ. M. Fabio; Cn. Manlio, apud Livium 2, 45. ita etiam Ligures lege ſacrata exercitum coegerunt, apud eundem 36, 38. Talis fuiſſe videtur apud Spartanos cohors Scirites, cujus meminit Diodorus 15, 32. apud Thebanos ſacra cohors, inventum Gorgiæ, juxta Plut. Pelopid. cap. 31. & ſeqq. aut Athen. lib. 13. Epaminondæ. Ita Albericus Balbianus equites ſuos ſacramento adegit, *nunquam ſe terga daturos externo hoſti.* Jovius in vita Magni Sfortiæ cap. 9. Sic Labienus in exercitu Pompeii juravit, ſe niſi victorem in caſtra non rediturum. Cæſ. de bell. civ. lib. 3.

Humaniſque hoſtiis] Has multis quidem gentibus in uſu fuiſſe, ut ne Romani quidem abſtinuerint, non nego; de Samnitibus autem nuſpiam me legere memini: propius igitur vero ſit, intelligere Florum eos, qui propter altaria cæſi jacebant, eo quod jusjurandum abnuerant.

ſi pertinaciam, ſexies rupto fœdere, cladibuſ-
8 que ipſis animoſiorem. Hos tamen quinqua-
ginta

SALMASII.

Si pertinaciam, ſexies rupto fædere] Toties rupiſſe fœdus Samnites, ex Livio, 10, 31, 12. colligo. Auctor Epitomes Livii, lib. XI, in conſulatu Fabii Gurgitis, qui de his triumphavit, ſcribit, *cum Samnitibus pacem petentibus fœdus quarto renovatum eſſe.* Notatur ibidem, ſequentis anni conſulem Curium Dentatum bis triumphaſſe in eodem magiſtratu, *Samnitibus cæſis, & Sabinis, qui rebellaverant.* Sic tum quinquies fœdifragi Samnites. Et videtur tum quoque fœdus cum his inſtauratum, quod tamen mox infregerunt. Nam in ſequenti Epitome traditur, Samnites defeciſſe, & adverſus eos ac Lucanos, Bruttios, Etruſcoſque, aliquot præliis a compluribus ducibus bene pugnatum. Hæc defectio Samnitium pro ſexto fœdere ab his rupto numeranda venit. Duæ etiam ſequentes Epitomæ meminere rerum proſpere geſtarum contra Samnites.

8. *Hos tamen quinquaginta annis*] Quinquaginta annos duraſſe Samnitium bella cum Romanis vult. Ego plus invenio, & ſic colligo. Scribit Livius lib. X. in hæc verba: *Superſunt etiamnum Samnitium bella, quæ continua per quartum jam volumen, annumque ſextum & quadrageſimum, M. Valerio, A. Cornelio, Conſulibus, qui primi Samnio arma intulerunt, agimus.* Hæc ſcripta in conſulatu Q. Fabii, & P. Decii, anno urbis. .... Jam tum ſextus & quadrageſimus ibat annus belli perpetis Samnitium ac Romanorum. Oporteret inde uſque ad ejus finem non amplius quam annos quatuor proceſſiſſe, ut ſic fierent anni quinquaginta Annæi, quibus domitos ac ſubactos dicit Samnites. Atqui ab his conſulibus uſque ad Curium Dentatum, qui de his rebellantibus triumphavit conſulatu ſuo, quatuor anni, explendo Flori numero, interſunt. Tribus tamen poſtea voluminibus adverſus eos bellatum, reſque feliciter geſtas memorabat, ut auctor Epitomes ſignificat, qui ea bella uſque ad Pyrrhi regis mortem deducit. Sic enim in decima quarta epitome ſcribit: *Res præterea contra Lucanos, Samnites & Bruttios feliciter geſtas, & Pyrrhi regis mortem continet.* Et ſane veriſimile eſt, quamdiu Pyrrhus in Italia adverſus Romanos belligeravit, fuiſſe in partibus Samnites, nec occaſionem tam bonam amiſiſſe rebellandi. Ceterum a conſulatu M. Valerii & A. Cornelii, quo primum arma Romana Samnitibus illata ſunt, uſque ad Pyrrhi mortem, anni interſunt ferme.....

FREINSHEMII.

Si pertinaciam] Livius 10, 31, 12. *adeo ne infeliciter quidem defenſæ libertatis tædebat; & vinci quam non tentare victoriam malebant: quinam ſit ille, quem non pigeat longinquitatis bellorum ſcribendo, legendoque, quæ gerentes non fatigaverunt?*

Sexies] Vide Epit. Liv. 11, 5.

Cladibuſque ipſis animoſiorem] Ita infra, 3, 21, 10: *redit ab Africa Marius clade major.* Et apud Juſtinum, 27, 2, 4. Seleucus *lætus malis ſuis, & damnis ditior redditus*: & ejuſdem Mithridates ita victus eſt, *ut major clariorque in reſtaurando bello reſurgeret, damniſque ſuis terribilior redderetur,* 38, 1, 8. Adde infra, 3, 5, 20.

8. *Quinquaginta annis*] Qua-

dra

ginta annis per Fabios & Papirios patres, eorumque liberos ita ſubegit ac domuit, ita ruinas ipſas urbium diruit, ut hodie Samnium in ipſa Samnio requiratur: nec facile appareat materia quatuor & viginti triumphorum. Maxime tamen nota & illuſtris ex hac gente clades apud Cau- 9

draginta novem pro quinquaginta, Eutropius 2, 12. & Oroſius 3, 22. Camers legeret octoginta, pro quinquaginta, quot invenit annos in prooemio Appiani, propter illos viginti quatuor triumphos: ſed vel vicies quater uno anno iſtis, puto, licebat, ſi lubebat, de eadem gente ſemel victa, triumphare. Coſ. Varro apud Livium 23, 5, 5. dicit Rom. cum Samnitibus per centum prope annos belligeraſſe. Ita fortaſſe neque Appianus ſubtilem annorum computationem ibi facere voluit. Livius 7, 29, 2. ſcribit adverſum Samnites mota eſſe primum arma M. Valerio Corvino tertium, A. Cornelio Coſſo Coſſ. quem putamus annum urbis CCCCXI. Eutropius vero auctor eſt, ei bello finem impoſuiſſe Coſſ. Cornelium Rufinum, & M. Curium Dentatum: quorum conſulatum putamus incidiſſe in annum Urbis CCCCLXIV. Si hæc ergo vera ſunt tempora initii & finis hujus belli Samnitici, id non plus LIII. annos duraverit. *Vinetus*. Idem Livius 23, 42, 5, per centum prope annos Samnites bellaſſe cum Romanis repetit. Scaliger ad numerum Euſebianum MDCXCVII. & Stadius colligunt annos LXXI. quæ computatio propius ad Appiani & Livianam accederet; proxime autem conſentiret cum ea, quam idem Livius 31, 31, 10. proponit.

SALMASII.

Ita ruinas ipſas urbium diruit] Mirum quam diverſa ab hac unius Palatini ſcriptura, qui habet: *Ita ruinas ipſas montium diruit*. Forte, pro *mœnium* aut *mœniorum*. Aliter non video quis ſit illius lectionis ſenſus. Quin ea ipſa potius falſa ac rejicienda. Sequitur in Nazariano: *Ut hodie Samnium in ipſa Samnio requiratur*. Non ut habent hactenus editi: *In ipſo Samnio*. Figura eſt πρὸς τὸ σημαινόμενον. Ut, *Eunuchum ſuam*. Et apud Poëtam:

—— *defenſa eſt Ilion armis*.

9. *Clades apud Caudinas furcas*] Vetus editio cum omnibus ſcriptis, qua Flori, qua Jordanis, habet: *apud Caudinas furculas*. Jordanei codices etiam *forculas*. Ita etiam ſemel apud Livium vocantur ὑποκοριστικῶς lib. IX: *Interclusum Romanum exercitum obſideri, cladiſque imaginem Furculas Caudinas, memorabant*.

FREINSHEMII.

Ut hodie, &c.] De ſuo ſeculo loquitur, ſed illa vaſtitas non a Fabiis & Papiriis, verum a Sylla. Dicit hoc Strabo, lib. 5. ſub finem, pag. 172. Sic Seneca, epiſt. 91. 3: *Lugdunum, quod oſtendebatur in Gallia, quæritur*. Adde *du Bellay, es antiq. de Rome, Sonnet* 3.

VARIORUM.

8. *Ipſa Samnio*] Ita tres Pall. & ſubintelligitur, *regione*. ante cuſi, *ipſo Samnio*. Gruterus.

9. *Apud Caudinas furculas*] Hiſto-

Caudinas furculas Veturio Poſtumioque Con-
10 ſulibus accepta eſt. Clauſo per inſidias intra eum ſaltum exercitu, unde non poſſet evadere, ſtupens tanta occaſione dux hoſtium Pontius, Herennium patrem conſuluit, & ille, *mitteret omnes*, *vel occideret*, ſapienter, ut ſenior,
11 ſuaſerat. Hic armis exutos mittere ſub jugum maluit; ut nec amici forent beneficio, & poſt
12 flagitium hoſtes magis. Itaque & Conſules ſtatim magnifice voluntaria deditione turpitudinem

Hiſtoria habetur a Livio 9,2. &c. Val. Max. 5,1,5. ext. 7,2,14. ext. Plutarch. cap. 6. Parall. Auctor. de vir. illuſtr. cap. 30. Auguſtin. Civit. 3,17. Lucan. 2,137. Nota ſunt quæ Eutropius & Oroſius de hac ipſa clade ſcribunt. Lege quæ ſcribit Cicero Off. 3,30. Geſta ſunt autem hæc anno CCCCXXVI. ab U. C. auctore Oroſio. In margine editionis Livianæ Gruteri adnotatus eſt annus A. U. C. 433. Pighius in Annal. refert ad annum 332. *Furculas* autem, pro quo vulgo *furcas* habent Mſs. o. tam Gruteri quam Vineti. De his ita Sueyro in verſione Velleii: *La ciudad ſellamana Caudio, y ahora Stretto d'Arpuia*. Camers.

SALMASII.

10. *Clauſo enim per inſidias*] Vox *enim* abeſt a Nazariano, in quo & legitur: *ſtupens tanta occaſione dux hoſtium*.

Herennium patrem] Unus Jordanis *Herineum* vocat. *Herinus* vel *Herineus*, in veterum Inſcriptionum indice. In altero ejuſdem *Hireneum*. Nomen ignotum eſt, niſi ſit Εἰρηναῖος, quod vix puto. Sed, *Herennium*, retinendum arbitror. Et ſic Livio vocatur.

FREINSHEMII.

10. *Sapienter ut ſenior*] Plutarch. An ſeni ſit gerenda Reſp.? c. 19. *Maxime ſalva eſt civitas, ubi conſilia ſenum & juvenum arma obtinent*. Et Eurip. in Menalipp. apud Stobæum:

Παλαιὸς αἶνος· ἔργα μὲν νεωτέρων,
Βουλαὶ δ' ἔχουσι τῶν γεραιτέρων κράτος.

Vetus hoc dictum eſt, faciendo juvenes,
Conſultando autem ſeniores præſtare.

Alludit huc etiam adag. Eraſm. *Senum conſilia, juvenum lancea*. Vide etiam Reg. 1,12,8. & ſupra 1,1,15. Interdum & juvenes ſapientia excellunt. Vide Goldaſti replicat. pro imperio contra Jeſuit. cap. 4.

11. *Ut nec*, &c.] Simile quid Pyrrho accidit, quamvis captos Romanos abſque pretio dimiſerit, apud Val. Max. 2,7,15.

12. *Voluntaria deditione*] Obſervavi, tales dedititios nunquam receptos ab hoſtibus, quod ea ratione eludi ſe crederent, cum ei, qui belli gerendi poteſtatem haberet, etiam fœderis ſanciendi jus competere naturalis ratio dictitet:

Digitized by Google

dinem fœderis dirimunt, & ultionem flagitans miles Papirio duce (horrible dictu) ſtrictis enſibus per ipſam viam ante pugnam furit: & in

tet, reſpicit eo l. 5. in fin. de pact. ubi quod duces belli inter ſe paciſcuntur, *publica conventio* eſſe dicitur. Ita M. Clodium non recepere Corſi, apud Val. Max. 6, 3, 3; nec Mancinum Numantini: Appianus, Hiſpanicis, pag. 301: Zonar. Annal. tom. 2.

SALMASII.

12. *Strictis enſibus miles per ipſam viam ante pugnam furit*] Imperiti librarii, perverſa licentia, multis modis hæc contemerarunt. Palatinus unus: *ante pugnam agit*. Alter: *adiit*. Peſſime uterque. Nec melius, aut prudentius gens docta, ſed infelix, correctorum, qui pro *fuit*, quod erat vera lectio, *furit* ſuppoſuerunt, nec cogitabant id verbi ſibi convenire, quod repoſitum ibant. Nazarianus, & uterque Jordaneus: *fuit*, Optime. Scribendum itaque, *ſtrictis enſibus miles per ipſam viam ante pugnam fuit, & in congreſſu arſiſſe omnium oculos hoſtis auctor fuit*. Dicit, milites, antequam manus conſererent, in ipſa procurſione atque impetu, quo in hoſtem vadunt, ſtrictis enſibus fuiſſe, hoc eſt, ſtrictos enſes habuiſſe. In congreſſu vero ipſo arſiſſe omnium oculos, hoſtis teſtatus eſt. Sic apud Ciceronem in ea pro Roſcio: *Quæ ut ne ferretur, ſenatus fuerat veſte mutata*. Id eſt, Senatus veſtem mutaverat. Falſa igitur Lipſii emendatio, qui *ſubjectis gladiis* correxit ex Camertis editione, in qua legitur, *ſubjectis*. Mos prælii fuit hic militi Romano, ut in concurſu auſpicando, pila prius emitteret. deinde gladiis ſtrictis rem gereret. At in pugna adeo avidus manus ſtatim conſerendæ & pedis conferendi cum Samnitibus fuit, ut pila, velut ſigno dato, abjiceret, ſtrictoſque gladios in ipſo concurſu præferret, ne qua mora daretur ardori pugnando. Livius lib. IX: *Vadunt igitur in prælium urgentes ſigniferos, & ne mora in concurſu pilis emittendis, ſtringendiſque inde gladiis, eſſet, pila, velut dato ad id ſigno, abjiciunt, ſtrictiſque gladiis curſu feruntur in hoſtem*. Hoc eſt igitur, quod heic vult Annæus, milites in eo prælio ſtrictis gladiis ante pugnam fuiſſe per ipſam viam, id eſt, in eo procurſionis ſpatio, quod pilis emittendis ſumitur. Nam pilis ex certo intervallo conjectis, ubi ad manus ventum erat, ſtrictis gladiis res gerebatur.

FREINSHEMII.

Strictis enſibus, &c. *fuit*] Pro vulgata lectione videtur facere Marcellin. lib. 27: *Protinuſque inde luctantibus itinerum callidis, exploratis acceſſibus, per regiones longo itu* (an *ſitu*) *perrectas, ſenſim gradiens miles irritatior ad pugnandum, velut repertis Barbaris, minaciter infrendebat*. Ubi, pro *ſenſim gradiens*, videtur legendum, *enſem quatiens*: & eſſe imitatiuncula Flori, retinendumque in Floro, *furit*, quod Marcellinus, per illud ſuum *infrendebat*, expreſſerit.

SAL-

in congreſſu arſiſſe omnium oculos, hoſtis au-ctor fuit. nec prius finis cædibus datus, quam jugum & hoſtibus & duci capto repoſuerunt.

CAP.

SALMASII.

Quam jugum & hoſtibus, & duci capto, repoſuerunt] Non pro certo id narrat Livius, nec de eo inter omnes conſtitit Annalium ſcriptores, ut idem ille his verbis teſtatur, lib. IX: *ceterum id minus miror, obſcurum eſſe de hoſtium duce, dedito miſſoque ſub jugum.*

FREINSHEMII.

Arſiſſe omnium oculos] Ita cum Aquileiam obſidens Attila, ſpeculatum ad muros accederet, ab hoſtibus circumventus, duobus interfectis, reliquos audacia & virtute ſua in fugam vertit, qui ſacroſancte affirmarunt, ex illius oculis ignitos radios, fulguris inſtar, emicuiſſe. Nicolaus Olahus in ejus vita. Idemque teſtatur P. Callimachus Experiens in Attila. Turno ſuo tribuit hoc Virgil. Æneid. 12, 101.

—— *Totoque ardentis ab ore*
Scintillæ abſiſtunt, oculis micat acribus ignis.

Hercul. Apollodorus lib. 2. pag. 84. Alemannis ſuis Henrici legatio apud Choniatem ſub fin. lib. 1. de rebus geſtis Alexii Angeli. *qui Martis alumni, iræ flamma oculos ſuffuſi, non ſecus quam gemmæ radient.* Et ſuis militibus Julianus apud Marcellinum 21, 27. f. *oculorum veſtrorum vibratæ lucis ardorem.* & ipſe auctor Gothis 31, 38. *Sequebantur furore ex oculis lucente Barbari noſtros.* Lege etiam quæ notavit Gruterus ad Livium 7, 33. & diſcurſu 13, ad Tacit. Item Virdungus in Taciti Agricolam 41, 5.

VARIORUM.

12. *Jugum & h. e. d. c. repoſuerunt*] Ambiguitatem, quam Livius, 9, 15, 9. proponit, fueritne res ad Luceriam geſta, & ignominia Caudinæ deditionis repoſita, Papirio tertium Coſ., an ipſo equitum magiſtro, dictatore Lentulo? eam Capitolini triumphi diriмunt: qui Papirium de Samnitibus ſecundum triumphaſſe, cum Coſ. tertium eſſet, conſtanter recenſent, anno U. C. CCCCXXXIV. *Stadius*,

SAL-

Digitized by Google

CAP. XVII.

Bellum Etruſcum, & Samniticum.

HActenus populo Romano bellum cum 1
ſingulis gentium, mox acervatim, tamen ſic quoque par omnibus fuit. Etruſcorum duodecim populi, Umbri in id tempus intacti, antiquiſſimus Italiæ populus, Samnitium reliqui in excidium Romani nominis repente conjurant.
2 Erat terror ingens tot ſimul tantorumque

SALMASII.

1. HActenus populus Romanus] Legitur in Nazariano codice: *Hactenus populo Romano.* Sed ſubintelligendum eſſet, res aut bellum. Et ſic planè præfert Palatinus alter: *Hactenus populo Romano bellum cum ſingulis gentium.* Jornandes, pro *acervatim*, mox legit *catervatim.* Minus recte. Ab ipſo Jordane eſt, non a libris hæc varietas. Inter hos populos, qui acervatim populo Romano ſuſtinendi fuere, perperam omiſit Gallos. Nam Etruſci, Umbri, Samnites & Galli, hi quatuor ſimul populi, ſimul conjurarunt adverſus Romanos. Vide Livium lib. x. & ejuſdem libri epitomen, in qua hæc verba leges: *Cum adverſus Etruſcos, Umbros, Samnites, Gallos, P. Decio & Q. Fabio pugnaretur.* Et mirus ſane noſter, qui tres tantum populos heic recenſeat, qui in excidium Romani nominis conſpirarint, mox tamen quatuor agminum ſigna per Etruriam infeſtam volitaſſe dicit.

FREINSHEMII.

1. UMbri in id tempus intacti, &c.] Secutus ſum editionem Gruterianam, quam etiam Lipſius, Elect. 2, 19. ex libro ſuo confirmat. Umbros enim, antiquiſſimum Italiæ populum, etiam Dionyſ. 1. 19; & Plin. 3,14. appellat. Ceterum ne ſic quidem perſanatum eſſe locum ſuſpicor. Primum quod admodum languere videatur oratio; tum quod de Gallis, præcipuo Romanorum terrore, nulla mentio; præterea quod mox ſubjicitur: *infeſta quatuor agminum ſigna*, videbatur etiam Gallorum mentionem requirere. Itaque ſic tentabam: *Umbri in id tempus intacti, antiquiſſimus Italiæ populus, Samnium, Gallique.* Vel ita: *Umbri i. i. t. i. a. I. populus Samnitum, Gallique.* ſed nihil affirmo.

VARIORUM.

QUæ hoc capite continentur, ſcribit Livius, 9, & 10: Oroſius, 3,20: Eutrop. 2, 1. Geſtum autem eſt bellum anno hoc CCCCL, ab U.C. Oroſ. Euſebius autem dicit geſtum Olymp. CXVII. Meminit Auguſtinus, civit. 3, 17. De duodecim Etruriæ populis, ſupra cap. 5. De Calidonio & Hercynio ſaltu infra, 3, 10, 14, 18: & 4, 12, 27. *Camers.*

SAL-

que populorum. Late per Etruriam infeſta
3 quatuor agminum ſigna volitabant. Ciminius interim ſaltus in medio, ante invius, plane quaſi Calidonius, vel Hercynius, adeo tunc terrori erat, ut ſenatus Conſuli denuntiaret,
4 ne tantum periculi ingredi auderet. Sed nihil horum terruit ducem. Quin fratre præmiſſo ex-

SALMASII.

2. *A latere Etruria infeſta*] Quid opus hac repetitione, Etruriam a latere infeſtam eſſe, cum jam dixerit, duodecim Etruſcorum populos conjuraſſe? Nazarianus: *latere Etruriam infeſtam.* Scribo: *late per Etruriam infeſtam*, &c. Jampridem ex Jordane ita reſtituiſſe optimum Vinetum memini. Vitioſam prorſus eſſe vulgatam, nobis ſatis conſtat.

3. *Ciminius interea ſaltus*] *Geminius* optimi lib. & vetus editio, pro *Ceminius* aut *Ciminius*, ſolenni errore. *Ciminus* in membranis Jordanis. *Ciminum* & *Ciminium* dictum eſſe conſtat, de quo quidam fruſtra dubitant. Sic *Titus* fluvius & *Titius* pro eodem, ut infra notabimus. Alter Palatinus *Geminus*, pro *Ceminus* vel *Ciminus*. Virgilius Cimini montem & lacum memorat Æneide octava: *Et Cimini cum monte lacum.* Mentio apud Livium, in hac eadem hiſtoria, *Ciminiæ ſilvæ* & *Ciminiorum ſaltuum*, idemque etiam *Ciminii montis* meminit.

Ciminius interim ſaltus, ante invius, plane quaſi Calidonius aut Hercynius] Livium, 9, 36, 1. imitatur, a quo ferme hæc expreſſa: *Silva erat Ciminia magis tum invia atque horrenda, quam nuper fuere Germanici ſaltus.*

Ut ſenatus conſuli denuntiaret, ne tantum periculi ingredi auderet] Hoc eſt, ne ſaltum Ciminium tranſiret. Quod debuit ipſis verbis retineri & exprimi, ſicut denuntiatum eſſe diſerte teſtatur Livius: *Eo forte quinque legati cum duobus tribunis plebis venerant denuntiatum Fabio ſenatus verbis, ne ſaltum Ciminium tranſiret.*

4. *Quin fratre præmiſſo exploraret acceſſus*] In optimo Nazariano ſcribitur: *explorat.* puto ſcribendum: *Sed nihil horum terruit ducem. Quin fratre præmiſſo explorat acceſſus.* Mutavit Jordanes & aliter diſtinxit in ſuis, hoc nempe modo: *Sed nihil horum terruit ducem, quin fratre præmiſſo exploraret acceſſus.* Quomodo hactenus editi retinuere. Non tam bene. Videatur autem his verbis ſentire Florus, Fabium nihil territum denuntiatione ſenatus, exploraſſe tamen acceſſus Ciminiæ ſilvæ, eamque penetraſſe. Atqui non ita eſt. Jam illa penetrata erat, & victi Etruſci, cum verbis ſenatus hæc illi facta denuntiatio eſt. Livius de legatis ac tribunis plebis, qui hæc denuntiatum venerant: *Lætati ſerius ſe, quam ut impedire bellum poſſent, veniſſe, nuntii victoriæ Romam revertuntur.*

FREINSHEMII.

2. *Late per Etruriam*] Recepi lectionem Jordanis antea Vineto, mox Salmaſio probatam. nam illa altera vitio non caret.

3. *Ciminius* &c.] Lege Livium 9, 36, 1.

Digitized by Google

exploꝛat acceſſus. Ille per noctem paſtorio habitu ſpeculatus omnia refert tutum iter. Sic Fabius Maximus periculoſiſſimum bellum ſine pe- 5

9, 36, 1. & noſtrum ſupra 1, 11, 8. ubi ſimilis comparatio.

4. *Fratre*] Quem Cæſonem appellat Frontinus, 1, 2, 2. alii, quos Livius, 9, 36, 3. citat, C. Claudium.

SALMASII.

Ille per noctem paſtorio habitu] Falſum, & contra hiſtoriam, quam ſequitur, hoc ab illo additum, *per noctem*. Immo interdiu & palam Etruſcis ſe immiſcuit, hoc ſolo tectus ac diſſimulatus, quod paſtorem præferret, linguæ etiam errore adjutus, qua ſe hoſtibus pro indigena inſinuavit. Livius Etruſcis litteris eruditum fuiſſe hunc Fabii fratrem, qui Ciminiam ſilvam exploravit, & commercio linguæ fefelliſſe, non obſcure indicat, qui tamen hæc poſtremo adjicit: *Sed neque commercium linguæ, nec veſtis armorumque habitus ſic eos texit, quam quod abhorrebat a fide quamquam externum Ciminios ſaltus intraturum.* Quin & audaci ſimulatione eum ſe hoſtibus immiſcuiſſe, & principum ejus gentis colloquia petiiſſe, clare tradit. Tantum abeſt, ut per noctem hoc iter fecerit aut tenebris explorationem ſuam occultam eſſe voluerit.

Speculatus omnia: refert totum iter] Ita Vinetus ex Jordane reſtituit. Sed Jordanis libri duo vetuſtiſſimi & Longobardico charactere exarati legunt: *refert tutum iter.* Ubi acceſſus exploraſſet, & omnia ſpeculatus eſſet, refert, tuto accedi & tranſiri poſſe. Sed vetuſtiſſimus omnium atque optimus Nazarianus Flori Codex ſcriptum clare exhibet: *refert tum iter.* Atque ita etiam habet vetus editio. Alii Flori Codices omittunt illud, *iter*, ac legunt: *Tunc ſic Fabius Maximus.* Quod etiam ſervant ceteræ Annæi editiones. Totum ego hunc locum ſic lego ac diſtinguo: *Ille paſtorio habitu ſpeculatus omnia refert. Tum iter. Sic Fabius Maximus periculoſiſſimum bellum ſine periculo explicavit:* Frater ducis, qui ſpeculatum iverat ad explorandos ſilvæ aditus, ubi omnia certa attulit, tum conſul Fabius eam ingreſſus, iter verſus hoſtes facere cœpit. Nihil verius. Et confirmat plane Livius his verbis, quæ noſter hic adumbravit. *Hæc cum relata conſuli eſſent, impedimentis prima nocte præmiſſis, legionibus poſt impedimenta ire juſſis, ipſe ſubſtitit cum equitatu.* Jordanes, more ſuo, cum brevitatem & argutiam Flori non caperet, ſic mutavit, ut in ejus hiſtoria habetur.

FREINSHEMII.

Totum iter] Ita accurate ex Jordane Vinetus, nec abit nimium v. e. niſi quod truncate, *refert. Tum iter.* at aliæ edd. *refert. Tum ſic Fabius &c.* quod & in Pal. ſec. nam pr. medium retinet, item tert. Jordanes qui extat (extitit heu!) in Palatina libraria Mſs. habet, *præfert tutum iter.* non male, hæreas tamen utrum præferas: adeo utrique ſcripturæ ſuæ adſunt rationes. *Gruterus.* Salmaſio magis arridet *tutum iter*, itaque potuiſſe ſcribere Florum, propius fidem eſt.

FREINS-

periculo explicavit. Nam ſubito inconditos atque palantes aggreſſus eſt, captiſque ſuperioribus jugis, in ſubjectos ſuo jure detonuit.
6 Ea namque ſpecies fuit illius belli, quaſi in ter-

FREINSHEMII.

5. *Periculo explicavit*] Recte quidem hoc, ſicut enim non temere ſubeunda ſunt pericula: ita, ubi periculorum non niſi per periculum effugium eſt, *δεξιουμένοις τὰ κινδυνεῦσαι* (ut in hoc periculoſiſſimo bello) melius certe eſt, verbis Thucyd. 1, 4, 5. accidit enim ut

Audaces fortuna juvet.

adeoque ſæpius valeat illud Taciti, 15, 59, 4: *Multa experiendo confieri, quæ ſegnibus ardua videantur.*

Suo jure] Sic Jordanes, ſic Pal. pr. & probandum eſt, quamvis Vineti Codd. calamo exarati, ut & Pal. ſec. ac tert. præferant, *ſuo more*, quod & in vulgatis. Lipſius dict. cap. 19. ſcribendum autumat *Jovis more*, tanquam *ſuo more*, inferat tale quid a Fabio ſæpius factum. *Gruterus*. Salmaſius etiam *ſuo jure* probat & explicat, ex auctore 3, 17, 3. ubi hæc eadem phraſis. Lipſiana tamen conjectura alio Flori loco juvari videtur, infra 2, 6, 9. ubi ſimilis comparatio.

VARIORUM.

Suo more] Dorleans legendum cenſet: *ſummo timore*. Alii, *ſuo jure*: Lipſius, *Jovis more*. Stadius.

SALMASII.

5. *In ſubjectos ſuo more detonuit*] Apage lectionem hanc, *ſuo more*. An fulminator hic erat conſul, aut aliquis tonans Tarpeïus, & Jupiter *βροντῶν*. Flori Nazarianus & Jordanis Codices habent, *ſuo jure*. Quæ veriſſima eſt lectio. Licet hinc colligamus, quam non vetuſta nec optimæ notæ fuerint Vineti exemplaria, quæ mendam hanc cum vulgatis conſtanter retinebant. *Suo jure*, id eſt, ſuo arbitrio. Sic ſæpe loquitur noſter. Ita infra, lib. III. cap. XVII: *Interceptis vectigalibus ſuo jure peculabantur rempublicam*. Lipſ. *Jovis more*.

6. *Quaſi in terrigenas è cælo, ac nubibus, tela mitterentur*] In Nazariano eſt: *tela jacerentur*. Nimis poëtice hæc paratragœdiat Annæus, & præter veri fidem. Fabius captis ſuperioribus jugis in ſubjectos ſuo jure detonuit, eaque ſpecies & imago certaminis fuit, quaſi in terrigenas ac gigantes a cœlo ac nubibus tela Dii jacularentur. Atqui nihil in re, ut eam geſtam narrat Livius, a quo tamen hic accepit, & parum cepit ejus mentem. Fabius, explorato aditu Ciminii ſaltus, prima vigilia copias ſuas traduxit per eum ſaltum, præmiſſis impedimentis, & legionibus poſt impedimenta ire juſſis, ipſe cum equitatu ſubſtitit, & luce orta poſtero die obequitavit ſtationibus hoſtium, quæ extra ſaltum erant ordinatæ. Mox in caſtra ſe recepit, cum diu morando hoſtem fatigaſſet, caſtris deinde egreſſus porta altera ante noctem agmen, quod præmiſerat, aſſequutus eſt. *Poſtero*, inquit, *die, luce prima, juga Ciminii montis tenebat. Inde contemplatus opulenta Etruriæ arva milites emittit. Ingenti jam abacta præda, tumultuariæ agreſtium Etruſcorum cohortes,*

Digitized by Google

terrigenas e cœlo ac nubibus tela mitterentur. Nec incruenta tamen illa victoria. nam oppreſ- ſus

hortes; repente a principibus ejus regionis concitatæ, Romanis occurrunt, adeo incompoſitæ, ut vindices prædarum, prope ipſi prædæ fuerint. Cæſis fugatiſque iis, late depopulato agro, victor Romanus, opulentuſque rerum omni copia, in ea caſtra rediit. Locum integrum retuli, ut conſtet, eum Floro noſtro lectum & male intellectum, pravamque imaginem prælii inde concepiſſe. Cum enim legeret, Fabium juga montis Ciminii tenuiſſe, & inde milites emiſiſſe, ſic interpretatus eſt, quaſi ex ſuperioribus montis jugis cum toto exercitu in hoſtes, qui in plano erant, impetum fecerit, eoſque deleverit. Non ita ſe res habuit, ut attentius verba Livii conſideranti patebit. Quod dicitur Fabius juga montis Ciminii tenuiſſe, id feciſſe eum apparet, ut conſpectum ex ſuperiori loco caperet, ad contemplandum ſitum & arva Etruriæ. Hoc cum feciſſet, milites emiſit extra ſaltum, nempe in agrum eos hoſtium emiſit. Ex quo, ingenti jam abacta præda, in occurſu habuerunt tumultuarias aliquot cohortes agreſtium Etruſcorum, quas principes ejus regionis ad hoc concitaverant, ut prædas abactas recuperarent. Eas adeo incompoſitas fuiſſe & inconditas dicit Livius, ut vindices prædarum ipſi prædæ fuerint. Hinc noſter ſumpſit quod heic etiam habet: *Nam ſubito inconditos atque palantes aggreſſus eſt*: At falſum quod ſequitur: *Jam captis ſuperioribus jugis in ſubjectos ſuo jure detonuit.* In planum jam deſcenderat miles Romanus, & extra ſaltum emiſſus in agro Etruſci ingentem jam abegerat prædam, cum eis occurrerunt illæ inconditæ ac palantes agreſtium Etruſcorum cohortes, quas fuderunt fugaveruntque.

7. *Nec incruenta tamen illa victoria. Nam oppreſſus in ſinu vallis alter conſulum Decius*] Res diverſas ac diverſiſſima tempora temere hic confundit noſter Annæus. Nec enim victoria illa, quam tum reportavit Fabius de Etruſcis, penetrato primum ac tranſito ſaltu Ciminio, Decii conſulis morte ac conſecratione fœdata eſt. Nec conſul tunc cum Fabio fuit Decius, ſed C. Marcius Rutilus, qui annus urbis erat.... Aliquot annis poſt, cum una conſules eſſent Q. Fabius quintum, & P. Decius quartum, hæc acciderunt in ea pugna, quam hoc par conſulum adverſus Etruſcos, Umbros, Samnites & Gallos ſimul coactos pugnavit. De qua conſulendus Livius lib. x. Certe hoc caput Florus auſpicatus eſt ab illa quatuor populorum in Romanos conſpiratione, & hunc titulum materiamque capitis præcipuam eſſe voluit. Sed male, in ea re memoranda, multo ante geſta immiſcuit, cum Q. Fabius primum ſilvam Ciminiam aperuit, viamque per eos ſaltus, ante invios, Romano bello fecit. Quam ejus victoriam perperam eamdem facit cum altera, quæ multis poſt annis contigit in eadem Etruria, quo tempore alter conſul Decius, cum ab hoſte premeretur, exemplum ſequutus patris, Diis ſe manibus devovit, ut victoriam exercitui lucraretur capitis ſui damno.

Nam oppreſſus in ſinu vallis alter conſulum Decius] Hoc nunquam factum, nec ulli memoratum. Poetica hæc fictio Flori & vanum

ſus in ſinu vallis alter Conſulum Decius, more patrio devotum diis manibus obtulit caput: ſolennemque familiæ ſuæ conſecrationem in victoriæ pretium redegit.

vanum commentum. Pugna illa, qua ſe devovit Decius, hoc in agro Sentinate commiſſa eſt, non intra Ciminios ſaltus. Vide Livium lib. x. Mirum, in tanta eruditionis luce, talia in hiſtoria Romana peccare potuiſſe Florum.

FREINSHEMII.

7. *Nec incruenta tamen illa victoria, nam*, &c.] Referenda hæc ſunt non ad illam expeditionem, qua Ciminii luci clauſtra perrupta ſunt, ſed ad totum bellum: *victoria* enim, ſicut *victor*, & *vincere* tam ad bellum, quam prælium, referuntur. Abſque explicatione confuſio oriretur hiſtoriæ, non enim idem in tempus incidit illa victoria cum morte Decii, ſed XIII annis diſtant.

VARIORUM.

More patrio] Vide ſupra, 1, 14, 3: Auctorem de vir. illuſtr. c. 27: Plutarch. c. 33. Parall.: Val. Max. 5, 6, 6: Auguſtin. Civit. 3, 18: lege quæ ſcribit Cicero, de divin. 1, 24. *Camers.*

CAP. XVIII.

Bellum Tarentinum, & cum Pyrrho rege.

1 SEquitur bellum Tarentinum, unum quidem titulo & nomine; ſed victoria multiplex. Hoc enim Campanos, Apulos, atque Lucanos, &, caput belli, Tarentinos, id eſt, totam Italiam, & cum iſtis omnibus Pyrrhum, clariſſimum Græciæ regem, una veluti ruina pariter involvit: ut eodem tempore & Italiam conſummaret, & tranſmarinos triumphos au-
2 ſpicaretur. Tarentus Lacedæmoniorum opus, Cala-

SALMASII.

2. TArentus *Lacedæmoniorum opus*]. Optimus Nazarianus habet, *Tarentos*, Græca forma. Sic infra in eodem libro ſcriptum erat *Saguntos* pro *Saguntus*.

VARIORUM.

DE hoc bello ſcribit Epit. Liv. lib. 12, 13, 14. Valer. Max. 2, 2, 5. Auctor de vir. illuſtr. cap. 35. Plut. in vita Pyrrhi. Auguſtin. Civitat. 3, 17. Oroſ. 4, 1: Eutrop. 2, 1. Quo tempore hoc bellum geſtum ſit, docet Agell. lib. 17. cap. ult.: & Plin. 8, 6, [& 14, 10.] *Camers.* Adde Juſtin. 18, 1.

Pyrrhum]

Digitized by Google

Calabriæ quondam, & Apuliæ, totiuſque Lucaniæ caput, cum magnitudine & muris portuque nobilis, tum mirabilis ſitu: quippe in 3
ipſis



Pyrrhum] *Pyrrhi facies in orbe argenteo, apud* F. Urſinum *expreſſa; optime tamen apud* Jac. Spon. Miſc. Erudit. Ant. 4. Sect. 138. pag. *e Gemma & in Statua. Verum videas & hujus faciem in Theſprotior. Nummis, apud* Goltzium, Græc. v. Tab.

FREINSHEMII.

1. *Pyrrhum*] Pauſanias, libr. 1. non ita longe ab initio: *Græcum neminem ante Pyrrhum, bellum Romano imperio intuliſſe, ſatis conſtat*. Nempe ex vera illa & veteri Græcia, nam antea cum multis Italiæ Græcis populis, ut & ipſis Tarentinis, conflixere Romani.

2. *Tarentus*] Tarenti originem, ſitum, potentiam, &c. lege apud Strab. lib. 6: & Plin. 3, 10. Sil. 12, 432. Quando & a quibus conditum, Euſeb. lib. temp. *Camers.* Adde Juſtin. 3, 4, 11: Servium ad Æn. 3, 550. Præcipue vero Philippum Cluverium. Italiæ lib. 4. Merulam, 2, 4, 28.

Magnitudine] Alludit huc Seneca, de tranquil. animi, cap. 2. *tecta, vel antiquæ ſatis opulenta turba:*

Portuque nobilis] De quo Polyb. excerpto primo lib. 10. ubi, quanta ſit portuum utilitas, luculenter demonſtrat. Adde Cenſorini orat. apud Appian. in Punicis. In al. edd. eſt, *nobilis*: ſed iſtud prætuli. Sic infra cap. xx. Brundiſium incluto portu.

SALMASII.

3. *In ipſis Adriatici maris faucibus*] Raro in membranis hujus auctoris vetuſtiſſimus *Adriaticum mare* ſcriptum occurrit: *Adrianum* quippe ſemper nominat, aut *Adriam*. Ut hoc loco etiam in vetuſtiſſimis Jordanis Codicibus legitur: *In ipſis faucibus Adriæ maris*. Horatius quoque *Adriam* vocat. Græcis Ἀδρίας & Ἀδριαϰὸς ϰόλπος. Noſter *Adrianum ſinum* infra vocat.

ipſis Adriatici maris faucibus poſita, in omnes terras, Iſtriam, Illyricum, Epirum, Achaiam, Africam, Siciliam, vela mittit. Imminet portui ad proſpectum maris, poſitum majus theatrum: quod quidem cauſa miſeræ civitati fuit
4 omnium calamitatum. Ludos forte celebrabant, quum adremigantem littori Romanam claſſem inde vident: atque hoſtem rati, emicant,

SALMASII.

Siciliam, vela dimittit] In Nazariano eſt: *vela admittit*. Quam ſcripturam firmant & Jordanis codices vetuſti, qui ſcriptum habent: *vel admittit*. Duo Palatini: *vela mittit*. Et ſic prima editio.

Ad proſpectum maris poſitum, majus theatrum] Haud ſcio an & minus theatrum habuerunt Tarentini. Sic recte hic locum teneat iſtud *majus*. Putavi aliquando *majus* & *maris* varias fuiſſe lectiones ab antiquario notatas. Profecto & Jordanes, ſi quid illi fidimus, non agnoſcit iſtud majus theatrum, ac ſic legit: *Imminet portui ad proſpectum maris poſitum theatrum*. Credam, fuiſſe Tarentinis duplex theatrum, majus & minus. Sed brevitati, quam affectat noſter, non ſatis hæc diſtinctio convenit majoris ac minoris theatri.

4. *Adremigantem littori Romanam claſſem vident*] Legitur in Nazariano, numero multitudinis: *adremigantes littori Romanas claſſes vident*. Sic ille mutavit, dum putat, Tarentinos ipſos adremigantes littori, Romanam claſſem vidiſſe. Alia multa non minoris hallucinationis in Flori hiſtoria deſcribenda peccavit.

FREINSHEMII.

3. *Vela dimittit*] Ita Nazar. Grutero teſte, Salmaſius *vela admittit* legere mavult.

Poſitum majus theatrum] Cum ita eſſe in Mſs. ſuis prodiſſet Vinetus, id fidenter recepi in contextum, quandoquidem reſtaret quoque in v. e. nec non Pall. o. hactenus excuditur, *urbis theatrum*. Gruterus Salmaſius illud *urbis* eliminandum putat, cum nullius hic uſus ſit. forte non incommode mutari poſſit in *amphi*, ut ſit *amphitheatrum*. Non enim novum eſt ita corrumpi & exteri literulas, ut in alienum verbum degenerent. ſicut hoc ipſum ſibi exemplo eſt, quod in aliis ex *majus*, in aliis *urbis* legitur. nihil tamen adfirmaverim. Præſertim quia *majus theatrum* dici potuit reſpectu minoris: ſicut apud Dionyſ. 1, 50, 3. mentio eſt *minoris theatri* in oppido Ambraciæ.

4. *Quum adremigantem lit.* &c.] Gruterus cenſet adſuta nonnulla a librariis, & purius ita legi: *quum, adremigante litore Romana claſſe, hoſtem* &c. puto veram cenſuram.

VARIORUM.

3. *Hadriatici maris*] Ita diſerte Pal. pr. ut & ſupra, cap. 15. ubi & alii duo Pall. *Adriatico* expreſſere: ſed & hoc loco eſt in tertio *Adriatici*, in ſec. *Adriaci*. Gruterus.

SAL-

cant, ſine diſcrimine inſultant. *qui enim, aut un-*
de Romani? nec ſatis. Aderat ſine mora que- 5
relam ferens legatio. hanc quoque fœde per
obſcœnam turpemque dictu contumeliam vio-
lant.

SALMASII.

4. *Qui autem, aut unde, Romani*] Correctores, ſi quid unquam & ſtulte atque impune fecerunt, ſtultiſſime & feliciſſime in hoc loco contemerando verſati ſunt. Scripti omnes, & veteres editiones, vocem, *norant*, non norunt, & pro *qui autem*, habent *qui enim* His notatis, facile nobis, quid verum fuerit, perſpicere. Indubitanter corrigimus: *quum adremigantem litori Romanam claſſem inde vident, atque hoſtem rati, emicant: ſine diſcrimine inſultant. Qui enim aut unde Romani? Nec ſatis. Aderat ſine mora querelam ferens legatio. Hanc quoque fœde per obſcœnam turpemque dictu contumeliam violant.* Integrum locum adpoſui, ne de noſtra emendatione dubitaretur, quod neminem paulo humaniorem facturum putamus.

FREINSHEMII.

Qui enim, aut unde Romani?] Sequutus ſum certiſſimam Salmaſii correctionem, etiam Grutero probatam, hactenus edebant, *qui autem & unde Romani, nec ſatis norant*: cum illud *norant*, non norint. o. Pall. Similiter Ovid. epiſt. Phyllidis, verſ. 106. *Hei mihi, ſi quæ ſim Phyllis, & unde, rogas!*

5. *Hanc quoque*] Legationis jus ut ex gentium moribus originem traxit; ita violatores ejus ſemper infames inviſique fuere, maximiſque pœnis affecti. De qua re tractare profeſſos lege Paſchalium, cap. 26: Gentilem, lib. 2. c. 14. Freder. de Marſelaer, diſſ. 13. &c. exempla præter hoc ſunt in Noſtro, 2, 5, 3: & 2, 16, 3. Adde Tacit. H. 3, 80, 5, & 6. Zonar. tom. 3. pag. 69.

Obſcœnam turpemque dictu contumeliam] Non tempero mihi, quin inſignem multis de cauſſis hiſtoriam ex Dionyſio excerpt. legat. IV. adſcribam. *Cum Poſthumius legatus ad Tarentinos miſſus eſſet, & quædam apud eos exponeret; Tarentini non modo non attenderunt animos; verum etiam ſi quid ab eo diceretur, quod non exactiſſimum Græci ſermonis characterem referret, obſervabant ac ridebant, & barbarum vocitabant, ac tandem è theatro ejiciebant, cumque abirent, unus ex iis, qui in tranſitu adſtabant Tarentinis, nomine Philonides, homo ſcurrilis, qui a vinolentia, cui per totam vitam deditus fuerat, appellabatur Cotyla, heſterna ebrietate etiamnum diſtentus, ut appropinquarunt legati, ſublato amiculo, & corpore ad obſcœniſſimum habitum compoſito, ſordes nominatu indecoras ſacro legati veſtimento adſperſit, ubi cum totum theatrum in riſum erupiſſet, & petulantiſſimi quique manibus complosiſſent, Poſthumius Philonidem intuitus: Accipiemus, inquit, omen, ô ſcurra; quia datis nobis etiam ea quæ non petimus. Deinde ad multitudinem converſus, veſtem contumelia affectam oſtendit, cumque adhuc majorem ex omnibus riſum oriri cerneret, & voces quorundam illætantium petulantiamque laudantium audiret: Ridete, inquit, Tarentini, ridete dum licet;*

 nam

6 lant. ex hinc bellum. ſed apparatus horribilis, quum tot ſimul populi pro Tarentinis conſurgerent, omnibuſque vehementior Pyrrhus: qui ſemigræcam ex Lacedæmoniis conditoribus civitatem vindicaturus, cum totius viribus Epiri, Theſſaliæ, Macedoniæ, incognitiſque in id tempus elephantis, mari, terra, viris, equis, armis, addito inſuper ferarum terrore, veniebat.

nam poſt hæc diu flebitis. *Ad quas minas cum nonnulli exaſperarentur: Et ut magis, inquit, ſtomachemini, etiam hæc vobis dicimus, vos hanc veſtem multo ſanguine eluturos.* Fateor non convenire inſtituto, tales narrationes inſerere, ſed cum ad explicandum auctoris locum præcipue faciat, nec alibi idem admiſerimus, veniam merebimur. Facit cum Dionyſ. Val. Max. 2, 2, 5. Polyb. 1, 7. non exprimit genus contumeliæ, ſed *ἀσέλγειαν* vocat. Quanta vero ea injuria fuerit, & quam juſto pioque bello Romani propterea Tarentinos perſecuti ſint, exinde apparet, quod etiam in privatis hominibus, apud quos reſpectus iſte juris gentium ceſſat, pro atroci contumelia acceperint fimo corrupto perfundi. l. 1. § 1. extraordin. crimin. juncta l. 9. de injur. Livius epit. 12. pulſatos ſcribit.

SALMASII.

5. *Ex hinc bellum*] Supra legendum hic docuimus: *& hinc bellum.* Nec ſententiam mutamus. Hoc eodem libro: *ferocius agunt. & inde certamen.*

6. *Incognitiſque ad id tempus elephantis*] Epitomes Livianæ auctor lib. XIII. *Valerius Lævinus conſul parum proſpere adverſus Pyrrhum pugnavit, elephantorum maxime inviſitata facie territis militibus.* Ita ibi legendum, pro *inuſitata.* Quæ vox infinitis variorum Latinitatis auctorum locis pro illa *inviſitata* vitio correctorum viſitur.

FREINSHEMII.

6. *Semigræcam*] Ita apud Livium, 7. 19, 9. *Cæritem pop. miſericordia conſanguinitatis Tarquinienſibus adjunctum, fama ferebat.* Pyrrhi verba leguntur apud Diodor. 22. 1. qui etiam, lib. 16. cap. 66. ſimilia refert de Timoleonte. Adde infra 3, 1, 15.

Incognitiſque in id tempus elephantis] Adde Plinium, 8, 6. Veget. 3, 24. Varron. lib. 6. de ling. Latin.: Solin. cap. 25. Frontin. Strategem. 7, 4, 13: Juſtin. 18, 1, 6. Maximum autem hoc fuit belli momentum. Ita, cum Fidenates facibus armati erumperent; *forma inuſitatæ pugnæ Romanos milites terruit,* Livius, 4, 33, 2: & a Britannis *novo genere pugnæ* perterriti ſunt Cæſareani, Cæſ. de bell. Gall. 5, 15. *Subita* enim *conterrent hoſtes, uſitata vileſcunt,* Veget. 3, 26: Livius, 10, 28, 9. Inde *vanis & inanibus militem magis, quam juſtis formidinis cauſis moveri,* dicit Curt. 4, 13, 5.

SAL-

Digitized by Google

bat. Apud Heracleam, & Campaniæ fluvium Lirim, Levino conſule, prima pugna: quæ tam atrox fuit, ut Frentanæ turmæ præfectus Obſidius, 7

SALMASII.

7. *Apud Heracleam, & Campaniæ fluvium Lirim*] Inſignis allucinatio Annæi noſtri Ἡράκλεια in Campania nulla, aut, ſi ulla, indicta ſane veteribus omnibus fuit. *Herculaneum*, vel, ut in ſcriptis habetur, *Herculanium*, in Campania collocatur, quod Græcis Ἡρακλεῖον. At longe aliud Ἡρακλεῖον & Ἡράκλεια. Vir doctiſſimus, & ſummus antiquitatis vindex, annotat, viginti tres numerari Stephano Heracleas, quarum una Campaniæ. Stephanum ante annum recenſuimus, & caſtigavimus; Heracleæ in Campania nuſquam meminit, ſed inter viginti tres Ἡρακλείας, unam Italiæ recenſet: nec ideo magis poſſumus intelligere, illam eſſe Campaniæ, quam Tuſciæ aut Calabriæ. Procul dubio Stephanus Heracleam intelligit, quæ prope Metapontum eſt. Non enim alia fuit in Italia Heraclea, juxta Sirim fluvium. Liris in Campania fluvius, Siris ἐν τῇ Βρεττιανίᾳ, ut Græci loquuntur. Florum igitur decepit error, *Liris* & *Siris*, & *Lirim* & *Sirim* accepit, &, cum Liris ſit fluvius Campaniæ, etiam Heracleam in Campaniam traducere, ſine architectis, & ſine mœnibus, debuit. Auctores omnes conſentiunt, pugnam primam adverſus Pyrrhum habitam fuiſſe juxta Heracleam & Sirim. Plutarchus, ἐν πεδίῳ τῷ μεταξὺ Πανδοσίας πόλεως καὶ Ἡρακλείας. At Πανδοσία non eſt Campaniæ. Qui ad veterum errores connivere conſueverunt, etiam hic Florum defendant, & illis duobus locis, de quibus infra diſputamus; ut omittam quos jam ſupra notavimus.

Ferentanæ turmæ præfectus Obſidius] *Ferentaneæ & Opſidius* veteres. Vetus inſcriptio.

FREINSHEMII.

7. *Heracleam, & Campaniæ fluvium Lirim*] Similiter Oroſius 4, 1. Jordanes. Gotefridus Viterbienſis Chronic. lib. 9. Conſtat autem inter omnes Heracleam illam non in Campania, nec ad Lirim ſitam fuiſſe; ſed in Lucania inter Sirin & Acirin. Plinius 3, 11. Strabo lib. 6. pag. 182. Plutarch. Pyrrho cap. 34 Livius Epit. 13, 1. Stephanus de urbibus. Frontinus 4, 1, 24. Ideoque Bongarſius ad Juſtin. 18, 1, 4. in Oroſio 4, 1. & hoc noſtro legi vult. *Heracleam & Pandoſiam urbem, fluviumque Sirim.* Salmaſius ad Solinum pag. 58. D. 1. *Heracleam & fluvium Sirin.* Cluverius Italiæ antiquæ pag. 510. & 1279. *Lucaniæ fluvium*: omnia ex hiſtoria. Sed cum noſtri conſilii haud ſit hiſtorias ex integro condere, ſed ut a Floro conſcriptæ ſunt, proponere; rectius videtur accedere alteri ejuſdem Salmaſii opinioni, qua peccatum auctoris eſſe cenſet.

VARIORUM.

7. *Frentanæ turmæ præfectus*] Frentanum natione, turmæque præfectum, nomine Oplacum, Plutarchus, Pyrrho, cap. 36. vocat: ut dubium eſſet, an de Frentanorum auxiliariorum præfecto loqueretur, niſi teſtaretur Franciſcus Fabricius, vir doctiſſimus, habere ſe Mſſ. librum, in quo nomen huic præfecto *Obſidium* ſit adſcriptum, quod Plutarchi ſententiam in Pyrrho quoque confirmaret. *Stadius.*

Digitized by Google

ſidius, invectus in regem, turbaverit, coëgeritque, projectis inſignibus, prælio excedere.
8 Actum erat, niſi elephanti converſi in ſpectaculum belli procurriſſent: quorum cum magnitudine, tum deformitate, & novo odore ſimul ac ſtridore conſternati equi, quum incognitas ſibi belluas amplius quam erant, ſuſpicaren-
9 tur, fugam ſtragemque late dederunt. In Apulia deinde apud Aſculum melius dimicatum eſt, Curio, Fabricioque conſulibus. jam quippe belluarum terror exoleverat, & Caius Minucius quartæ legionis haſtatus, unius proboſcide

SALMASII.

9. *Unius proboſcide abſciſſa*] Græcum quidem eſt, προβοσκίς. Sed Latini veteres, ſolenni mutatione B in M, pro eo magis dixerunt *promoſcidem* vel *promuſcidem*. Et ſic veteres legunt. Hanc tamen eos mutationem ab Æolibus ſuis potius mutuatos crediderim, quibus frequens fuit aliorum Græcorum βῆτα in μῦ vertere & contra. Sic igitur illis προμοσκίς dicta, quæ aliis προβοσκίς. Inde Latinorum *promuſcis*.

FREINSHEMII.

Projectis inſignibus] Nempe ne, per ea monſtratus hoſtibus, periculoſius fugeret. Similia Plutarch. Lucullo, cap. 55; Cæſare cap. 67: Curt. 3, 11, 21. Frontin. 2. 1, 24: Zonaras, lib. 3. de Magnentio. Adde notam Caſauboni & Bernecceri ad Suetonium Auguſto, 10, 9. a. Sic Antonius conſularem veſtem abjecit inter cædem Cæſaris. Dio, lib. 44. p. 283. Ita Nicanor deſcribitur *depoſita veſte gloriæ per mediterranea fugiens*, Maccab. 2. 8. Aſinius Pollio, apud Dionem, lib. 45. Trajanus, apud Xiphilinum, pag. 254. Adde Tacitum, Hiſtor. 1, 81, 4: Hiſtor. Miſcellan. 6. 8: Cæſar. de bell. civil. 3. 96.

8. *Novo odore*] Livius, 30, 18, 6. *Ad quorum ſtridorem odoremque & aſpectum territi equi, vanum equeſtre prælium fecerunt.* Idem de elephantis, locis aliis multis idem Livius. *Vinetus*. Livium imitatur Ammianus, 25, 3 *ad quorum ſtridorem odoremque & inſuetum aſpectum magis equi terrebantur.* Adde Plutarch. Pyrrho, cap. 37.

9. *Aſculum*] Oppidum hoc in Picentibus locat Plin. 3, 13: & Noſter, proximo cap. Ea propter Camers proxime præcedentia verba, *In Apulia*, delenda cenſuit. Vinetus ita ſubvenire tentat: *In Apulia, deinde apud Aſculum*: ut innuat, duobus iſtis locis pugnatum eſſe. Vegetius, 3, 24, quæ hic narrantur, in Lucania accidiſſe ſcribit.

Curio Fabricioque] Manifeſtus hic eſt error. Curio enim nunquam in conſulatu collegam fuiſſe Fabricium, Annales Coſſ. teſtan-

de abſciſſa, mori poſſe belluas oſtenderat. Itaque & in ipſas pila congeſta ſunt, & in turres vibratæ faces, tota hoſtium agmina ardentibus ruinis operuere: nec ante cladi finis fuit, quam nox dirimeret: poſtremuſque fugientium ipſe rex a ſatellitibus humero ſaucius in armis ſuis re-

ſtantur. Scribendum itaque, *Fabricio & Æmilio Coſſ.* quibus ad Aſculum cum Lucanis, Bruttiis, Tarentinis, & Samnitibus, pugnatum eſſe, Triumphorum tabulæ recenſent. Obſervo namque, Pyrrhum tunc ſpe occupandæ Siciliæ evocatum fuiſſe, victum tamen paulo ante Fabricii virtute, utpote qui medicum Timocharem, contra regis ſui caput ſpe præmii venenum deferentem, ad dominum ſuum reduci curaverit. ita fere Eutrop. 2, 18: Epit. 13 Livii. Valerius Maximus. Tabulæ Capitolinæ. Contra Florus, & ſcriptor de viris illuſtribus, Frontinus, Plutarchus, recenſent, cum Pyrrho bis ad Aſculum eſſe pugnatum, priore die prælium ob noctem fuiſſe diremtum, altero die Pyrrhum, circa humeros pilo læſum, ex acie deceſſiſſe, victoriam penes Fabricium fuiſſe. Pyrrhum deinde a Syracuſanis in Siciliam, qui a Carthaginenſibus obſidebantur, evocatum, Plutarchus & Pauſanias, lib. 1. auctores ſunt. Nonnulli ſcribunt, dubio Marte, Sulpitio & Decio Coſſ., cum Pyrrho pugnatum eſſe, ſed anno ſuperiore Pyrrhum fuiſſe vulneratum, ſed Decium Coſ. hoc in prælio cecidiſſe. Cicero, in Tuſculan. 1, 37. auctor eſt. *Stadius.* Forte diverſos annos intelligit auctor, ut ſupra, 1, 16, 8. *Per Fabios & Papirios patres, eorumque liberos.*

Haſtatus] Centurionem facit Veget. 3, 24. Lipſius, de Mil. Rom. lib. 2. cap. 8. de primo haſtato exponit.

Proboſcide] Quod jam ante uſurpaverant Macedones bello Pori Indico. Vide Curtium, 8, 14. Aliam unius militis adverſus elephantem pugnam deſcribit Hirtius de bello Africano, cap. 84; & aliam Plinius, 8, 7. aliam Joſeph. antiq. 12, 14.

Mori poſſe] Eoque magis Aſdrubal apud Livium, 27, 51, 2.

10. *Nec ante clad.*] Ita Pal. tert. Nazar. autem & v. e. *nec alius*, unde Salmaſ. *nec alias*. Verum impreſſorum lectio ſatis conſtat; ſi vero ſollicitanda ſit, ita forte legi poſſet: *nec alius cladi finis fuit, quam ut nox*, &c.

SALMASII.

10. *Nec ante cladi finis fuit*] Vetus editio, ut ſummi viri annotarunt: *nec alius cladi finis fuit.* Quod cohærere cum ſequentibus non poſſe teſtantur. Scripti omnes id retinent. Sed verum eſt, legendum eſſe: *nec alias cladi finis fuit, quam nox dirimeret.* Omnia jam cohærent. Sic ſupra iidem veteres habebant: *rarum alius decus*, pro *rarum alias decus.*

Saucius, in armis ſuis referretur] Neſcio an verum dicat Nazarianus, qui legit: *ſine armis ſuis referretur.* Aliquid ſimile factum ex Plutarcho colligas, cujus, eamdem hanc pugnam deſcribentis, hæc verba ſunt: ἅπαξ δὲ μάχης

ὄν-

11 referretur. Lucaniæ ſuprema pugna ſub Aruſinis, quos vocant, campis, ducibus iiſdem, qui

δυσμαῶν ἠλίς μεμχαστυμένων μόλις ἀποπαλλαγῆναι. τῦ Πύῤῥυ τρωθέντος τὸν βραχίονα, καὶ τὴν ἀποσκευὴν, ἅμα σκηνῶν διαρπασάντων. Sed ἀποσκευὴ impedimenta & ſarcinas ſignificant, potius quam arma. Deinde, cui veriſimilo fiat de magno duce ac tanto bellatore, armis eum exutum fuiſſe? Vera igitur ſine dubio lectio: *humero ſaucius in armis referretur.* Hoc eſt, ſuper armis ſuis, ut moris erat ſaucios plerumque è prælio referri. *Arma* autem hic ſcutum proprie notant vel clypeum. Sic *arma ancilia* ſcuta erant. Sic ſupra, de Samnitibus quos aureis & argenteis armis ornatos fuiſſe dicit, de ſcutis accipiendum. Nam Livius eamdem rem narrans, ſcuta habuiſſe perhibet auro & argento cælata. Notum porro illud ἀπόφθεγμα Lacænæ mulieris ad filium, cui arma tradebat in bellum ituro, ἢ τὰν ἢ ἐπὶ τάν, ſubaudiendum ἀσπίδα. Aut hanc referas ſalvus ad penates, aut ſuper hanc ſaucius mortuuſve referaris. Sed lectionem ne ſollicitemus quæ eſt in editis, nam proba & vera eſt. In altero etiam Palatino legi: *in caſtris ſuis referretur.* An pro *in caſtra ſua referretur*? Sed uni ſtemus vulgatæ cenſeo. Nam & alter Palatinus perperam: *inermis ſuis referretur.*

11. *Sub Aruſinis, quos vocant, campis*] Fruſtra ſunt viri docti, qui *Tauraſinos campos* hic comminiſcuntur. En teſtem locupletem Julium Frontinum, qui Aruſinos campos nominat, Lib. IV. Stratagematum cap. I. *Romani deinde, victo eo* (Pyrrhum intelligit) *in Aruſinis campis circa Statuentum, caſtris ejus potiti, & ordinatione notata, paulatim ad hanc uſque metationem, quæ nunc effecta eſt, pervenerunt.* Pro *Statuentum*, vel *Fatuentum*, reponunt *Beneventum*: ſed cum noſter, Lucaniæ eſſe campos ſcribat, quomodo iidem potuerint eſſe circa Beneventum, non video. Stephanus neſcio quam Beneventum in Campania ponit, quam ſcribi per δ perhibet Βενέβενδον, cujus ἐθνικὸν Βενεβενδηνὸς, & aliud eſſe a Βενέβεντον. Ridicule. Nam, Βενεβεντὸς & Βενεβενδὸς plane idem. Ut βρεντήσιον, & βρενδήσιον, dupliciter ſcribebant, & in veteri inſcriptione *Badaus* pro *Bataus*, aut *Batavus*. καὶ ταῦτα μὲν τοιαῦτα. *Subarri* mendoſiſſime appellantur hi campi apud Jordanem in editionibus; nec dubium, quin ſit ex auctore noſtro emendandus, cum ſcripti habeant: *Subaros in his, quos vocant, campis.* Vel puer videat legendum eſſe: *ſub Aroſinis, quos vocant, campis. Aroſini*, & *Aruſini*, idem. Eamdem mendi indolem nobis exhibuerat optimus Codicum Nazarianus, paulo ſuperius, ad hunc modum: *cum tot populi portarent in his conſurgerent*, pro *Tarentinis*. Sic, *de his*, pro *deis*, aut *diis*. Beneventum autem Samnii fuit, non Lucaniæ.

Ducibus iiſdem, qui ſuperius] Rectius: *quibus ſuperius.*

VARIORUM.

11. *Qui ſuperius*] Videntur hæ duæ voces a mala manu: certe ſupervacaneas res ipſa clamat. *Gruterus.*

FREINSHEMII.

11. *Lucaniæ*] Philippus Cluverius, Italiæ antiquæ lib. 4. erroris arceſſit auctorem, quod *Lucaniæ* ſcri-

Digitized by Google

qui ſuperius: ſed tunc tota victoria. Exitum, quem datura virtus fuit, caſus dedit. Nam 12 productis in primam aciem rurſus elephantis, unum ex his pullum adacti in caput teli gravis ictus avertit: qui quum per ſtragem ſuorum percurrens ſtridore quereretur, mater agnovit, & quaſi vindicaret, exiluit: tum omnia circa quaſi

ſcripſerit, cum *Samnii* debuiſſet; Verum ab hac nota facile tueatur eum Strabo, qui cum ex profeſſo hoc agat, fatetur, gentium harum ſitum vix certis finibus diſtingui poſſe.

SALMASII.

Sed tunc ad totam victoriam exitum] Piget aliquando iſtas λεπτολογίας perſequi, nec immerito levem hanc opellam multi carpunt; ſed quorundam voto ſatisfacimus, & nihil tam tenue eſt & ſordidum in his literis, quod indignum labore noſtro putare debeamus, modo bonum auctorem faciat meliorem. Quod etiam hæc minuta præſtant. Ut hoc loco pro *ad totam victoriam* optimus Nazarianus liber cum altero pariter antiquiſſimò Jordaneo habet: *Sed tunc tota victoria.* Diſtinguendum igitur: *Sed tunc tota victoria. Exitum, quem datura virtus fuit, caſus dedit.* Stilum hæc omnino ſapiunt brevem & argutum Flori. Sic enim ſupra loquutus eſt: *Speculatus omnia refert. Tum iter.* Nihil verius. Nec diſſimulavero tamen in altero Jordaneo ſcribi: *Sed tum totam victoriam.* Ex cujus ſcripturæ veſtigiis legendum foret: *Sed tum in totam victoriam exitum, quem datura virtus fuit, caſus dedit.* Quomodo plane exhibet & Palatinus alter. Sed verior antiqui Nazariani lectio.

12. *Per ſtragem ſuorum percurrens*] Reponendum: *recurrens. Qui cum per ſtragem ſuorum recurrens.*

Et quaſi vindicatura exiluit] Ita maluerunt correctores. Nam hanc lectionem ab illis eſſe, poſſit fidem facere vetus editio, quæ, ut eruditiſſimorum virorum teſtimonio ſcimus, habet, *vindicaret.* Scripti omnes, cum ea faciunt, quos vidimus. Hanc tu, ſine ullo correctorum odio, reſtituas licet: *mater agnovit, &, quaſi vindicaret, exiluit.* Cujus argutiam non percepere. Jordanis libri: *&, quaſi vindicare, exiluit. Vindicare* male ſcriptum pro *vindicaret*. In editionibus Jordanis, operam ſuam ceſſare non paſſi ſunt iidem optimi correctores, & pro illis, *& quaſi vindicare exiluit*, ſubſtituerunt, *ſeque quaſi vindicare vellet.* Homines egregios, qui tam εὐστόχως καὶ εὐτυχῶς ludunt!

VARIORUM.

Sed tunc ad totam &c.] Ita Pal. ſec. nam tert. *ſed tunc in totam victoriam*, non placet. melius enim Pal. pr. *ſed tunc tota victoria. Exitum quem &c.* tunc inquit; vicit Romanus, ſed ſine Marte ambiguo, ſine cruore multo. *Gruterus.*

12. *Vindicaret*] Ita & Pall. tres & v. e. recentiores, *vindicatura.* non male, ſi quoque firmaret ſcriptorum codicum auctoritas. *Gruterus.*

FREINSHEMII.

12. *Tum omnia circa, quaſi hoſtilia*

13 quaſi hoſtilia gravi mole permiſcuit. ac ſic eædem feræ, quæ primam victoriam abſtulerant, ſecundam parem fecerant, tertiam ſine con-
14 troverſia tradidere. Nec vero tantum armis, & in campis, ſed conſiliis quoque & domi intra Urbem cum rege Pyrrho dimicatum eſt. Quippe poſt primam victoriam rex callidus, intellecta virtute Romana, ſtatim deſperavit
15 armis: ſeque ad dolos contulit. Nam interemptos

ſtilia, gravi timore permiſcuit] Editio princeps, *gravi mole*, quomodo item Pal. ſec. ac tert. ſed non etiam pr. in quo, *tum omnia circa quaſi hoſt. circa more permiſc.* ſic inquam Naz. exemplar, niſi quod ſtatim eadem manu prius illud *circa*, mutatum iverit in *circum*. Illud *mole* ineptum eſt. haud tamen me expedio ex Nazar. niſi ſi forte reſtituendum, *cæca amore, permiſcuit*. quod lepidum fuerit: proximos enim hominibus ſapientia elephantos, omnibus obvium eſt: itaque ſi homines excæcat amor, quid mirum ſi belluam alioquin prudentiſſimam. Hæc Gruterus, acute & fortean vere. poſſet tamen etiam non abſurde ita legi, *cæco timore*.

SALMASII.

Gravi timore permiſcuit] Occupavit hunc locum menda plane ſimilis illi, quæ alium locum lib. II. cap. II. contaminarat: *ut quatenus nec more jungi, nec pontibus poſſet: more* pro *mole*. Hic quoque Nazarianus: *gravi more*, pro *gravi mole*. Cave aliter legi debere cenſeas, & confirmat Jordanes.

FREINSHEMII.

13. *Ac ſic*, &c.] Similes eventus in hiſtoriis paſſim (vide Polyb. in excerpt. Valeſ. pag. 78.); ex quibus Hirtius de African. cap. 27. hanc extruxit regulam: *Elephanti multorum annorum doctrina uſuque vetuſto vix edocti, tamen communi periculo in aciem producuntur.* Alexander quin etiam, apud Curt. 9. 2. 21. *Plus ſuis*, ait, *quam hoſtibus periculi inferre.* Quod multo magis neceſſe fuit fieri, cum alias feras quæ nunquam bona fide manſueſcunt, leones, apros, &c. in aciem producerent, de qua re Lucret. rer. natural. lib. 5. & exemplum extat in Plutarch. Bruto cap. 13.

14. *Poſt primam victoriam*] Ideoque dixit, *alteri ſibi pari victoria haud eſſe opus*: nimirum optumum quemque ſuo exercitu occubuiſſe cernebat. Hoc ipſum etiam Annibal, cæſis ad Cannas Romanis, uſurpaſſe fertur, apud Appian. de bell. Annibal. pag. 228. Ludovicus XII. Hiſtoire de France. *Cadmea victoria* vocatur hæc a Diodoro, 22, 4.

Deſperavit armis] Eadem conſtructione Cicero ad Attic. 5, 18. *ſperamus manu.*

Seque ad dolos contulit] Nempe; *ubi non ſufficit leonina pellis, adſuenda eſt vulpina.* Plutarch. in Lacon. cap. 94.

SAL-

Digitized by Google

ptos cremavit: captivoſque indulgenter habuit, & ſine pretio reſtituit. Miſſiſque dein legatis in Urbem omni modo anniſus eſt, ut facto fœdere in amicitiam reciperetur. Sed bel- 16
lo & pace, foris & domi, omnem in partem Romana virtus tum ſe adprobavit: nec alia magis, quam Tarentina victoria, oſtendit populi Romani fortitudinem, ſenatus ſapientiam, ducum magnanimitatem. Quinam illi 17
fuerunt viri, quos ab elephantis primo prælio obtritos accepimus? omnium vulnera in pectore:

SALMASII.

15. *Miſſiſque deinde legatis*] Nazarianus Codex: *dein.* Idem paulo poſt duabus vocibus auctior eſt, quam editus: *omni modo anniſus eſt, ut facto fœdere in amicitiam reciperetur.* Quæ ſupervacaneæ, & otioſæ non ſunt. Has, ne quis non ſatis genuinas putet, retinet Jordanes, & reliqui libri afferunt.

16. *Romana virtus tum ſe probavit*] *Se adprobavit.* N.

17. *Quinam illi fuerunt*] Ex conjectura emendo: *qui enim illi fuerunt?* Quod ſequentia oſtendunt: *qui autem ille ſenatus fuit?* &, *qui porro ipſi duces vel in caſtris.* Quæ quam recte cohæreant, & ſibi invicem reſpondeant, vides. *Quinam* ſurrepſit pro *qui enim*, ex conſuetudine ſcribendi, *qui in.* quod eſt, *qui enim.*

VARIORUM.

15. *Miſſiſque deinde legatis*] Hujus legationis præter ceteros meminerunt Plinius, 7, 24: Solinus cap. 7. Cicero Tuſculan. quæſt. 1. *Camers.*

Annixus eſt, ut in amicitiam reciperetur] Sic omnino Pal. ſec. nam pr. *adniſus eſt, ut facto fœdere in amic. r.* &c. quod genuinum videri poſſet, niſi & alia adnecteret Pal. tert. in quo, *amiſſus eſt, ut facto fœdere in amic. populi Rom. recip.* Gruterus.

16. *Adprobavit*] Melius hoc. quam vulgatum hactenus, *probavit*: eratque alterum in tribus Pall. *Gruterus.*

FREINSHEMII.

15. *Captivoſque*, &c.] Sicut prius Alexander (cujus dicta factaque æmulatus hic erat) Scythis hoſtibus *captivos omnes ſine pretio remiſerat, ut fidem faceret, ſibi cum ferociſſimis gentium de fortitudine, non de ira, fuiſſe certamen.* auctor Curtius, 7, 9, 18. Sic Sultanus Liparitem, apud Zonar. in Conſtantino Monomacho. Aſtutus ille Annibal ſocios tantum Romanos dimiſit, ſed alio fine.

17. *Omnium vulnera in pectore*, &c.] Quæ *honeſta* ſunt *vulnera*. Vide Tacitum, Hiſt. 3, 84, 7: Ovidium, Faſtor. 2, 211. Confer cum his, quæ notant Gruterus ad Ammianum, 31, 36: & Bernecceerus ad Juſtin. 9, 3, 10. Non abſimile eſt illud Sidonii, Carm. 5. verſ. 252.

mors

ctore: quidam hoſtibus ſuis immortui: omnium in manibus enſes, & relictæ in vultibus
18 minæ, & in ipſa morte ira vivebat. Quod adeo Pyrrhus miratus eſt, ut diceret: *O quam facile erat orbis imperium occupare, aut mihi Ro-*
19 *manis militibus, aut me rege Romanis!* Quæ autem eorum, qui ſuperfuerunt, in reparando exercitu feſtinatio? quum Pyrrhus, *Video me*, inquit, *plane Herculis ſidere procreatum, cui, quaſi*

—— mors obruit illos,
Non timor, invicti perſtant, animoque ſuperſunt
Jam prope poſt animam.

SALMASII.

18. O *quam facile*] Lege: *quam facile*, & dele τὸ O, auctoribus libris melioribus.

19. *Quum Pyrrhus, video me, inquit*]. Lectionem non damnamus, & quis merito damnaret? ſed cum in Nazariano legerim, *Cum Pyrrhus idem omne inquit*, optime emendo, & veriſſime: *Cum Pyrrhus idem*, O me, *inquit*, plane Herculis ſidere procreatum. Ideo dixit, *Cum Pyrrhus idem*, quod tribus lineis ante ſcripſerat, *Quod adeo Pyrrhus miratus eſt*. Recte hic ergo: *Cum Pyrrhus idem*.

VARIORUM.

18. O *quam facile* &c.] Sic nullo apice minus Pall. tres: omnes, inquam, agnoſcunt primam literam O. vet. edit. addebat a fine; *mihi cum Romana*, ſed non addicunt ei Mſs. noſtri, neque opus erat tali voce. *Gruterus*.

FREINSHEMII

Relicta in vultibus minæ] Silius, 13, 732.

—— cui frons nec morte remiſſa
Irarum ſervat rabiem ——

18. *Me Rege Romanis*] Camers addit *dato*, ſed rejecit Vinetus, nec ſane ullus ejus uſus eſt.

19. *Quæ autem eorum*, &c.] Frequentia talis conſtantiæ exempla, etiam Annibali confeſſionem hanc extorſerunt, ut diceret: *cum eo nimirum hoſte res eſt, qui nec bonam nec malam fortunam ferre poteſt: ſeu vicit, ferociter inſtat victis; ſeu victus eſt, inſtaurat eum victoribus certamen*: Livius, 27, 16. Et iterum in oratione ad Antiochum, apud Juſtin. 31, 6, 5: *Cum Romano, ſeu occupaveris prior aliqua, ſeu viceris, tum etiam cum victo & jacente luctandum*. Simile Pontii teſtimonium apud Liv. 9, 3, 13: *En eſt gens Romana, quæ victa quieſcere neſciat*; &c. Adde Horat. 4. Od. 4.

Herculis ſidere] De quarta Luna ſingulare hoc legitur, quod, ex Genethliacorum doctrina & præceptis, illa nati laborioſam acturi ſint vitam, quemadmodum de Hercule prodit Euſtathius. Tales apud Suidam τετραδισταὶ vocantur, qui quarta Luna editi, laboribus periculiſque adſiduis, ut alteri Hercules, involvuntur. *Herculis ſidus* apud Florum, nihil aliud quam quarta Luna. Adagium, ἐν τετράδι γεγενῆσθαι, ab aliis explicatur.

quaſi ab angue Lernæo, tot cæſa hoſtium capita de ſanguine ſuo renaſcuntur. Qui autem 20 ille ſenatus fuit? quum, perorante Appio Cæco, pulſi cum muneribus ſuis ab Urbe legati, interroganti regi ſuo, quid de hoſtium ſede ſentirent: *Urbem templum ſibi viſam, ſena-* 21 *tum, regum conſeſſum eſſe* confiterentur. Qui por-

catur. Hæc excellentiſſimus in compluribus diſciplinis Paulus Merula, Coſmogr. 1, 22, 7. Adde Eraſmum, Adag. 1, 1, 74: & Gilbertum Cognatum, adagio 49. Alio ſenſu eſt *ſidus Herculis* apud Plinium, 2, 8: & Apuleium de mundo.

SALMASII.

20. *Quis autem*] *Qui autem.* Ita Nazarianus.

21. *Senatum regum eſſe confiterentur*] Suſpicionem meam non fruſtra cecidiſſe gaudeo, qua ſemper ſuſpicatus ſum, aliquid huic loco deeſſe. Cum enim hoc legatorum reſponſum ita Plutarchus expreſſerit, ὡς ἡ σύγκλητος αὐτῶν βασιλέων πολλῶν συνέδριον, vere mihi perſuadebam deſiderari hic vocem aliquam ἰσόῤῥοπον illi συνέδριον. Nec ſecus fuit. Nam in Nazariano exemplari fideliſſimo lego: *Senatum regnum Deum eſſe.* Unde ſtatim faciebam: *Senatum regum ſedem eſſe.* Nec aliter ferme Livius, quamvis pars ejus hiſtoriæ, qua geſta Pyrrhi cum Romanis deſcripſit, vulgo deperdita ſit. Libro tamen IX. ad illud dictum legatorum Pyrrhi alludens, ita ſcribit: *Ne ſingulos nominem, Senatus ille, quem qui ex regibus conſtare dixit, unus veram ſpeciem Romani ſenatus cepit.* Qui ſenatum igitur Romanum, regum eſſe conſeſſum dixit, ex regibus eum conſtare intellexit. Ita enim Plutarchus expreſſit, βασιλέων εἶναι συνέδριον. Floro ſenatus, *regum ſedes* dicitur, ſi ſcripturam Nazarianam emendamus, quæ diſerte & clare exhibet: *Senatum regnum Deum eſſe.* Quod cur ſollicitemus, fortaſſe cauſæ non eſt. Aliud certe ſequutus videtur noſter Annæus. Cum enim hoc dictum referens, urbem templum viſam eſſe legatis memoret, nihil minus de ſenatu pronuntiare debuit, quam ejuſdem templi veluti deos eſſe. Dixerit ergo, urbem Romæ templum eſſe, *ſenatum regnum Deum.* Senatores nempe quaſi deos in illo templo regnare. Sic Galli, cum urbem intrarunt a ſe captam, ſenatores in curulibus ſedentes, quaſi genios quoſdam venerati ſunt.

FREINSHEMII.

20. *Quum, perorante Appio Cæco*] Ad hæc & ſeqq. imprimis faciunt, quæ notant Bongarſius & Berneccer. ad Juſtin. lib. 18. cap. 2. Sententiæ Claudii non abſimilis eſt, quam de Cleomene recenſet Plutarch. apophthegm. Laconic. 76.

Quid] Al. ni fallor. *qui*; quod rectum eſt, pro *quomodo.*

21. *Senatum Regum conſeſſum*] Laudat reſponſum hoc Livius 9, 17, 12. pro *conſeſſum, concilium* legendum ſuſpicatur Stadius. Sed ex Mſſ. Jureti noſtram lectionem eſſe teſtatur Gruterus. Felippe del

porro ipſi duces, vel in caſtris? quum medicum venale regis Pyrrhi caput afferentem Curius remiſit: Fabricius oblatam ſibi a rege
22 imperii partem repudiavit. vel in pace? quum Curius fictilia ſua Samnitico præferret auro: Fabricius decem pondo argenti circa Rufinum conſularem virum quaſi luxuriam cenſoria gravitate damnaret. Quis ergo miretur his mo-

del Conſcio 16, 4. ridicule locum hunc exponit de coronis triumphalium.

SALMASII.

Quum medicum] Placet vetus lectio: *quod medicum*. Mox lege: *venale caput regis offerentem*, non, *afferentem*.

VARIORUM.

21. *Quum*] Pall. o. & v. e. *quod*, & probat Salmaſ. *Camers*.

FREINSHEMII.

Medicum] Hanc Hiſtoriam præter ceteros lege apud Valer. Max. 6, 5, 2: & latius apud Agellium, 3, 8. Dictus autem eſt medicus hic Timochares. Multa Cic. offic. 3, 22.

Curius remiſit] De re non ambigitur, circumſtantiæ variant, ab utroque Coſ. remiſſum Cl. Quadrigarius apud Agell. 3, 9. auctor eſt; a toto ſenatu Valerius Antias, quem alter Valerius ſequitur. Alii Fabricio tribuunt: Cicero citato loco: Plutarchus, in apophth. ejus: Frontinus, 4, 4, 2. Claudianus, de bell. Gild. verſ. 270: Livius. 39, 51, 11. indiſtincte, *horum patres Pyrrho regi, hoſti armato, exercitum in Italia habenti, ut a veneno caveret, prædixerunt*. Æmulatus autem eſt factum hoc Tiberius Cæſar, referente Tacito, 88, 3. Vide Piccarti obſervat. Hiſtoricopoliticas, Dec. 10. cap. 2: adde infra, 2, 17, 17.

22. *Fictilia ſua*] Hanc hiſtoriam ſcribunt paſſim omnes. Lege Valer. Maxim. 4, 3, 5: Agellium, 1, 14: Plinium, 33, 12: Auguſtin. Civitat. 5, 18. Plura in annotationibus Claudiani, ex Juvenale, Virgilio, ceteris. *Camers*. Samniticum aurum a Curio contemptum fuiſſe, Ciceronis quoque Cato adfirmat, & Scriptor de vir. illuſtrib. maximaque pars ſcriptorum. Alii eam continentiæ laudem Fabricio adſcribunt: ſed iterum in eo diſſident, quod nonnulli munera Pyrrhi regis a Fabricio contempta fuiſſe; alii Samnitium liberalitatem a Curio non fuiſſe receptam referunt.

Rufinum] Hiſtoria habetur Epit. Liv. 14. Valer. Max. 2, 4. Agell. 4, 8. Dicit autem idem Agellius cap. ult. lib. 17. hunc Rufinum fuiſſe bis conſulem, atque antea Dictatorem. *Camers*. Ab hoc Rufino ortum Syllæ deducit Plutarch. princ. vitæ. Cujus avaritiam idem Fabricius eleganti dicto taxavit, apud Ciceronem de Orat. 2, 66. & Agell. 4, 8. fin. Loquitur de hac cenſoria nota etiam Ovidius Faſtor. 1, 208.

Et levis argenti lamina, crimen erat:

itemque Seneca de vita beata cap. 21. *ſæculum illud, in quo cenſorium tamen erant paucæ argenti lamellæ*: ſcripſi autem *erant* pro *erat*, ob

moribus, virtute militum victorem populum Romanum fuiſſe? unoque bello Tarentino intra quadriennium maximam partem Italiæ, fortiſſimas gentes, opulentiſſimas urbes, uberrimaſque regiones in ditionem redegiſſe? Aut 24
quid adeo fidem ſuperet, quam ſi principia belli cum exitu conferantur? Victor primo prælio Pyrrhus, tota tremente Italia Campaniam, Lirim, Fregellaſque populatus, prope captam Urbem a Præneſtina arce proſpexit: & a viceſimo lapide oculos trepidæ civitatis fumo ac pulvere implevit. Eodem poſtea bis exuto 25
ca-

ob rationem, quam promo ad 4, 23, 88. Sic Plinius 18, 6 *qui triumphali denas argenti libras in ſupellectile crimini dabant*, & 33, 11. *propter quinque pondo notatum a Cenſoribus triumphalem ſenem*, ubi fortaſſis pro V. ſcribendum ſit X. Cæterum in citato Agellii loco vulgo legitur *quod decem pondo argenti factitaret*, cum legendum ſit *facti haberet*. *Facti*, inquam, hoc eſt, elaborati & in vaſa converſi, quale infecto opponitur l. 19. de aur. argent. &c. hoc eſt, rudi materiæ, l. 87. §. 4. de leg. 3. Alia cenſoriæ gravitatis exempla lege apud Plinium 18, 3, & 6. Agellium 4, 20. Livium 41, 27, 2. Velleium 1, 10, 6. & 2, 10, 1.

SALMASII.

23. *Virtute, militia*] Hic ſine dubio corrigendum: *Quis ergo miretur his moribus, virtute militum, victorem populum Romanum fuiſſe.* Ex omnibus libris.

24. *Totam trementem Campaniam, Lirim, Fregellaſque populatus*] Si totam Campaniam populatus erat, ergo & Fregellas, & Lirim abſque dubio. Satis itaque dictum eſſet: *totam Campaniam populatus*. Sed omnino legendum: *Victor primo prælio Pyrrhus, tota tremente Campania, Lirim Fregellaſque populatus.*

FREINSHEMII.

23. *Virtute, militia*] V. e. *virtute militum*, ſicut & Palat. tert. Quam lectionem reſtitutam vult Salmaſius, Pal. ſec. à vulgata ſtat. Mihi duæ voces iſtæ gloſſam ſapiunt, & explicationem verborum *his moribus*.

24. *Aut*] Melius, mea ſententia, *At*.

Principia belli] Sic apud Tacit. 2, 3, 1. Artabanus *primo congreſſu fuſus, reparat vires, regnoque potitur.*

VARIORUM.

23. *In ditionem redegiſſe*] Alii partim *deditionem*, partim *dedicationem*: noſtra lectio reſtat in Nazar. ſecunda in Pal. ſec. ac tert. *Gruterus*.

Tota tremente Campania] Sic Naz. melius quam ut editi, *totam trementem Campaniam*. Gruterus.

Digitized by Google

caſtris, bis ſaucio, & in Græciam ſuam trans mare ac terras fugato, pax & quies; & tanta de opulentiſſimis tot gentibus ſpolia, ut vi-
26 ctoriam ſuam Roma non caperet. Nec enim temere ullus pulcrior in Urbem, aut ſpecio-
27 ſior triumphus intravit. Ante hunc diem nihil niſi pecora Volſcorum, greges Sabinorum, carpenta Gallorum, fracta Samnitum arma, vidiſſes: tum ſi captivos aſpiceres; Moloſſi, Theſſali, Macedones, Bruttius, Apulus, atque Lucanus: ſi pompas, aurum, purpura, ſigna,
28 tabulæ, Tarentinæque deliciæ. Sed nihil libentius populus Romanus aſpexit, quam illas, quas timuerat, cum turribus ſuis belluas: quæ non

SALMASII.

25 *Et tanta adeo*] Omnes ſcripti cum priſca editione, quam in conſilium adhibuit Gruterus noſter, legunt: *Et tanta de opulentiſſimis tot gentibus ſpolia.* Abſque illa dictione, *adeo.* Quam per me tollas licet.

26. *Nec enim temere ullus pulcrior*] Sed nec temere rejiciendum quod in iiſdem ſcriptis habetur: *Nec enim temere alius pulcrior in urbem aut ſpecioſior triumphus intravit.*

27. *Nihil niſi pecora Volſcorum*] Vocula una auctior Nazarianus Codex: *Nihil niſi quaſi pecora Volſcorum.* Sed illa nihil habet heic quod agat, ſi quid recte judico. Jordanes habet: *Nihil præter pecora Volſcorum.* Sic ille pro *niſi* maluit *præter.*

Si pompas, aurum, purpura, ſigna,] Melior fortaſſe lectio librorum: *Si Pompam.* Una ſiquidem triumphi pompa fuit, qua illa omnia traducta.

FREINSHEMII.

25. *Sed tanta de op.*] Sic iterum plane Nazar. codex. *Gruterus.* malim tamen cum aliis, *& tanta.*

26. *Nihil niſi pecora*] Nazar. *nihil niſi quaſi pecora.* Et ſane non videtur incommodi ſenſus, ſi tantum leviter trajiciatur: ita: *nihil quaſi, niſi pecora:* ita *quaſi* valeat *fere, propemodum*, ut in Suet. Cal. 58, 1. *hora quaſi ſeptima:* & Tacit. 14, 52, 2. *magnificentia quaſi Principem ſupergrederetur.*

28. *Cum turribus ſuis*] Vide God. Stewechii notam ad Veget. 3, 24. Hoc autem anno nimirum CDLXXIX, primum ducti ſunt in triumpho elephanti, ut notant Plinius, 8, 6: & Seneca, de brevit. vitæ, cap. 13.

VARIORUM.

27. *Si pompas*] Ita tres Pall. non *pompam.* Gruterus.

28. *Quas timuerat*] Lepidius Naz. *quas ita timuerat.* Gruterus.

FREINS-

non ſine ſenſu captivitatis, ſubmiſſis cervicibus, victores equos ſequebantur.

FREINSHEMII.

Non ſine ſenſu captivitatis] *Senſus* hic non ita ut ſolet accipitur, ſed pro intellectu ; ſicut in illis Plinii, 9, 42 : *miror, quoſdam exiſtimaſſe aquatilibus nullum ineſſe ſenſum.* Et apud Senecam, de brevit. vitæ, cap. 13 : *Ille otioſus eſt, cui otii ſui ſenſus eſt : hic vero ſemivivus, cui ad intelligendos corporis ſui habitus indice opus eſt.* Hac notione dicuntur animalia ſenſu carere, in §. 2. Inſt. ſi quadr. paup. fec. dic. Sic Curt. 6, 2, 25. de Bucephalo : & Agell. 5, 2. Apulei. lib 3. *pro Lucio jumentum, ſenſum tamen retinebam humanum.* Ovid. Faſt. 3, 221:

Et quaſi ſentirent, blando clamore nepotes
Tendebant ad avos brachia parva ſuos.

Sentiunt autem etiam animalia, κατὰ τὴν ψυχὴν, Ariſtoteles, Top. 1, 15, 9.

CAP. XIX.

Bellum Picens.

OMnis mox Italia pacem habuit. Qui enim poſt Tarentum auderent? niſi quod ultro 1

SALMASII.

BEllum Picenum] Hic titulus hujus capitis in vulgatis. Sed Picenum non alias temere legi, niſi pro nomine ipſius Provinciæ. Nam Picenum Annonarium, & Picenum Suburbicarium dici cœpit, ubi in duas provincias ea regio diviſa eſt ſub ultimis imperatoribus. *Picenum* igitur eſt provinciæ nomen. Ἐθνικὸν inde eſſet *Picenicus.* Sed *Picens*, pro eo, ac *Picentinus*, dicitur veteribus. Et recte heic optimus Nazarianus ſcribit : *Bellum Picens.* Sic Plauto *Campans genus*, pro Campano. Sic vetuſtiſſimis *Lucans*, pro Lucano. Atque inde *Lucas*, pro eodem, & *Luca.* Hinc *bos Lucans*, vel *Lucas*, Elephantus dictus priſcis Romanis, quod in Lucania primum viſus eſſet. Ex eo per corruptionem appellari cœpit *bos Luca*, qui prius appellaretur *Bos Lucans*, vel *Lucas*.

1. *Qui enim poſt Tarentum auderent*] Et alia lectio eſt : *Quid enim poſt Tarentum auderent.* Sed excuſa melior.

VARIORUM.

QUæ hoc capite ſcribit Florus, habeantur Epit. Liv. 15. Eutrop. 2, 2: Signanter Oroſius, 4, 5. Vide Front. 1, 12, 3. *Camers.*

FREINSHEMII.

1. *Qui enim poſt Tarentum auderent*] Nempe ubi fortior & potentior victus eſt, alii debiliores victorem laceſſere metuunt. Ex eodem fonte eſt, quod infra, 2, 7, 1. dicit ; *Poſt Carthaginem vinci neminem puduit.* Et illud alterum, 3, 4 1. ubi quaſi mirabundus ;

Digitized by Google

2 ultro perſequi ſocios hoſtium placuit. Domiti ergo Picentes, & caput gentis Aſculum, Sempronio duce: qui, tremente inter prælium campo, Tellurem deam, promiſſa æde, placavit.

CAP.

Poſt Macedonas, ſi Diis placet, Thraces rebellabant, ipſi quondam tributarii Macedonum. Sic infra, 4, 2, 29.

Socios hoſtium] Nam duobus potiſſimum modis ex obliquo pax læditur; cum aut noſtri ſocii infeſtantur, aut hoſtes adjuvantur. Quod alicubi apud Livium, 34, 32, 13. Nabidi Quintius objicit. Ipſeque Senatus legatis Philippi, apud eundem auctorem, 30, 42, 7; Ita, apud Thucyd. 1, 6, 7. Corcyrenſes Cyllenen, ubi erant navalia Eleenſium, incenderunt, quod naves pecuniaſque Corinthiis præbuiſſent.

2. *Picentes*] Hi populi quintam Italiæ regionem occupabant: quondam uberrimæ multitudinis, 360000. Picentium in P. R. poteſtatem aliquando venerint, ſi verus eſt Plinius, habitantque inter Rubiconem & Aufidum fluvios ad litrora maris Adriatici. Sunt & *Picentini* Italiæ populi, qui ab ortu Lucanos & Sibarim fluvios, a tergo Auſones & Sarnum habent, a latere mare Tyrrhenum. Suntque Picentium coloni, teſte Strabone, quorum iſti *Picentes*, illi *Picentini*, frequentius dicuntur. De Picentibus triumphatum eſſe ab utroque Conſule, Sempronio Sopho, & Appio Claudio, Triumphorum ſeries prodit anno U. C. CDXXCV. *Stadius.* Sueyro in verſione Velleii, Picentes interpretatur *los del Principato, ſegun Collenucio: o ſegun otros, de la coſta de Amalfi.*

Tremente inter prælium campo] Si credimus Obſequenti, cap. 26. legendum hic eſt *ante prælium.* apud eundem fine dicti capitis, *Romani quorum pauci evaſerunt, vicerunt*, videtur excidiſſe vox *Picentes*, aut *hoſtes*, aut ſimilis aliqua: ita, *Romani Picentes quorum*, &c. Vide Oroſium, 4, 4. quem eodem modo corrigendum putabam.

Tellurem deam] Vetuſtiſſimus Græcorum Meliſſeus, Jovis nutritor, Tellurem, Urani uxorem, colere inſtituit. Lege Lactant. 1, 22. De ejus in urbe Rom. æde, Plin. 34, 6: Val. Max. 6, 3, 1: Multa Auguſtin. Civit. 4: & Ovid. Faſt. 4: Plura Macrobius, Saturn. 1. *Camers.* Terram matrem etiam Perſæ coluere, Herodot. in Clio. & Scythæ, Idem in Melpomene. & ſub nomine *Herthi* etiam Germani, teſte Tacito, Germ. 40, 3.

VARIORUM.

2. *Aſculum*] Oppidum Picentium Apulorum; ſitum erat loco natura munitiſſimo, muro etiam & montibus vix ulli exercitui penetrabilibus incluſum, teſte Strabone, lib. 6. hodie *Aſcoli* dicitur. *Stadius.*

Tellurem

Digitized by Google

1


2


Tellurem deam] *Quæ in duobus Nummis, apud* Oyzel. xlv. Tab, *nempe in Commodi* (*cujus gratia* Oudanum *verberat, id eſt, cum larvis luctatur*, *in* Not. ad Melam, Jac. Gronovius.) *Tellus ſub forma mulieris ſedentis ſuperiora nuda, manum imponentis globo cœleſti; eam vitis obumbrat quæ ex ea naſcitur. Præſto ſunt tres mulieres, ejus quaſi filiæ, nimirum Europa, Aſia, Africa: Quarta eſt Victoria, ex omnibus tribus partibus triumphos apportans Imperatori. In altero nummo* (*Ant. Pii*) *tellus ſub Cybeles forma ſe præbet conſpiciendam, ut ſæpe alias. Nam ſub Cybeles nomine Tellurem colebant.*

Cap. XX.

Bellum Sallentinum.

Sallentini Picentibus additi, caputque re- 1
gionis Brunduſium cum inclyto portu,
Marco Atilio duce. Et in hoc certamine, vi- 2
cto-

Salmasii.

1. *Brunduſium cum inclyto portu*] Lege: *Brunduſium inclyto portu.* Nam illud *cum* a ſciolis inſertum eſt, cum veteres eo careant. Infra: *Pyræus portus, ſex & amplius maris.*

Marco Atilio] Nazarianus: *Maſilio.* Corrupte pro *M. Aſilio*; *Aſilio* pro *Atilio*, ut *Biſuiſus* pro *Bituitus*. Multum variant reliqui libri. Alii *Artilio*, alii *Attilio*, Jordanis denique, *Vatilio.* Mendoſe omnes.

Freinshemii.

Hoc Bellum ſcribunt, Epit. Liv. 15. Auctor de vir. illuſt. cap. 4. Eutrop. 2, 2. *Camers.* Meminit ejus etiam Zonaras.

1. *Brundiſium inclyto portu*] Ennius lib. 6. Annal.

Brundiſium polcro præcinctum
præpete portu.

Porro tam de urbe hac, quam tota regione remitto te ad exactiſſimam, ſæpius nominati nominandique, Merulæ Coſmographiam, 2, 4, 32.

ctoriæ pretium templum ſibi paſtoria Pales ultro popoſcit.

VARIORUM.

2. *Pales*] De *Pale* Dea abunde omnes. Lege tamen Ovid. Faſt. 4, 719. Plura Servius, Georg. 3. in pr.: & Solinus circa princ. *Camers.*

CAP. XXI.

Bellum Volſinenſe.

1 POſtremi Italicorum in fidem venere Volſini, opulentiſſimi Etruſcorum, implorantes

2 opem adverſus ſervos quondam ſuos: qui libertatem a dominis datam, in ipſos erexerant: tranſlataque in ſe republica dominabantur.

3 Sed hi quoque, duce Fabio Gurgite, pœnas dederunt.

CAP.

FREINSHEMII.

QUod hic ſcribit Florus, lege apud Val. Max. 9, 1: Auctor. de vir. illuſtr. cap. 36: Oroſ. 4, 5. *Camers.* Adde Plin. 34, 7, 2.

1. *In fide manſere*] At quando victi aut adeo amici Romanis? nihil certius eſt, quam ſequendum Jordanem. Bibliothecæ, *in fidem venere*, pro quo hactenus vulgatæ, *in fide munere*. corrupte quidem, ſed propius à vero, quam Annæana. *Gruterus.* Livius tamen, lib. 5, & 10: & Zonaras, Annal. tom. 2. (ubi tamen *Οὐλσινίως* legitur, pro *Οὐολσινίως*) bellorum cum iis & fœderis meminerunt. Quo tamen non obſtante, Gruteri judicium ſequor: ideo, quod *in fidem venire*, idem eſt, quod *in ditionem, poteſtatem*, nec de iis, qui fœdere tantum juncti ſunt, apte dicitur: ſicut *in fidem accipere*. Præterea putida foret oratio, *poſtremi in fide manſere*, ſignificaret enim, omnes Italos deſciviſſe a Romanis ante Volſinios.

2. *Libertatem a dominis datam*, &c. *ereuerunt*] Forte non abſurde legeretur, *exercuerunt*. Exercere iram, victoriam, &c. Latine dicitur. Infra, 2, 16, 3. *Critolaus libertate a Romanis data, adverſus ipſos uſus eſt.*

Tranſlataque in ſe Rep.] Quod fere accidere ſolet, ubi diverſi ordinis aut nationis, aut religionis adeo, viri, magiſtratus irrepunt. Senſim enim alios alioſque ſuæ factionis adlegendo, cum vires adquiſivere, oppreſſis diverſa ſentientibus, ſuæ poteſtatis Remp. faciunt.

3. *Duce Fabio Gurgite*] Ducem belli Vulſinienſis Fabium Gurgitem fuiſſe, præterquam apud Florum, nuſquam me legere memini, nam Fabium etiam, quem ſine cognomine Zonaras prodit, in oppugnatione urbis Vulſiniorum occiſum

ciſum

Digitized by Google

Cap. XXII.

De ſeditionibus.

HÆc eſt ſecunda ætas populi Romani, & quaſi Adoleſcentia: qua maxime viruit, & quodam flore virtutis exarſit ac ferbuit. Ita quæ inerat quædam adhuc ex paſtoribus feritas, 1

ciſum eſſe refert. Conſulem deinde, qui Vulſinienſium mancipia expugnata in poteſtatem redegit, non nominat; eum veriſimile eſt fuiſſe M. Fulvium, qui conſul de Vulſinienſibus triumphum egit, anno U. C. cdxxcix. Scriptor de vir. illuſtr. cap. 36. imperatorem hujus belli Decium Murem vocat. prælio victos inde obſeſſos, expugnatos, & ſummo cruciatu enecatos eſſe, urbemque everſam, idem Zonaras prodidit. *Stadius.* *Fabium Gurgitem* vocat etiam Obſequens, cap. 27. qui tamen mendoſus in voce *Volſinienſium*, pro qua male ibi *Volſcienſium.*

SALMASII.

1. E*Xarſit ac ferbuit*] Editi a Vineto, *fervuit.* Quod idem eſt. Nazarianus: *exarſit & acferbuit. acferbuit* pro *adferbuit.* Legendum igitur: *exarſit & adferbuit. adferbeſcere* contrarium τοῦ *deferbeſcere*, quod eſt apud Comicum, *d*e*ferveſcere adoleſcentiam.* Baſileæ editi, quorum editioni præfuit ventoſus atque ampulloſus corrector, præferunt ac *fremuit*, ineptiſſime. Videri tamen non nemini poſſet, Nazariani Codicis ſcripturam eo inclinare, ut potius legatur: *Exarſit ac ferbuit.* Sane antiquarium illius exemplaris ſæpe obſervavimus duas lectiones ponere ſolitum, cum variantiam in libro unde deſcribebat, reperiſſet. Sic hoc loco, cum quidam libri haberent, *& ferbuit*, alii *ac ferbuit*, utramque adpoſuit γεφλὼ. *& ac ferbuit.* Profecto fervorem hunc adoleſcentiæ idem Florus *fretum* appellavit in fine hujus libri: *Talis pace belloque populus Romanus, fretum illud adoleſcentiæ, id eſt, ſecundam imperii ætatem habuit.* Palam eſt, *fretum* heic ab eo nova notione uſurpari pro fervore. At *fretum*, etiam cum pro mari accipitur, Grammatici quoque a fervendo deducunt.

VARIORUM.

1. A*C ferbuit*] U. e. *ac viruit*, perperam. nam id præceſſerat, reſtatque alterum in Pal. ſec. ac tert. nam primus *& ac ferbuit.* factumque ſtatim, *adferbuit*, maluiſſem *ecferbuit* ut notaret *efferbuit.* Gruterus.

FREINSHEMII.

1. *Ita quæ inerat*, &c.] Pertinet huc Licinius, tit. de ſtupratoribus; ex emendatione Bongarſii ad Juſtin. 1, 10, 1. *agreſte illud a priſcis conditoribus robur.* Certum, quod auctor ſeditionum harum cauſam facit, agreſtes populi novi mores, nec ſatis adhuc ſubactos & mites; refutant illæ, quæ florentiſſimis temporibus accidere, nec pauciores iſtis, & aſperiores multo: quarum ipſe Florus infra, 3, 14. &c. meminit: & Val. Max. lib. 9. toto cap. 7.

2 tas, quiddam ſpirabat indomitum. Inde eſt,
quod exercitus Poſtumium Imperatorem, inficiantem, quas promiſerat prædas, facta in
caſtris ſeditione, lapidavit: quod ſub Appio
Claudio noluit vincere hoſtem, quum poſſet:
quod, duce Volerone, detrectantibus pleriſ-
3 que militiam, fracti conſulis faſces: inde, quod
clariſſimos principes, quum adverſarentur voluntati ſuæ, exulatione multavit: ut, Coriolanum

SALMASII.

2. *Quod, duce Volerone*] Libri omnes ſcriptum habent: *Valerio Nerone*. Haud ſcio utrum ab antiquario, an ab auctore, hic error. Potuit ſane in hoc nomine aliter concipiendo memoria labi auctor, ut ſæpe in aliis lapſum deprehendi. Volero autem Publilius hic tribunus plebis vocabatur. Sed Florum abſolvit, & culpam in librarium tranſmovet, quod moris ei non eſt, pluribus aliquem appellare nominibus. Aliquando ſolo nomine utitur, interdum vel prænomine, ut in hoc Volerone, & infra, cum *Spurium* tantum nominat, ex ſolo prænomine, qui Spurius Mælius erat.

3. *Ut, Coriolanum colere agros jubentem*] Neſcio unde alterius Palatini Codicis orta lectio, quæ habet: *colere ortos jubentem*. Niſi quod manifeſto falſam pronunciare licet. Opinor, hoc illum velle. Per ſeceſſionem plebis, agri inculti manſerant. Inde annonæ caritas. Cujus levandæ gratia frumentum primo ex Etruria venit, quo plebs ſuſtentata eſt. Deinde & ex Sicilia magna vis frumenti advecta. Quo tempore agitatum in ſenatu dicitur, quantum plebi daretur frumenti. Hoc faciebant plebem premendam, ut, hac injuria coacta, jus priſtinum patribus redderet, quod ſeceſſione extorſerant, conditione oblata laxandi annonam. Tum plebis inimicus Coriolanus, in oratione, quam habuit in ſenatu, inter alia, hæc verba fecit: *Audeo dicere, hoc malo domitos ipſos potius cultores agrorum fore, quam ut armati per ſeceſſionem coli prohibeant.* Inde noſter hoc loco poſuit: *Coriolanum, colere agros jubentem.*

FREINSHEMII.

2. *Poſtumium*, &c.] Vide Livium, 4, 50. Idem poſtea accidit Q. Pompeio, teſtes Valer. Max. citato loco: Velleius, 2, 20, 2: Liv. epit. 77, 4, & fere t. Catoni, apud Dionem, in excerpt. Valeſ. pag. 641.

Noluit vincere] Immo *non vincere tantum noluit, ut Fabianus exercitus*, [Liv. 2, 43, 9.] *ſed vinci voluit.* Livius, 2, 59, 2. Adde Dionyſium. 9, 60: & Val. Max. 9, 3, 5.

Volerone] Reſtituit locum, teſte Camerte, Cuſpinianus, cum antea mendoſus eſſet. Hiſtoriam habet Livius, 2, 55, 5. & ſeqq. Dionyſ. 9, 47. Sed hoc etiam poſtea accidit, cum jam longe abeſſent a paſtoribus; nam & Piſonis Cos. faſces fracti ſunt. Dio lib. 36. & Bibuli, Appian. de bell. Civil. 2.

3. *Coriolanum*] Quem Themiſtocli

num colere agros jubentem; nec minus ille ferociter injuriam armis vindicaſſet, niſi quod jam inferentem ſigna filium mater Veturia lacrymis ſuis exarmavit: ut ipſum Camillum, 4 quod inique inter plebem & exercitum diviſiſſe Veientem prædam videretur. Sed hic melior,

ſtocli comparat Cicero, Bruto, cap. 10. Plutarch., in parallelis, Alcibiadi.

Colere agros jubentem] Quod per ſeditiones primo, (Liv. 2, 29, 2.) mox frumentarias largitiones, omittebatur. Cui poſteriori cauſam neglectæ agriculturæ Tacitus etiam, 12, 43. imputat: & Auguſtus apud Sueton. in vita, cap. 42.

Nec minus, &c.] Male feciſſe Coriolanum judicat Cic. de juriſp. reſp. cap. 21. Nam, *ut parentum ſævitia, ſic patriæ, ferendo ac patiendo lenienda eſt*. Hiſtoriam lege apud Liv. 2, 31, &c. Dionyſ. 8, 12, &c. Val. Max. 5, 4, 1. Ad hujus forte exemplum, *Populus Mutiam, Sex. Pompeii matrem, minus adegit, ut legationem ad eum ſuſciperet*. Appian. de bell. Civil. lib. 5.

SALMASII.

4. *Sed hic melior, obſeſſis in capta urbe conſuluit*] Correctores ſapit hæc lectio. Nec aliud ſane datur augurari, quam ab eorum commento eſſe. Aliter quippe ſcriptum exhibent omnia exemplaria, in quibus, ut in veteri editione, legere eſt: *Hic melior in capta urbe conſenuit*. Quid illis in mentem fuerit, qui ſic mutaverunt, non video. Nam nihil abſurdius aut ineptius. Non conſuluit obſeſſis Camillus, ſed cum jam auro receſſum ſuum venditaſſent Barbari, jamque Romani obſidione liberati eſſent ex pacto, quod cum Gallis pepigerant, ſupervenit Camillus aurum adpendentibus, & ſtatim occaſione data in Barbaros irruit, eoſque urbe expulit. Sed demus, eum obſeſſos aliquatenus adjuviſſe, quid illis fiet aut quo referentur, quæ ſequuntur: *Et mox ſupplices de hoſte Gallo vindicavit*? Quomodo hæc exponemus? Quid igitur vult ſcripta lectione auctor? Hoc, niſi fallor. Dixit, principes clariſſimos aliquot, qui adverſati erant voluntati plebis, exilio multatos eſſe. Duos recenſet nominatim, Coriolanum, & Camillum, qui id paſſi ſint. Et Coriolanum quidem, ut injuriam vindicaret, arma patriæ intuliſſe, quem vix mater lacrymis ſuis exarmaverit. At Camillum meliorem, conſenuiſſe in capta a ſe urbe, Veiis nempe, quo exulatum conceſſerat, & unde poſtea tamen ultor ſuis civibus advenit, quos de hoſte Gallo vindicavit. Ceterum quod ait, Camillum in capta urbe conſenuiſſe, non ad moram aut longum tempus exulationis referendum eſt, ſed mœſtitiam, tædium, languoremque & iners otium, quæ ſenio afficiebant hunc virum. Homines amantes, ut ait ille, ἐν ἤματι γηράσκουσι. Præterea hoc ſumptum e Livio, qui libro v. de Camillo exule, cum audiſſet, Romanos intra Capitolium a Gallis compulſos, ita ſcribit: *Qui mæſtior ibi fortuna publica quam ſua, cum Diis hominibuſque accuſandis ſeneſceret, indignando mi-*

Digitized by Google

lior, in capta Urbe conſenuit: & mox ſupplices de hoſte Gallo vindicavit.
5 Cum Senatu quoque vehementius æquo bonoque certatum eſt; adeo, ut, relictis ſedibus, ſolitudinem & interitum patriæ ſuæ minaretur.

CAP.

mirandoque ubi illi viri eſſent, qui ſecum Veios Faleriosque cepiſſent. Inde igitur ſumpſit Annæus, quod hic ait, Camillum in urbe capta conſenuiſſe, mærore nempe ac tædio & indignatione, non ætatis exactæ vitio. Hinc *ſenium* ſæpe Latini pro re ingrata & odioſa dicunt. Fatendum tamen eſt, non idem dicere Florum, etſi idem fortaſſe dicere voluit. Nam cum dicat, Camillum in capta urbe conſenuiſſe, quis non intelligat, ibi extremum ætatis tempus conſumpſiſſe ac ſenectutem exegiſſe? Atqui falſum eſt, tantum temporis in exilii loco contriviſſe Camillum, ut dici queat ibidem conſenuiſſe. At recte Livius, cum inquit: Ibi Camillus mœrore ac tædio, Diis hominibuſque accuſandis ob res patriæ afflictas, ſeneſceret. Seneſcebat, inquam, ibi Camillus, cum illa pateretur, quæ homines ante diem ſenio mature afficiunt, aut, ut Græci Poëtæ loquuntur, ἀωρὶ γήραϊ ἐδῦναι. At non conſenuit.

FREINSHEMII.

4. *In capta urbe conſenuit*] Lectio hæc trium Pall. itemque v. e.; quam etiam Salmaſius probat; quapropter recipiendam non dubitavi.

Vehementius æquo bonoque] Sic editio Vineti, nec aliter v. e. aut Pall. tres. quomodo etiam invenerat in Ms. ſuo amicus noſter Lipſius, uti videre eſt libro ejus II. cap. 19. Elect. *Gruterus*. Nec tamen abſurda videtur impreſſ. lectio, *vehementius de æquo. Siquidem* (inquit auctor infr. cap. 26. num. 5.) *nunc libertatem, nunc pudicitiam, tum natalium dignitatem, honorum decora, & inſignia, vindicavit* plebs Romana, eaque omnia, poſtrema certe, certamina de æquo & bono erant. Quo reſpectu Florus infra, 3, 14, 3, de Graccho: *Sive æquo & bono motus, ne*, &c.

VARIORUM.

5. *Cum Senatu quoque*, &c.] Hanc hiſtoriam ſcribunt Livius, in fine quinti: & Auctor de vir. illuſtr. cap. 23. Trita ſunt, quæ ſcribunt Eutropius & Oroſ. *Camers*.

Digitized by Google

CAP. XXIII.

PRima diſcordia ob impotentiam fœnera- 1
torum: quibus in terga quoque ſerviliter
ſævientibus, in Sacrum montem plebs armata
ſeceſſit: ægreque, nec niſi Tribunos impetraſ-
ſet, Menenii Agrippæ facundi & ſapientis viri
auctoritate, revocata eſt. Extat orationis anti- 2
quæ ſatis efficax ad concordiam fabula, *qua diſ-
ſediſſe inter ſe quondam humanos* dixit *artus*,
*quod, omnibus opere fungentibus, ſolus venter
immunis ageret*: *deinde moribundos a ſejunctio-
ne rediiſſe in gratiam, quando ſenſiſſent, quod
ejus opera redactis in ſanguinem cibis irriga-
rentur.*

CAP.

SALMASII.

1. MEnenii Agrippæ] Nazarianus Codex ſcribit, *Manenii*. Sed primam in *Menenius* breviant Poëtæ Latini.

2. *Opere fungentibus*] Perperam alter Palatinus: *opera fugientibus*.

A ſejunctione rediiſſe] Idem optimum exemplar legit; *ſevinctione*. Quam vocem & alibi hoc ſenſu offendi, pro ſeparatione ac ſegregatione, cui contrarium vinctio & vinculum.

FREINSHEMII.

HÆc diſcordia accidit Olymp. 71. Auctor Euſebius, lib. temp. De qua Livius, 2,32: &c. Dionyſ. 6,37: &c. Val. Max. 8,9,1. Auctor de vir. illuſtr. cap. 18. Eutrop. 1,11: Oroſ. 2,6: Auguſtin. Civit. 2,18: & 3,17: Appian. de bell. Civil. lib. 1. Plura Pomponius l. 2. de O. I. Feneſtella, tit. 25. Lege Ovid. Faſt. 3,663. *Camers*. Cicero apud Priſcianum, lib. 6. *decimo ſexto* poſt Reges exactos anno hæc accidiſſe auctor eſt. Iſidorus, 9,4. *ſexto*.

1. *Sacrum montem*] Quoniam Jovi fuerat conſecratus. Auctores Feſtus, Appianus, Auguſtinus, Civit. 2, 18. ubi plur. *Camers*. Adde l. 2. §. 20. de O. I. Alterius ſacri montis meminit Juſtinus, 12, 7, 7: & alterius iterum, 44.3.6: alterius item Antigonus, Hiſtor. Mirab. 144. Sed iſti nihil ad hunc noſtrum.

Tribunos] De his vide Polletum Hiſtoria Fori, lib. 3. cap. 5.

2. *Fabula*] Hanc narrant Val. Max. 8,9,1: & Auctor de vir. illuſtr. c. 18. Livius ubi ſupra. Val. autem Max. vocat hunc *Valerium*, non *Menenium*, *Agrippam*. Meminit Agell. 17,21. *Camers*. Huc etiam reſpexiſſe videtur Antoninus Imp., de vita ſua, lib. 1. *ut unus alterum juvaret in ſuo opere, eo nati ſumus, ut manus, ut pedes*, &c.

Opere fungentibus] Alter Pal. *opere fugientibus*, poſſit fieri; *opera fungentibus*, quomodo dicitur; *fungi munera*, apud Tacit. 3,2,1: & Suet. Aug. 35,4. item *fungi officia*, apud eundem Tacit. 4,38,1, &c.

VA-

CAP. XXIV.

1 SEcundam in Urbe media decemviratus libido conflavit. Allatas a Græcia leges decem principes lecti, jubente populo, conſcripſerant: ordinataque erat in duodecim tabulis tota juſtitia: quum tamen traditos faſces regio
2 quodam furore retinebant. Ante ceteros Appius eo inſolentiæ elatus eſt, ut ingenuam virginem ſtupro deſtinaret, oblitus & Lucretiæ,
3 & regum, & juris, quod ipſe compoſuerat. Itaque quum oppreſſam judicio filiam, trahi in ſervitutem videret Virginius pater, nihil cunctatus, in medio foro manu ſua interfecit: admotiſque ſignis commilitonum, totam eam dominationem obſeſſam armis, in carcerem & catenas ab Aventino monte detraxit. CAP.

VARIORUM.

SEcunda diſcordia accidit Anno CCCII, ab U. C. Lege Solinum, cap. 2. Euſebium, lib. temp.: Eutrop. 1, 12. Dionyſ. dicit, Olymp. 82. hoc eſt, annis ab U. C. ccc. expletis. Lege ipſum, 11, 31, &c. Livium, 3, 44: &c. Val. Max. 6, 1, 3: Auct. de vir. illuſtr. cap. 21: Oroſ. 7, 13: Auguſtin. Civit. 3, 17. *Camers.*

1. *Duodecim tab.*] De duodec. tab. quando, & a quo editæ, Dionyſ. ubi ſupr. Agell. lib. 17. cap. ult. & lib. 20. cap. 1. Sæpiſſime habetur earum mentio in libris Digeſtorum, ſignanter tit. de O.I. Plura Feneſtella, tit. 29. Scriptæ autem fuerunt ab Hermodoro Epheſio, cujus ſtatua fuit Romæ in Comitio. Auctor Plinius, 34, 5. *Camers.*

FREINSHEMII.

2. *Juris, quod ipſe compoſuerat*] Ita *Pompeius* apud Tacit. 3, 28, 1. *ſuarum legum auctor idem ac ſubverſor.* vid. Liv. 3, 5, 5. *leve eſt ſua conſulta ac decreta tollere*, &c. inſpice totum locum. Contra conſilium Lævini apud Livium, 26, 36, 2. *Si quid injungere inferiori velis, id prius in te ac tuos ſi ipſe juris ſtatueris, facilius omnes obedientes habeas.* & monitum Claudiani.

In commune jubes ſi quid, cenſeſve tenendum,
Primus juſſa ſubi, &c.

Verum oppido pauci ſunt, quibus vel aliorum conſenſus, (ut Lycurgo, apud Juſtin. 3, 2, 8.) vel ipſorum conſcientia teſtimonio fit, (ut Cæcinnæ, apud Tacit. 3, 33, 2.) *ſe, quæ in publicum ſtatuerent, domi ſervaviſſe.* Adde Val. Max. 6, 18: Tac. 3, 55, 8: 3, 33, 2: item Agric. 19, 2.

CAP. XXV.

TErtiam ſeditionem excitavit matrimonio- 1
rum dignitas; ut plebeii cum patriciis jungerentur: qui tumultus in monte Janiculo, duce Canuleio Tribuno plebis, exarſit.

SALMASII.

1. UT *plebeii cum patriciis*] Repone veterem lectionem: *ut plebes cum patriciis jungerentur*. Ita Nazarianus. Recentiores: *plebs*. Idem Nazar. *Tertiam ſeditionem excitavit*, pro *incitavit*. Sequenti cap. *ut plebes quoque magiſtratus crearentur*, legitur in eodem Nazariano; & verum eſt.

VARIORUM.

DE hac tertia diſcordia late Livius libro quarto. Meminit Auguſtinus, Civit. 3, 17. ubi plura annotavimus. *Camers.*

FREINSHEMII.

In monte Janiculo] In Janiculo connubiorum promiſcuorum cauſſa, tumultum fuiſſe Canuleio duce, auctorem, præter Florum, haud facile invenias. Certatum quidem eam ob cauſam ſeditioſe inter patricios & Trib. pl. contentionibus variis ex Livio conſtat: ſeceſſiſſe autem plebem in Janiculum propter æs alienum, poſt graves & longas ſeditiones, anno U. C. CDLXVII. invenio, atque a Q. Hortenſio dictatore inde deductam, eumque legem tuliſſe in Eſculeto, ut quod plebs juſſiſſet, omnes Quirites teneret, nec aliam tertiæ ſeceſſionis cauſam auctores recenſent. *Stadius.* Janiculum montem in hac hiſtoria nominat etiam L. Ampelius.

CAP. XXVI.

QUartam honorum cupido, ut plebeii 1
quoque magiſtratus crearentur. Fabius 2
Ambuſtus duarum pater alteram Sulpicio patricii ſanguinis dederat, alteram plebeio Stoloni.

SALMASII.

2. A*Lteram plebeio Stoloni. Hæc quodam tempore*] In Nazariano eſt: *alteram plebeio Stolo. Quodam tempore quod lictoriæ virgæ ſonum*, &c. In altero etiam Palatino habetur: *alteram plebeio Stoloni quodam tempore.* Nec agnoſcunt pronomen *hæc*. Non dubito reponere: *Alteram plebeio Stoloni, quæ quodam tempore, quod lictoriæ virgæ ſonum*, !

FREINSHEMII.

HAnc quartam diſcordiam lege apud Livium verſus finem ſexti: & Val. Max. 8, 6, 3: & Auct. de vir. illuſtr. cap. 20. *Camers.* Queritur etiam de ea, aliiſque Tribunorum facinoribus, Q. Tullius apud fratrem, de leg. 3, 8.

1. *Plebeii*] V. e. *plebis*, ut forte ſcribendum ſit, *plebes*, pro *plebs*, mutaverintque, qui nolebant conjungi

3 ni. Hæc quodam tempore, quod lictoriæ virgæ ſonum ignotum penatibus ſuis expaverat, a ſorore ſatis inſolenter irriſa, injuriam non tu-
4 lit. Itaque nactus tribunatum, honorum & magiſtratuum conſortium, quamvis invito ſenatui
5 extorſit. Verum in his ipſis ſeditionibus principem populum non immerito ſuſpexeris. Siquidem nunc libertatem, nunc pudicitiam, tum natalium dignitatem, honorum decora, & inſi-
6 gnia vindicavit; interque hæc omnia nullius acrior cuſtos, quam libertatis, fuit, nullaque in pretium ejus potuit largitione corrumpi; quum ut in magno, & in dies majore populo, interim
7 pernicioſi cives exiſterent. Spurium Caſſium agra-

jungi ſingularem numerum cum voce *crearentur*. & vero *plebes* clare extat in Pal. pr. ac ſec. *Gruterus*, idemque monuit Salmaſius.

2. *Stoloni. Hæc* &c.] Camers ex vetuſto codice corrigit. *Stoloni, qui quodam tempore, quod ejus uxor lictoriæ &c.* non male, ſi ex vetuſto codice. Ampelius male confundit duos hos Fabii generos in unum *Sulpicium Stolonem*.

3. *Lictoriæ virgæ ſonum*] Tangit morem hunc Plinius, 7, 30.

5. *In his ipſis ſeditionibus*] M. Antonius in cauſa Norbani oſtendit, ſæpe populum fuiſſe concitatum juſtis de cauſis. Cic. vide de orat. 2. 48.

Nunc pudicitiam] Vera eſt altera Camertis explicatio, de Virginia hoc accipiendum. Nam ad pœnam Veſtalium quod attinet, eam propter nulla unquam ſeditio fuit.

6. *Ut in magno*] Livius, 45, 24, 8: *Nulla eſt civitas, quæ non & improbos cives aliquando, & imperitam multitudinem ſemper habeat.* Salluſt. Cat. 51, 30: *In magna civitate multa & varia ingenia ſunt*, &c. Porro recte ſe habet hujus loci lectio; nec adſentio Camerti, qui corrigebat; *jam in magno*. Vide, ſi lubet, Indicem voce *Ut*.

7. *Sp. Caſſium*, &c.] Loci hujus emendatiorem ſcripturam a ſe eſſe, ait Camers.

SALMASII.

7. *Spurium Caſſium, Agraria lege; Mælium largitione*] Ita ſcripſit non Florus ipſe, ſed reſcripſere correctores. Indicium facit primum vetus omnis lectio, quæ aliter habet. Deinde mos perpetuus Flori, homines unico nomine appellantis. Sic igitur ex libris optimus habet Nazarianus: *Largitione Caſſium, agraria lege ſuſpectum regiæ dominationis, præſenti morte multavit.* Nec aliter exhibet poſterior Palatinus. At in priore ſcribitur: *Sp. Caſſium agraria lege ſuſpectum regiæ dominationis.* Quam ſcri-

Digitized by Google

agraria lege; Mælium largitione ſuſpectum regiæ dominationis, præſenti morte multavit. ac de Spurio quidem ſupplicium pater ipſius ſumpſit: hunc Quinctii dictatoris imperio in medio

ſcripturam corruptiſſimam eſſe liquet ac mancam. Altera illa minus vitioſa. Non tamen in ea comparet Mælii nomen, quod heic locum habere debet. Jam illud certum eſt, Florum heic diſtinguere Caſſium a Spurio. Sic enim paulo poſt infert: *Ac de Spurio quidem ſupplicium pater ipſius ſumpſit*. Ergo Spurius illi proprie dicitur, qui Spurius Mælius prænomine ac nomine dictus. Atqui non de hoc ſupplicium pater ſuus ſumpſit, ſed de Caſſio, cui Spurio etiam prænomen fuit. Male itaque Florus noſter, cum uterque Spurii prænomen habuerit, alterum tantum hac nota ſignificat. Quod ad lectionem quidem ejus integrandam attinet. ordo quo uſus eſt, & priſcæ lectionis veſtigium, ita eum ſcripſiſſe oſtendunt: *Spurium largitione, Caſſium agraria lege, ſuſpectum regiæ dominationis, præſenti morte multavit. Ac de Spurio quidem ſupplicium pater ipſius ſumpſit. Hunc, Quintii dictatoris imperio, in medio foro magiſter equitum Servilius Ahala confodit.* Nihil verius hac lectione. In qua tamen duplex hallucinatio Flori notanda eſt. Prima, quod unum ex his Spurii prænomine inſignem proprie appellat, cum uterque ſic vocatus ſit. Altera, quod Mælio tribuit, quod Caſſio competebat. Non enim de Mælio, ſed de Caſſio ſupplicium patrem ſumpſiſſe memoratum eſt.

Ac de Spurio quidem ſupplicium pater ipſius ſumpſit] Pro vero adfirmat, de quo adeo dubitatum eſt, ut alteram opinionem certiorem adſtruat Livius. Poſtquam enim meminit, auctorem ejus ſupplicii fuiſſe patrem, ſtatim addit, inveniſſe apud quoſdam, idque propius fidem eſſe, a quæſtoribus Fabio & Valerio diem illi dictam perduellionis, & judicio potius publico populi, quam patris privato, damnatum.

FREINSHEMII.

Agraria lege] Livius, 32, 38, 6. legem hanc numerat inter *faces novantibus res, ad plebem in optimates accendendam.*

Largitione] L. Ampelius: *frumentaria largitione cum videretur* (leg. *uteretur*) quo loco duos Mælios agnoſcit.

Supplicium pater ipſius ſumpſit] Variant tamen auctores. Vide Livium, 2, 41, 10: & Dionyſ. 8, 91. Florum autem verum dicere, aut veri certe ſimile, credam, nota patriæ poteſtatis ſeveritate, quam etiam Brutus, ſupr. 1, 9, 8, 10: Torquatus, 1, 14, 2: Aulus Fulvius, apud Salluſt. Cat. 39, 5: aliique, de quibus Val. Max. toto cap. 8. lib. 5. in filios exercuere. Sed & alias tali ex cauſa, *ſi filius patrem, aut pater filium occidiſſet, ſine ſcelere, etiam præmio adficiendum omnes conſtituerunt.* ait JCtus in l. 35. de religioſ. Nimirum altiſſime inſederat animis eorum, quod Juſtinus, 41, 5, 10. ait; *Patriæ potius, quam liberis* (aut parentibus), *conſulendum.*

Quinctii dictatoris imperio] Vide Liv. 4, 14. Valerius Max. 6, 3, 1: Cicero pro domo, cap. 38. addunt; etiam domum ejus dirutam, aream que *Æquimelii* appellationem traxiſſe.

Ser-

dio foro magiſter equitum Servilius Ahala
8 confodit. Manlium vero Capitolii vindicem, quia pleroſque debitorum liberaverat, altius ſe & incivilius efferentem, ab illa, quam defenderat, arce dejecit.
9 Talis domi ac foris; talis pace

1


Servilius Ahala] *Imaginem Ahalæ Serviliorum exhibet denarius apud* Oyzel. cxii. Tab.

F R E I N S H E M I I.

Servilius Ahala] Quem pro præmio liberatæ Reip. exilium ab ingratis civibus tuliſſe ſcribit Val. Max. 5, 3.

V A R I O R U M.

8. *Ab illa, quam def. arce dejecit*] Damnati enim de Tarpeio monte præcipitabantur. Acron. 6, 1. ſerm. Horatii. *Camers.* Agellius tamen 17, 21. Nepotem laudat, qui Manlium verberando necatum ſcripſerit. Adjectas mortuo notas, Livius 6, 20, 12. Sex. Pomp. Herodes Atticus apud Agell. auctores ſunt; *alteram publicam, quod cum domus ejus ex populi juſſu ob defenſum Capitolium in arce fuiſſet, ubi poſtea ædes atque officina Moneta, latum ad populum eſt, ne quis patricius in arce aut Capitolio habitaret*, domuſque ejus diruta eſt, bona publicata. *Gentiliciam alteram, ne quis ex ea gente Marci prænomine vocaretur*, ita ut vocabulum quoque illud cum ipſo deformatum atque ſepultum videretur. Nam quod ille qui de viris illuſtribus Plinii Secundi titulo circumfertur, ſcripſit, gentilitatem Manlii ejuraſſe, ne quis poſtea cognomine *Capitolino* uteretur, ἀνιστορησία eſt: conſtat enim ex Coſſ. Annalibus, Capitolinorum cognomina in Manliana gente deinceps frequentiſſima fuiſſe. *Stadius.*

SAL

pace belloque Populus Romanus, fretum illud Adoleſcentiæ, id eſt, ſecundam imperii ætatem habuit; in qua totam inter Alpes fretumque Italiam armis ſubegit.

LIBER

SALMASII.

9. *Fretum illud Adoleſcentiæ*] Nova hic notione *fretum* pro fervore poſuit. Sic enim ſupra dixit: *Hæc eſt ſecunda ætas populi Romani, & quaſi adoleſcentia, qua maxime viruit, & quodam flore virtutis exarſit, ac ferbuit.* Idem hoc loco repetens, *fretum adoleſcentiæ* vocat, & ſecundam imperii ætatem. Fretum itaque a fervendo.

FREINSHEMII.

9. *Fretum*] Adoleſcentes concito mari comparat, *quorum*, ut ait Lactantius, *cum ſit ætas lubrica, frenari ac regi debet. Tempus* enim a Bruto Collatinoque Coſſ. in Appium Claudium Q. Fulvium Coſſ., *viris armiſque incitatiſſimum*, in libri exordio adoleſcentiæ comparavit. Et iſta quidem *Camers.* Mihi vero ſemper ſuſpecta fuit iſta lectio. nec enim qui cohæreat apte, video, nec qui bonus exinde ſenſus enaſci poſſit. Si liceret mutare; *Tale domi ac foris, tale pace belloque, P. R. fatum illud Adoleſcentiæ habuit.* Jam commodior ſenſus eſt, *tali fortuna, dum adoleſcit, P. R. domi militiæque uſus eſt.* Vitatur præterea duriuſcula illa repetitio τοῦ *fretum*; & illa, non nimis apta huic loco comparatio, quam Camers affert. Cur enim fretum Adoleſcentiæ Romanæ conferre libeat, quæ non ita ut ſingulorum hominum, vitiis obnoxia fuit? nec eo reſpexit auctor, cum iſtam comparationem inſtitueret; ſed ad illud tantum, quod iſta ætate hominis robur, & corporis firmitas, convaleſcit, & animus inſuper rerum gerendarum cupientiſſimus eſt. *Fretum* autem ſi comparare potuiſſet voluiſſetve Florus, rectius Infantiæ Pop. Rom. tribuiſſet. Sic M. Philoſophus apud Herodian. 1, 8: *Videtis filium*, &c. *primas nunc adoleſcentiæ metas ingredientem*, καὶ δεόμενον ὥσπερ ἐν χειμῶνι καὶ ζάλῃ τῶν κυβερνησόντων.

Digitized by Google

LIBER SECUNDUS.

Cap. I.

Prooemium.

1 Domita ſubactaque Italia, Populus Romanus prope quingenteſimum annum agens, quum bona fide adoleviſſet; ſi quod eſt robur, ſi qua juventas; tum ille vere robuſtus & juvenis, & par orbi terrarum
2 eſſe cœpit. Ita (mirum, & incredibile dictu) qui

Salmasii.

1. *Si qua juventa*] In vetuſtiſſimo & optimo Nazariano lego, *Juventas* Quomodo ſcripſiſſe Florum non dubitem. Veteres Gloſſæ: *Juventas*, ἥβη.

2. *Itaque (mirum & incredibile dictu)*] Omnes libri, Nazarianus, & duo Palatini: *Ita, mirum & incredibile dictu, qui prope quingentis annis domi luctatus eſt.*

Variorum.

Pro notitia hujus primi capitis, quod locum prooemii obtinet, lege Appianum in operis prologo, qui, poſt enumerationem terrarum, quas Romani ſubegerunt, ſic inquit: *Harum tantarum innumerarumque nationum, quum tanta ſit magnitudo, Italiam tamen magno labore, ac vix quingentis annis ſtabilem ſibi reddidere*, &c. Ibidem præterea enumerat fere nationes omnes quæ Rom. paruerunt. Lege Dionyſ. in princ. prim. antiq. Rom. *Camers.*

Freinshemii.

2. *Mirum & incredibile*] Nec mirum nec incredibile. *Semper enim facilius creſcit dignitas* (aut potentia) *quam incipit*, &c. Seneca, epiſt. 10. ex P. Syro. *Prima enim dominandi ſpes in arduo: ubi ingreſſus fueris, adſunt ſtudia & miniſtri*; Tacit. 4, 7, 4. Hoc enim, ubi privatis artibus imperia moliuntur; multo magis cum manu agi cœptum eſt, ubi *prima victoria* ſolet *inſtrumentum* eſſe *ſequentis*, ut bene Juſtinus, 1, 1, 8. Ita Catilina. in orat. ad ſuos ſatellites, apud Salluſt. 20, 7: *Tantummodo incepto opus eſt; cetera res expediet.* Pertinet huc, quod apud Plut. An ſeni ſit ger. Reſp. cap. 13. *Lampis navicularius interrogatus, quomodo divitias conſecutus eſſet? reſpondit, Magnas non difficulter, parvas cum ærumna & tarde*, & quæ ibi ſe-

Digitized by Google

qui prope quingentis annis domi luctatus eſt (adeo difficile fuerat dare Italiæ caput) his ducentis annis, qui ſequuntur, Africam, Europam, Aſiam, totum denique orbem terrarum bellis victoriiſque peragravit.

ſequuntur. Verbis iſtis, *mirum atque incredibile*, utitur etiam Sulpitius Severus Hiſt. ſacr. lib. 2. pag. 161. fortaſſis hinc mutuo ſumptis, ut ſolet.

S a l m a s i i.

2. *Qui prope quingentis annis*] Legitur in eodem Nazariano: *Qui prope quingentis annis qui ſequuntur, Africam, Europam, totum denique orbem terrarum bellis victoriiſque peragravit*. Quæ mutila ſunt. Nam integra & vera aliorum Codicum editionumque ſcriptura: *qui prope quingentis annis domi luctatus eſt, adeo difficile fuerat dare Italiæ caput, his ducentis annis, qui ſequuntur*. Hanc juventam & robuſtam populi Romani ætatem hoc loco ducentis annis determinat, ad Cæſarem uſque Auguſtum. At in prologo operis huic robuſtæ imperii maturitati ducentos quinquaginta annos aſſignat: *Hinc ad Cæſarem*, inquit, *Auguſtum ducenti quinquaginta anni, quibus totum orbem pacavit*. Et certe a Romulo ad Cæſarem Auguſtum ſeptingentos annos numerat. Ex his ducentos quinquaginta annos ætati dat, quæ ſub regibus, quam infantiam imperii ponit. Deinde a primis conſulibus, uſque ad Appium Claudium, & Quintum Fulvium, conſules, ejuſdem adoleſcentiam per ducentos annos patere facit. Sic anni quadringenti & quinquaginta exeunt. Reſtant ducenti quinquaginta uſque ad Auguſtum, quibus totum orbem pacaſſe dicit, ut ſeptingenti fiant. Nec ſcio cur heic ducentos tantum aſſignet. Quod tamen etiam infra repetit in Anacephalæoſi libri tertii, ubi tertiam hanc ætatem populi Romani tranſmarinam, qua Italia progreſſus, arma toto orbe circumtulit, ducentis annis rotundis definit. Horum quippe ſuperiores centum, ſanctos, pios & aureos, ſine ſcelere & flagitio fuiſſe dicit. Poſtremos alteros centum in Cæſarem & Pompeium, ſequutumque hos Auguſtum, ut claritate rerum bellicarum magnificos, ita domeſticis cladibus miſeros & erubeſcendos. Ita parum ſibi conſtat noſter. Certe idem utrobique dicere debuit. Simile porro eſt quod heic perhibet, quingentis prope annis domi luctatum eſſe populum Romanum. At in prologo dixerat, prope ducentos quinquaginta per annos circa ipſam matrem cum finitimis luctatum fuiſſe. Hoc eſt, domi. Nam tota Italia, quam intra illos quingentos annos ſubegerunt Romani, non ipſorum proprie domus fuit. Non mirabitur lector, ſi ἀκρίβειαν aliquando majorem in hoc auctore nos requirere fateamur.

2. *His ducentis annis*] Immo annis LIII, & ne iis quidem totis.

Digitized by Google

CAP. II.

Primum bellum Punicum.

1 IGitur victor Italiæ Populus, quum a terra
fretum uſque veniſſet, more ignis, qui ob-
vias populatus incendio ſilvas, interveniente
2 flumine abrumpitur, pauliſper ſubſtitit. Mox
quum videret opulentiſſimam in proximo præ-
dam, quodammodo Italiæ ſuæ abſciſſam, &
quaſi revulſam; adeo cupiditate ejus exarſit,
ut quatenus nec mole jungi, nec pontibus poſ-
ſet,

FREINSHEMII.

PUnicum bellum primum inceptum eſt anno tertio CXXVIII. Olymp. Dionyſ. 1, 8. Manifeſtus error in omnibus Solini codicibus impreſſis hucuſque, quibus aſſeritur, Punicum bellum primum fuiſſe anno CCCXXCIX. ab U.C. Melius Agell. cap. ult. lib. 17. *Anno*, inquit, *poſt Romam conditam CD. ferme & XC. Coſſ. Appio Claudio, cui cognomentum Caudex, Appii illius Cæci fratre, & M. Fulvio Flacco, bellum adverſus Pœnos primum ceptum.* Oroſius 4, 8. Livius in princ. triceſimi primi, dicit, primum bellum inceptum anno CDLXXXIIX. ab U.C. Plin. 33, 3. *Argentum*, inquit, *ſignatum eſt an. Urbis CCCXXCV*, &c. *Q. Fabio Coſ. quinque annis ante primum bellum Punicum.* De hoc primo bello Punico Epit. Livii, 16. & ſeqq. Eutrop. 2, 3: Oroſ. 4, 8: Auguſtin. Civit. 3, 18. Auctor de vir. illuſtr. cap. 37. & ſeqq. Appianus in Libyco. Meminit ſæpe Val. Max., ut ſuis locis citabitur. *Camers*. Præcipue legendus Polybius, lib. 1. & ex Poëtis Silius, lib. 6.

2. *Abſciſam*] Q. I. *abſciſſam*, quod aptius videtur, violentius enim quid loquitur Florus, ut ex ſeqq., *& quaſi revulſam*, apparet.

VARIORUM.

2. MOle] Retinui conjecturam viri ingenioſiſſimi Simeonis Boſii; etſi Mſs. Vineti & libri cuſi, *mare*; quod hic minus convenit; quamvis reſtet idem in Pal. ſec. ac tert. nam pr. ſervat. *mare & nec mole.* Gruterus.

SALMASII.

2. O*Pulentiſſimam in proximo prædam, quodammodo Italiæ ſuæ abſciſam ac revulſam*] Hæc præda Sicilia eſt, quam Italiæ abſciſam mari ac revulſam, cum olim continens illi terra eſſet, inter omnes convenit. Neſcio quomodo tamen haud ſatis concoquo, prædam eam dici abſciſam ac revulſam Italiæ, cum aut Siciliam nominari, aut terram, magis conveniret, quæ revulſa & abrupta diceretur Italiæ ſuæ. Sed talium cacozeliarum plenus iſte, qui, dum elegantias affectat, ſæpe in hoc vitium incidit.

Ut quatenus nec mole jungi] Ita doctiſ-

Digitized by Google

ſet, armis belloque jungenda, & ad continentem ſuam revocanda bello videretur. Sed ecce, 3

doctiſſimi viri correxerunt. Omnino recte. *More* pro *mole* vitioſe ſcriptum erat. Inde illud *more* in *mare* mutarunt imperiti ſcribæ. Sic infra libro tertio, *gravi mole*, pro *gravi more*, repoſuimus, quo loco habebant editi *gravi timore*. In vita Probi ubi legitur: *dejectis in altum navibus*, *naribus* aut *maribus* habent membranæ. Ex quo etiam fecimus, *molibus*. Vereor tamen ne adhuc aliquid requirendum ſit ad ſanitatem loci plenius reducendam. Certe Nazarianus codex aliud quid tentandum ſuadet, dum ſic legit: *Ut quatenus nec mare, & nec mole jungi nec pontibus poſſit, armis belloque jungendum & ad continentem ſuam revocandum bello videretur*. Fallor utique aut ſcripſit auctor: *Ut, quatenus mare nec mole jungi, nec pontibus poſſet, armis belloque jungendum, & ad continentem ſuam bello revocandum videretur*. Mare diſcidium fecit ac divortium inter Siciliam ac Italiam, continentemque terram interrupit. Quatenus ergo nec mole jungi nec pontibus poterat illud mare, bello armiſque jungendum, & ad continentem ſuam revocandum, Romano viſum eſt. Melius etiam fortaſſe legeretur: *Ut, quatenus mare nec mole jungi, nec pontibus poſſet, armis belloque jungenda & ad continentem ſuam revocanda bello videretur*. Non enim recte dicatur mare ad continentem ſuam revocari. At belle hoc dicas de ipſa Sicilia, quæ olim mari abrupta & continenti ſuæ revulſa, mox in continentem ſuam, unde abſciſa olim fuit, revocanda bello & armis, quatenus mare, quod intervenerat, ponte aut mole jungi nequiret. Certe alii Codices hanc correctionem firmare videntur, qui habent: *jungendam* & *revocandam*.

Ad continentem ſuum] Hanc lectionem magis probavit Gruterus noſter. Aliud mihi videtur, & magis placet quod habent noſtri: *continentem ſuam*. Nam, continens dum dicitur, ſemper intelligitur terra. Mela & Plinius integre expreſſere, & *continentem terram* dixere. De quo nos alibi.

3. *Sed ecce, ultro ipſis viam pandentibus fatis*] Libri noſtri meliores: *Et ecce ſe ultro viam pandentibus fatis*. Probo quidem illud *&*, pro *ſed*. At ſyllabæ *ſe*, locum non invenio. Niſi forte legendum *eccere*, quod pro *ecce* uſurpaſſe quoſdam notat vetus Gloſſarium. *Eccere*, ἰδὲ.

VARIORUM.

Continentem ſuum] Ita malui cum Vineti Mſs. & v. e. quam quod ipſe edidit, aliique ante eum, *ſuam*. viſitur id quidem etiam in Pal. tert. ſed ſuperſcripta ſtatim eſt altera lectio quæ reſtat & in pr. ac ſec. *Gruterus*.

FREINSHEMII.

Armis belloque jungenda] Similis cupido Alexandrum ſtimulabat, apud Curt. 7, 7, 14. *quæ tam longo intervallo natura videtur diremiſſe, una victoria ſubito committere*.

Jungenda] Naz. habet, *jungendum*: & mox, *revocandum*; alter Pal. *jungendam*, & *revocandam*; quam veram lectionem puto, ut referatur ad *prædam*, præſertim cum præceſſerit, *adeo cupiditate ejus* (prædæ) *exarſit*, neceſſario igitur ſequentia de eadem re interpretanda.

Bello] Non dubito quin ex ſuperiori linea hoc verbi hæſerit, præfer-

ce, ultro ipſis viam pandentibus fatis, nec occaſio defuit quum de Pœnorum impotentia; fœderata Siciliæ civitas Meſſana quereretur. Affectabat autem ut Romanus, ita Pœnus Siciliam, & eodem tempore, paribus uterque votis
4 ac viribus imperium orbis agitabat. Igitur ſpecie quidem ſocios juvandi, re autem ſollicitante præda; quanquam territaret novitas rei (tanta tamen in virtute fiducia eſt) ille rudis, ille paſtorius populus, vereque terreſter, oſtendit

ſertim cum nec in Naz. quem Salmaſ. citat, compareat. Expungas igitur, per me licet.

3. *Sed ecce ultro*, &c.] Pal. ſec. ac tert., nec non rejectitiæ edd.: *Sed ecce ſe ultro ipſis viam*, &c. Naz. vero exemplar: *Et ecce ſe ultro*, &c. ut putem reſtaurandum: *Et ecce, ceu ultro ipſis viam pandentibus fatis, nec occaſio defuit.* nihil enim vulgatius, quam unam literam ſemel exprimi, bis tamen legi. *Gruterus.* Nec dubito de correctione; nam ſolet ita Florus, quamvis frequentius voce *quaſi* utatur. vide indicem in *Quaſi.*

SALMASII.

3. *Affectabat enim*] Melius ex iiſdem libris: *Affectabat autem ut Romanus, ita Pœnus, Siciliam.*

4. *Terreſter*] Γηγενεῖς καὶ πηλαγὼν quomodo ſe veteres illi caſcique dici & haberi volebant. Callimachus noſter πηλαγένας gigantes vocat, πηλαγόνων ἐλατῆρα, vulgo πηλογόνων legitur, minus recte. Veteres enim omnes grammatici legerunt πηληγόνων qui πηλαγόνες, γηγενεῖς. & παλαιοὶ exponunt. πηλαγὼν ut γηρυγών. In Theocriti σύελγι γηρυγόνου κόρης. puellæ voce natæ, id eſt echus, vulgo perperam γηρύονος ſcriptum eſt, ſed hæc alias pluribus. *Terreſtres* igitur, & *terra nati*, dicebantur veteribus rudes adhuc & imperiti populi, quales tunc temporis erant Romani. *Vereque terreſter*, inquit Florus, καὶ τῷ ὄντι ἠπειρώτης, qui mare nunquam viderant, nec a terra longius receſſerant, ſed ſuum tantum litus norant.

FREINSHEMII.

Et eodem tempore, &c.] *In libris veteribus memoria extat, quod par fuit quondam vigor & acritudo amplitudoque Pop. Romani atque Pœni. neque immerito exiſtimatum. Nam cum aliis quidem populis de unius cujuſque Republica: cum Pœnis autem, de omnium terrarum imperio decertatum eſt.* Agellius, 10, 27.

4. *Specie quidem*, &c.] Vide ſupra, 1, 11, 1.

Sollicitante præda] Diodor. 23, 2.

Tanta tamen in virtute fiducia eſt] Camertis ed. (*quanquam territaret novitas rei, tanta t. i. v. f. eſt*) vetuſtiores totam periodum nulla parentheſi ſecant, unde certius apparet, voculam iſtam *tamen* ab inepti gloſſatoris manu acceſſiſſe, qui, cum vox *quanquam* præceſſiſſet, neceſſario hanc ſubjicien-

Digitized by Google

dit nihil intereſſe virtutis, equis an navibus,
terra an mari dimicaretur. Appio Claudio 5
conſule primum fretum ingreſſus eſt fabuloſis
infame monſtris, æſtuque violentum: ſed adeo
non eſt exterritus, ut illam ipſam ruentis æſtus
violentiam pro munere amplecteretur: ſtatim- 6
que ac ſine mora Hieronem Syracuſanum re-
gem tanta celeritate vicit, ut ille ipſe ſe prius
victum, quam hoſtem videret, fateretur. Duil- 7
lio Cornelioque conſulibus etiam mari con-
gredi

jiciendam putaverit. Similia gloſſemata infra etiam, 2, 14, 4: & 4, 3, 4. extrivimus. Si quidem igitur me audis, ita ſcribe; (*tanta in virtute fiducia eſt!*) & nimio elegantior erit ſententia. Talem autem fiduciam ſe quoque in militum ſuorum virtute habere Alexander teſtatur, apud Curt. 9, 2, 25. *veſtram virtutem, rerum quas geſturus ſum, vadem prædemque habeo. Quamdiu vobiſcum in acie ſtabo, nec meos nec hoſtium exercitus numeravero.*

SALMASII.

5. *Primum fretum ingreſſus eſt*] Nazarianus cum veteri editione: *Primum fretum tum ingreſſus eſt.* Illud *tum* παρέλκει non eſt dubium, ſi diſtinguimus, ut eſt in editis: *Appio Claudio conſule primum fretum tum ingreſſus eſt*. Sed mutanda omnino cum hac lectione diſtinctio, ac legendum: *Ille rudis, ille paſtorius populus vereque terreſter, oſtendit nihil intereſſe virtutis, equis an navibus, terra an mari dimicaretur, Appio Claudio conſule. Primum fretum tum ingreſſus eſt.* Appio, inquit, Claudio conſule oſtendit ille, antea terreſter tantum populus, nihil intereſſe virtutis, terra an mari dimicaretur. Tum primum fretum quippe ingreſſus eſt. Appii Claudii conſulatum, quaſi principium firmatæ ætatis ac robuſtæ maturitatis in populo Romano, notavit, quo Italia progredi auſus, & e terra ſua exire, maritimus repente factus, tranſmarinis provinciis domandis toto orbe arma circumferre cœpit.

Fabuloſis infame monſtris] Veteres Jordanei libri: *fabuloſis famæ monſtris æſtuque violentum.* Τὰ πάλαι μυθολογούμενα καὶ φημιζόμενα intelligeret. Sed omnino recta eſt librorum Flori ſcriptura. Scyllam porro & Charybdim deſignat, Siculi maris fabuloſa monſtra.

Pro munere amplecteretur] Explicat, & addit Jordanes: *Quod velocitas navium mari juvaretur.* Quæ Flori ſi quis verba eſſe credit, profecto fallitur.

FREINSHEMII.

5. *Appio Claudio*] Qui *Caudex* inde appellatus. Vide Senec. de brevit. vitæ, cap. 13. & ibi Lipſium. Meminit ejus Sueton. Tib. 2, 3: Diod. 23, 2.

Fabuloſis inf. monſtris] Scyllam intelligit & Charybdim, omnibus notas; Videri tamen poſſit Juſtinus lib. 4. cap. 1. Liv. Ep. 16.

Digitized by Google

gredi auſus eſt, cum quidem ipſa velocitas claſſis comparatæ victoriæ auſpicium fuit. Intra enim ſexageſimum diem quam cæſa ſilva fuerat, centum ſexaginta navium claſſis in anchoris ſterit; ut non arte factæ, ſed quodam munere deorum converſæ in naves, atque mutatæ



Hieronem] *Cujus faciem in nummo Siculo exhibent* Goltzius & Paruta.

6. *Hieronem*] Polyb. 1, 11.

SALMASII.

7. *Tum quidem ipſa velocitas*] Non negabit, verius eſſe, *cum quidem velocitas*, qui Flori imbiberit genium, & ejus loquelæ aſſueverit. Ab omnibus Flori libris vox abeſt *victoriæ*. Jordanis ſcripti Codices, *& victoriæ*, ſcriptum habent. Et ſane vocem *victoriæ* recte abeſſe nullus negem. Nec præter ſolitum levis Jordanes, qui illam adtexuit. Pro *auſpicium*, etiam *auſpicio* legerim: *Cum quidem ipſa velocitas claſſis comparatæ, auſpicio fuit.* Etſi *auſpicium* rectum eſſe non neſciam. Ait Florus rem auſpicatam illam fuiſſe Romanis, & bene ominatam, quod tam velociter claſſem comparaverint; ipſi antea τῶν ναυτικῶν ἄπειροι. Qui mihi igitur aſſentiendum putabit, *victoriæ* ſtatim deleverit.

FREINSHEMII.

7. *Auſpicium fuit*] Auctoribus Gruteri libris, & Salmaſio, vocem *victoriæ*, quam q. l. habent, omiſi.

Sexageſimum diem] Non minus admirabilis Scipionis celeritas, in eadem re, qui *ita inſtitit operi, ut die quadrageſimo quinto, quam ex ſilvis detracta materia erat, naves inſtructæ ornataque in aquam deductæ ſint.* Livius, 28, 45, 19.

SAL-

tatæ arbores viderentur. Prælii vero forma 8
mirabilis; quum illas celeres volucreſque hoſtium naves hæ graves tardæque comprehenderent. Longe illis nauticæ artes, detergere remos, & ludificari fuga roſtra. Injectæ enim 9
ferreæ manus, machinæque aliæ, ante certamen

SALMASII.

8. *Prælii forma mirabilis*] Libri Flori: *fama*. Jordanei: *forma*. & melius. Nec aliter ſcriptum reliquit Florus, & ita recte jam obtinere voluerunt viri docti.

Detorquere remos] Audio doctiſſimum virum reſcribentem *detergere*. Sed cum renitantur omnes libri, cum veteres excuſi, tum calamo exarati, fortaſſe nihil mutandum. Jordanis ſcripti: *Remos detorqueri*. Nec aliter videtur ſcriptum reperiſſe in Flori exemplaribus, quibus uſus eſt. Græci in eadem re verbo *παρασύρειν* utuntur, quod convenit cum verbo *detorquere*. Poſſet tamen vitium videri vetus, *detorguere* pro *deterguere*. Ut *voſter*, *revolſus*, & ſimilia. inde literulæ mutatione *detorquere* factum & hoc verius puto.

9. *Machinæque aliæ*] Jordanis libri veteres: *machinæque validæ*. Quod minus rectum eſt.

FREINSHEMII.

8. *Forma*] Secutus ſum Lipſii conjecturam, quam prodit lib. 2. Elect. cap. 18. ante editi, *fama*, a qua ſcriptura non abeunt tres Pal. *Gruterus*. Lipſianam quoque Jordanes exhibet; Et, ni fallor, Livius, 9, 11, 4. ita loquitur, quamvis apud eum vulgo: *ea vere fortuna, iis locis, quæ ante pacis mentionem habuimus, geramus bellum.* Nam ſenſus inibi aptior: *ea vero forma.* Sic idem, 4, 33. 2: *forma inſolita pugnæ Rom. parumper exterruit.*

Longe illis nauticæ artes] Sic Pall. o., ſic Vineti mſſ.: & miror, cur eis ipſemet non auſcultaverit. Lipſius certe id arripuit, d. capite 19. indicio ms. ſui. nec aliter ed. v. Aliæ: *Longe illis plus nauticæ artis*, male. ſic Virgil. Æn. 12, 52: *Longe illi Dea mater erit*, &c. Imo ſic noſter infra, 2, 6, 34. *Gruterus.* vide, ſi lubet, Indicem.

Detorquere] Ita Pall. o. & v. e. Lipſius reſcribit; *detergere*, quod non improbat Gruterus, Salmaſius etiam ſua conjectura juvat; dum enim veterem lectionem adducit, ſubjungit: poſſet tamen vitium videri vetus, *detorquere*, pro *deterquere*, ut *voſter*, *revolſus*, & ſimilia. quod non acutius magis quam veriſimilius mihi videtur, quapropter vix temperavi mihi, quin illud *detergere* in textum reciperem, præſertim cum proprium rei ſit verbum, quo & alii optimi auctores utuntur, quos in Indice retulimus.

9. *Ferreæ manus*] *Ii manus ferreas atque harpagones paraverant*: Cæſar. de bell. civ. 1, 57. *Aſſeres ferreo unco præfixi, harpagones vocant milites*: Livius, 30, 10, 13. *Ferreæ manus, harpagonas vocant*: Curt. 4, 2, 12. Manifeſta autem eſt utriuſque appellationis ratio, *manus* a prehendendo, *harpagones* a rapiendo, attrahendo; quo nomine etiam appellatur uncus, quo e puteo quid extrahitur, qua

men multum ab hoſte deriſæ: coactique hoſtes quaſi in ſolido decernere. Victor ergo apud Liparas, merſa & fugata hoſtium claſſe, primum illum maritimum egit triumphum.
10 Cujus quod gaudium fuit? quum Duillius Imperator, non contentus unius diei triumpho, per vitam omnem, ubi a cœna rediret, prælucere funalia, præcinere ſibi tibias juſſit, quaſi

qua de re loqui autumo l. 12. §. 21. de inſtr. leg. ubi tamen *arpagones* & *amas* legitur, male, pro, *harpagones* & *hamos*. Græcis ἁρπάγη Heſychius.

9 *Machinæque aliæ*] His verbis circumſcribit corvos, quos depingit Polyb. 1, 22. Non enim ferreæ manus & corvi idem ſunt, quod vel ex Curtio intelligere liceret, citato modo loco, 4, 2, 12. *ferreæ manus, corvique, & alia tuendis urbibus excogitata*. iterum, 4, 3, 24: *Corvos & ferreas manus*. Et 4, 3, 26: *Corvi vero & ferreæ manus*. Machinarum autem talium inventionem Tyriis videtur tribuere Curtius citatis locis. Plinius tamen harpagonas Periclis inventum eſſe ſcribit, 7, 56. f. Inconſideranter Appianus, de bell. civ. lib. 5. pag. 739 Agrippam inventorem facit.

Ante certamen multum ab hoſte deriſæ] Ita, cum Annibal omne ſerpentium genus in fictiles lagenas conjici, eaſque in hoſtiles Eumenis naves mitti juſſiſſet, ridicula ea res hoſtibus viſa, fictilibus dimicari: ſed mox ſenſerunt, quam ſine cauſa riſerint. Vide Juſtin. 32, 4. Eo modo perhibentur etiam Americani riſiſſe armaturam Hiſpanorum, cum ſclopeta non niſi cominus uſui eſſe crederent.

SALMASII.

9. *Merſa & fugata*] *Merſa aut fugata*, iidem libri: & magis probem.

10. *Unius diei triumpho*] Optimæ membranæ: *unius die triumpho*. ἀρχαικῶς.


Libra die ſomnique pares. —
Vide Gellium, 9, 14.

FREINSHEMII.

10. *Per vitam omnem*, &c.] Cato apud Cicer. de Senect. cap. 13. *C. Duillium M. F. qui Pœnos primus claſſe devicerat, redeuntem a cæna ſenem ſæpe vidi puer; delectabatur crebro* (ſive, ut Lipſius mallet, *cereo*) *funali, & tibicine, quæ ſibi, nullo exemplo, privatus ſumpſerat*, &c. vide etiam Ammian. 26, 8: Val. Max. 6, 3, 4: Plin. 34, 5: Tacit. 2, 49, 4: Hieron. lib. 1. adverſus Jovinianum. Porro de vocabulo *juſſit*, quo Florus hoc loco utitur, eſt, qui dubitat, vir non obſcurus, putatque legendum, *ſenſit*: Sed vulgata lectio ſatis firmatur citato Ciceronis loco. Præterea novum non eſt, ut qui præclare quid geſſerat, aliquem honorem ſuo arbitrio ſibi ſumeret; ita *Cornificius tantum ſibi ob ſervatos a ſe milites tribuit: ut Romæ, quoties foris deinde cænaret, elephanto domum revectus ſit.* Auctor Dio, lib. 49. paulo poſt princ.

SAL-

Digitized by Google


·C·D. … M·F·M·N·C … L·
… S AN·O
… D·EXE MET·LECIONES·R …
AXIMOSQVE·MACISTRATOS·L …
… OVEM·CASTREIS·EXEOCIONT·MACEL …
CNANDOD·CEPET·ENQVE·EODEM·MACIS
MNAVEBOS·MARID·CONSOL·PRIMOS·C …
CLASESQVE·NAVALES·PRIMOS·ORNAVET·PAL
CVMQVE·EIS·NAVEBVS·CLASEIS·POENICAS·OM …
SVMAS·COPIAS·CARTACINIENSIS·PRAESENTE
DICTATORED·OL … OM·IN·ALTOD·MARID·PVC …
… NQVE·NAV … ET·CVM·SOCIEIS·SEPTER …
… OSQVE TRIREMOS QVE NAVEIS·X …
… OM·CAP TOM·NVMEI· … DCC
… TOM·CAPTOM·PRAEDA·NVMEI·
CAPTOM·AES·
… QVE·NAVALED·PRAEDAD·POPLO·N …
… CARTACINIENSI·N … NVOS·L …
… FI … CAPT …

Duillius imperator] *Memoriam hujus victoriæ Duillianæ conſecravit Populus Romanus poſita columna, roſtris captarum navium ornata, in foro, de qua* Plinius, XXXIV: 5. Quintilian. Inſt. 1: 13. Sil: Ital. VI: Punic. 664. *Baſis ejus eruta fuit Romæ, ſuperioribus hujus ſæculi annis, quam hic damus. Eſt hoc omnium Latinæ linguæ monumentorum antiquiſſimum, ex quo videre licet, quænam illius ætatis fuerit loquendi ſcribendique ratio. Expoſitionem ejus vide apud* Ciacconium; *qui ſingulari libello hunc titulum illuſtravit, quamvis & alii eruditi in illa exponenda deſudarint. Brevem ejus explicationem vide infra, poſt Notas* J. G. Grævii.

Corſicam tranſit] *Corſicæ Aleriæque devictæ extat monumentum, quod vetuſtate proxime accedit ad Duillianum, inſcriptio ad portam Capenam effoſſa:*

HONC OINO PLOIRVME. COSENTIONT. R. DVONORO. OPTVMO FVISE. VIRO LVCIO M. SCIPIONE FILIOS BARBATI CONSOL. CENSOR. AIDILIS. HIC FVET A HEC CEPIT CORSICA. ALERIAQVE VRBE. DEDET. TEMPESTATIBUS. AIDE MERETO.

Hoc eſt, *hunc unum plurimi conſentiunt Romæ Bonorum, optimum fuiſſe virum, Lucium Scipionem Filius Barbati, Conſul, Cenſor, Ædilis hic fuit. Hic cepit Corſicam, Aleriamque urbem. Dedit tempeſtatibus ædem merito.* Pluribus hunc lapidem veterrimum illuſtrarunt Jacobus Sirmondus & Hieronymus Aleander.

Digitized by Google

COLATÆ

INSCRIIPLETA.

C. BILIOS. M. N. SICELIAD
REM. CERENARTISVMAD
OBSEDEONELIS. OMNEIS
MAXIMOSQ ELICTEIS
NOVEM. CASM. VRBEM.
PVCNANDOD. PROSPERE
REM. NAVEBSMECOSQVE
PLASESQVE. E. DIEBOS. LX
CVMQVE. EISRATASQVE
SVMAS. COIMAXVMOD
DICTATOREDOD. VICET
XXX QVE. NAVQVE. DVCIS
QVINRESMODEPRESET
AVROM. C
ARCENTO
CRAVE. C A cclↃↃↃ ccclↃↃↃ
ccclↃↃↃ ccꟾↃↃↃ ccclↃↃↃ
ccclↃↃↃ ccↃ PONDOD
TRIOMPOQVI. DONAVET
DAPTIVOS. CTE. CVROM
PRIMOSQVE CINIENSEOM
TRIOMPAVET. OLVMNAM. P.

Digitized by Google

Digitized by Google

ſi quotidie triumpharet. Præ tanta victoria 11
leve hujus prælii damnum fuit. Alter conſulum interceptus Cornelius Aſina: qui ſimulato colloquio evocatus, atque ita oppreſſus fuit; perfidiæ Punicæ documentum. Calati- 12
no dictatore, fere omnia præſidia Pœnorum Agri-

SALMASII.

11. *Præ tanta victoria leve hujus*] Leviter trajecta vox *hujus*, quam ita reſtituimus: *præ tanta hujus victoria leve prælii damnum fuit*. Præ victoria hujus Duillii, leve damnum fuit prælii, altero Conſule intercepto. Hoc omnino verum eſt. Puto etiam diſtinctione mutata ſcribendum: *Præ tanta hujus victoria leve prælii damnum fuit, alter conſulum interceptus Cornelius Aſina*.

Cornelius Aſina] Nazarii liber: *Aſina Cornelius*. uterque Palatinus cum vetuſtis Jordanis libris, *Sagina Cornelius*, habet. Sed verum hujus Conſulis cognomen *Aſina*.

FREINSHEMII.

11. *Fuit. Alter*] Malim ita diſtingui: *fuit, alter*, ut intelligatur: ipſe Cos. fuit damnum; elegantiore ſenſu. Vide infra, 4, 2, 80.

Aſina Cornelius] Sic bene Pal. tres, non ut editi, *Corn. Aſ.*; amant enim ſcriptores cognomen præponere; nihil frequentius Tacito, nihil Velleio, nihil aliis. *Gruterus*. Unde autem cognomentum iſtud Corneliæ genti hæſerit, vide apud Macrob. Saturn. 1, 6.

Qui, &c. fuit] Gruterus mallet abjici voces iſtas, tanquam a gloſſa. optimum judicium.

Simulato colloquio] Qua ratione plures etiam decepti. Ariarathes Cappadox, apud Juſtin. 38, 1, 9. Artavaſdes Armenus, apud Plutarch. Anton. 67. Tyranni Athenienſes, apud eundem Juſtin. 5, 10, 9. Kanutus, quem inter ſanctos poſtea retulerunt, apud Krantzium, Sueciæ lib. 5. cap. 17. quod propemodum etiam Manlio uſuveniſſet, apud Livium, 38, 25: & Cæſari, apud ipſum de bell. Gall. 1, 46: & Hadingo Danorum regi, apud Saxonem Sialandum, Hiſt. Dan. lib. 1. pag. 16, m. Adde infra, 3, 11, 11: & Liv. 32, 32, 10. Cornelium quod attinet, Polybius, 1, 21. aliter rem narrat, quamvis alii cum noſtro conſentiant, ut Appianus in Libycis. Val. Max. 6, 6, 2, &c.

Perfidiæ Punicæ] Quæ in proverbium abiit; quod recenſet Eraſmus, 1, 8, 28: & Gilbertus Cognatus in append. adagio, 35. ſimile ei eſt *Græca fides*, de quo Eraſmus, 1, 8, 27.

12. *Dictatore*] Temere hic a Floro adſcribitur dictatura A. Atilii Calatini, quod conſulatui ipſius tribuendum erat anno U. C. CDXCIV. Dictator enim ipſe Calatinus ſuffectus eſt, in locum M. Claudii Gliciæ, (ſive potius Ilyciæ, ut hodie apud Sueton. Tib. 2, 8. legitur) qui ſcriba fuerat, coactuſque abdicaverat, anno U. C. DV. atque in ipſius dictatura nihil memorabile geſtum invenio, etſi primus dictator fuerit, qui extra Italiam imperium habuerit. *Stadius*. Poſſit aliquis ſuſpicari ſcribendum *ducatore*. de qua voce vide Stewech. in Veget. 1, 13. & in Frontin. 2, 1, 4. (quo tamen loco *dictato-*

Digitized by Google

Agrigento, Drepanis, Panormo, Eryce, Li-
13 lybæo detraxit. Trepidatum eſt ſemel circa Camerinenſium ſaltum: ſed eximia virtute Calpurnii Flammæ tribuni militum evaſimus, qui lecta trecentorum manu, infeſtum & inſeſſum ab hoſtibus tumulum occupavit, adeoque moratus hoſtem, dum exercitus omnis evaderet: ac

ctatores retineam) Item Bulengerum de imp. Romano, titulo de proximis.

SALMASII.

12. *Panormo, Eryce*] In Nazariano *Eryco*: In altero Palatino: *Eryca*, & fortaſſe verum eſt. Ἔρυκα, urbs Siciliæ. Latine *Eryca*. Nos *Eryco* tamen retinemus. *Erycus* pro *Eryx*.

13. *Camerinenſium*] In vetuſtiſſimis libris legitur *Camerinienſium*: ſic *Carthaginienſis*, & alia hujuſmodi, de quibus vide Priſcianum.

Infeſtum & inſeſſum ab hoſtibus tumulum] In mentem aliquando venerat, *infeſtum* hoc loco ex variante lectione natum. Hujus mentis mihi auctor Jordanes, qui ita hunc locum ex Floro retulit: *Qui lecta trecentorum manu inſeſſum hoſtibus tumulum occupavit.* Nunc agnoſco nihil ex Flori verbis eſſe tollendum. Non tantum inſeſſus ab hoſtibus ille tumulus, ſed etiam infeſtus & iniquus fuit Romano. Epitomes Livianæ auctor lib. XVII, eamdem hanc rem narrans: *Attilius Calatinus conſul, cum in locum iniquum a Pœnis circumſeſſum temere duxiſſet exercitum, M. Calpurnii tribuni militum virtute & opera evaſit.* Notandum porro, non inſeſſum ab hoſtibus dicere illum tumulum, ſed circumſeſſum. in medio quippe hoſtium ſitus, ad quem, eruptione per medios hoſtes facta, capiendum contendit Calpurnius, ut Pœnos in ſe converteret, & ſpatium daret cetero exercitui evadendi. Quod non ſolum ex illo Epitomes loco noſcimus, ſed etiam ex altero Livii, lib. XXII, ex oratione Manlii Torquati, ubi hæc verba: *Sicut nobis adoleſcentibus priore Punico bello Calpurnius Flamma trecentis voluntariis, cum ad tumulum eos capiendum, ſitum inter medios hoſtes, duceret, dixit, moriamur milites, & morte noſtra eripiamus ex obſidione circumventas legiones.* Non igitur inſeſſus ab hoſtibus ille tumulus, ut heic vult Florus, ſed circumſeſſus, nec deturbandi hoſtes ex eo loco fuere, quem non occupaverunt, ſed his perruptis vacuus fuit capiendus. Ideo infeſtum & iniquum dixit illum tumulum, quia eum hoſtes circumſedebant.

FREINSHEMII.

12. *Agrigento*, &c.] De locis his omnibus ceteriſque Siciliæ, vide deſcriptionem Siciliæ, quam Phil. Cluverius edidit.

13. *Calpurnii Flammæ*] De hoc Plin. 22, 6: Livius, 22, 60, 10. & ejus Epit. 17: L. Ampelius: *Trecenti ſub Calpurnio Flamma contra Pœnos: qui in Sicilienſi ſaltu mortuo exercitu*, &c. legerim, *moritur*. M. Cato, apud Agell. 3, 7. *Q. Cæditium* vocat; C. L. Quadrigarius *Laberium*. Caute igitur Fron-

Digitized by Google

ac ſic pulcerrimo exitu Thermopylarum & Leonidæ famam adæquavit: hoc illuſtrior noſter, quod expeditioni tantæ ſuperfuit & ſupervixit, licet nihil ſcripſerit ſanguine. Lucio 15
Cornelio Scipione, quum jam Sicilia ſuburbana

Frontin. Strateg. 4, 5, 10. *Is, cujus varie tradidere nomen.* Diſſentiunt etiam in militum numero. Ceterum ante hunc, ſalvis etiam militibus ſuis, exercitum Rom. Decius liberavit, Liv. 7, 34. &c, Plin. 22, 5.

SALMASII.

14. *Licet nihil ſcripſerit ſanguine*] Hallucinatio Flori, qui Leonidæ imprudens attribuit quod erat Othryadis. Nihil enim ſanguine ſcripſit Leonides, cujus ſaltem reſtet memoria in veterum ſcriptis. Sed ab omnibus id de Othryade proditum, Poëtis & πεζογράφοις Anthologiæ tertio:

Ἄρσενι δ᾽ Ὀθρυάδαο φόνῳ κεκαλυμμένον ὅπλον
Καρύσσει. Θυρέα Ζεῦ Λακεδαιμονίαν.

Idem in aliis epigrammatis legimus. *Licet nihil inſcripſerit ſanguine*, ſcriptura eſt Jordaneorum Codicum. Vulgo *ſcripſerit* in Floro legitur, ut Florus ſcripſit.

FREINSHEMII.

14. *Ac ſic*] Videntur eſſe a gloſſa hæ duæ voces.

Superfuit] Agell. 3. 7. ex Catone; *Eum inter mortuos defatigatum vulneribus atque ſpirantem, quod ſanguen defluxerat, cognovere; eum ſuſtulere, iſque convaluit, ſæpeque poſt illam operam Reip. fortem atque ſtrenuam perhibuit.* Ubi tamen, pro *poſt illam*, reſcribendum putem, *poſt illa*, hoc eſt, poſtea; niſi quis ita malit; *ſæpeque poſt illam operam*, &c. ut ſit ſenſus: exhibuiſſe ſæpe Reip. utilem operam, poſt illam, nempe de qua ſermo erat.

Licet nihil ſcripſerit ſanguine] Camers & Stadius putant Leonidæ tribui, quod Othryadis proprium erat. *Gruterus.* De Othryade Pauſaniam vide 157, 10. Aliter apud Senecam conſol. ad Marciam 1, 1, 4. *Corelus libros ſuos ſanguine ſcripſit.* Me quod attinet, nunquam adduci poſſum, ut credam ab auctore potius eſſe quatuor illa verba, quam ab inſulſo gloſſatore. Demus enim potuiſſe errare in hiſtoria Florum, demus etiam voluiſſe, ut ſupra 1, 10, 8. ubi Aruntem Tarquinium videtur adulterum facere, ut melius quadret iſtud: *quaſi adulterum ad inferos uſque ſequeretur*; at largiri nunquam potero, adeo inſulſam ſententiam fuiſſe ſubjecturum. egregium enim acumen illud & dignum propter quod mutetur in hiſtoria aliquid, *licet nihil ſcripſerit ſanguine!* quaſi hoc novum eſſet aut inſolens, ſupervivere expeditioni hominem, qui ſanguine nihil ſcripſerit.

15. *L. Corn. Scipione*] Effoſſa Romæ ad portum Capenam eſt inſcriptio, A. Ch. 1616, huc pertinens: *Honc. oino ploirume.* conſentiont. R. duonoro, optumo. fuiſſe. Viro. Lucium Scipione. Filios Barbati. Conſol. Cenſor. Aidilis. hic fuet. A. hoc cepit. Corſica Aleriaque urbe dedet, tempeſtatebus. aide. mereta. Quæ explicantur in vita Peiresk. quam ſcripſit Gaſſendus.

na eſſet populi Romani provincia ; ſerpente
latius bello , in Sardiniam annexamque Cor-
16 ſicam tranſit: Olbiæ hic, ibi Aleriæ urbis ex-
cidio incolas terruit , adeoque omnes terra
mari-

SALMASII.

15. *Serpente latius bello, in Sardiniam*] *In* abeſt omnibus libris. Jordanes etiam legit : *Sardiniam eique annexam Corſicam tranſit.* Quidam libri : *Coſſuram.* Sed *Corſicam* verum eſt. Sequitur : *ubi & ſic Caralæ urbis excidio incolas terruit.* Infruniti correctores *Caralam* hic , & urbem quam neſcio ſibi ſomniarunt. Sed illos homines miſſos faciamus , quorum nobis οὐ λόγος οὔτ' ἀριθμός. Optimæ & vetuſtiſſimæ Divi Nazarii membranæ, hac etiam in parte corruptæ leviter ſunt, ſed ita, ut non arduum ſit ex illis conjicere veram lectionem. Habent autem : *Olbiæ hic Baleriæ urbis.* Unde veriſſimam conjecturam eruo : *Olbiæ hic, ibi Aleriæ urbis excidio incolas terruit.* Hic in Sardinia nimirum , Olbiam urbem expugnavit. Ibi, nempe in Corſica, Aleriam excidit. Ait, Romanos, ſerpente latius bello , ex ſuburbana tum provincia in Sardiniam , eique adnexam Corſicam , tranſiſſe , & in hac inſula Oibiam , in illa Aleriam cepiſſe. Olbia Sardiniæ urbs. Stephanus varias urbes hoc nomine recenſens , ἑτέρη , inquit , Σαρδοῦς. At Aleria Corſicæ. In Corſica a Ptolemæo recenſetur Ἀλερία κολωνία. Apparet , colonos in eam urbem a Romanis deductos , poſtquam a Lucio Cornelio expugnata fuit. Notat Epitomes Livianæ auctor, *L. Cornelium Conſulem contra Sardos & Corſos & Hannonem Pœnorum ducem feliciter pugnaſſe.* Quod de hac victoria, & urbium in Sardinia Corſicaque ſupraſcriptarum excidio intelligendum. Vide quanti ſit momenti bonos & fideles libros inſpexiſſe. Abſque illo Nazariano forte æternum hic locus in mendo jacuiſſet. Nam ceteri omnes libri, hac parte profligatiſſimi, nihil fere opis dabant ad extricandam veritatem. In priore Palatino legitur : *Ubi & hic Halen & urbis.* Poſterior ita ſcriptum præfert : *Ubi & hic Baleriæ urbis.* Vetus editio : *ubi & hic Halenæ.* Correctores porro ex his fecerunt : *Ubi & ſic Caralæ urbis.* Proclivius erat facere : *Ubi & ſic Valeriæ urbis.* Nam Valeria urbs in Sardinia. Ptolemæo Οὐαλερία πόλις in ea inſula ponitur. Sed omnino vera lectio, quam ſupra repoſuimus. Flori codices etiam corrupti fuiſſe videntur ætate Jordanis, in cujus libris ita deſcriptum oſtendi : *Olbiam ibi Aleriæ urbis*, Verius puto , cum ſanam in his lectionem reperiſſet , nec intellexiſſet, ita mutaſſe.

FREINSHEMII.

Sardiniam] Alii *in Sardiniam*, ſed lectionem noſtram o. Pall. v. e. & aſſenſus Gruteri firmant. Nomina vero regionum , ut urbium, ſæpe conſtrui auctoribus , notat Berneggerus ad Juſtin. 14, 5, 9. h.

16. *Ubi & ſic*, &c.] Veriſſimam opinor eſſe lectionem Lipſii, quam ad Senecæ conſol. ad Helviam, nota 84. profert : *Ibi Olbiæ & hic Valeria*, (vel *Aleria*) a qua nec Salmaſius ad Solin. pag. 29, A, longius abit, niſi quod mavult : *Olbiæ hic, ibi Aleriæ.* ſed eodem ſenſu exponit.

SAL-

marique Pœnos expugnavit, ut jam victoriæ
nihil niſi Africa ipſa reſtaret. Marco Attilio 17
Regulo duce jam in Africam navigabat bellum. Nec deerant, qui ipſo Punici maris nomine ac terrore deficerent, augente inſuper Tribuno Mannio metum: in quem, niſi paruiſſet ſecuri diſtricta Imperator metu mortis navigandi fecit audaciam. Mox ventis remiſ- 18
que properatum eſt: tantuſque terror hoſtici adventus Pœnis fuit, ut apertis pæne portis
Carthago caperetur. Prima belli præmium 19
fuit

SALMASII.

16. *Mari Pœnos expugnavit*] Diu eſt, cum ſuſpectum habui hoc verbum, *expugnavit*. Quid enim eſt, *mari Pœnos expugnare*? Nec Latina eſt, nec proba loquutio. Nazarianus non plana via veritatem oſtendit, ſed digitum ad eam prorſus intendit, ſcribendo, *repugnavit*. Quod ego ſtatim arripui ac ſcripſi: *repurgavit*. Elegans porro nec pertritum loquendi genus, *Pœnos mari & terra repurgare*, cum tamen potius dicendum videretur, *mare ac terram Pœnis repurgavit*. Sic libro quarto, etſi in re diſſimili ac diverſa, *aurum venis repurgare* dixit. Hæc ſcripſeram, cum & veteres Jordanis Codices conſulendos duxi, in quibus plane reperi: *adeoque omni terra & mari Pynos purgavit*. Quæ ſcriptura vehementer ſententiam meam ſtabilivit. Sed *purgavit* in Jordane falſum eſt. Nam *repurgavit* omnino ſcribendum, id eſt, tanquam purgamenta rejecit.

17. *Qui ipſo Punico maris nomine*] Reſtituenda lectio vetus: *Punici maris nomine*. Nam male in veteri editione *Punico* legebatur. Meliores libri conſtanter *Punici* retinent. Jordanes: *qui in ipſo Punici maris nomine*.

Tribuno Mannio] Nomen hujus Tribuni ita varie conceptum in ſcriptis libris, ut arduum ſit aliquid certi ex illa varietate ſtatuere, libris præſertim Livii deperditis, unde hæc ſumpta. Nazarianus: *Nautrio*. Palatini duo: *Naurio*. Jordanis libri: *Natio*. Forte *Nautio*. Nautiorum familia nobiliſſima. Sed otii penuria prohibet pluribus hæc diſcutere, quod alias ſi Deus faverit, facere ſtatui.

FREINSHEMII.

Expugnavit] Naz. *repugnavit*. Jordanes *purgavit*, ſed lectio vulgata, optima eſt. *Gruterus*. Adi etiam Indicem noſtrum, ſi lubet.

17. *M. Attilio*] Ultra ea quæ ſupradicti ſcribunt, lege Agell. 6, 3, & 4: Auctor. de vir. illuſtr. cap. 40: Auguſt. Civit. 1, 15: Val. Max. 1, 1, 14: & 9, 2, 1. ext. Frontinum, 2, 3, 10: Lege Silium, 6, 301: & Horat. carm. 3, 5: Cicer. offic. 1, 13: & in Paradoxis. Plura congeſſimus, Civitatis 1, 15, & 24. *Camers*. Hunc Regulum ſæpius eximie prædicat Seneca.

Digitized by Google

ſuit civitas Clypea: prima enim a Punico littore quaſi arx & ſpecula procurrit. Et hæc,
20 & trecenta amplius caſtella vaſtata ſunt. Nec cum hominibus, ſed cum monſtris quoque dimicatum eſt; quum quaſi in vindictam Africæ nata miræ magnitudinis ſerpens poſita apud
21 Baggadam caſtra vexaret. Sed omnium victor Regulus, quum terrorem nominis ſui late circumtuliſſet; quumque magnam vim juventutis, duceſque ipſos aut cecidiſſet, aut haberet in

FREINSHEMII.

20. *Miræ magnitudinis ſerpens*] De qua Agell. 6, 3: Val. Max. 1, 8, 19. ext. Plin. 8, 14. cxx. pedum longitudinis fuiſſe; pellemque ejus & maxillas uſque ad bellum Numantinum, hoc eſt, cxv. annis Romæ in templo duraſſe teſtatur, eamque baliſtis tormentiſque, ut oppidum aliquod, expugnatam. *Stadius*. Vide Livium epit. 18: Obſequent. cap. 29: Adonis Chronic. ſub anno 4446.



Victor Regulus] *M. Attilium Regulum ex nummo argenteo nobis dat* Fulv. Urſinus, in illuſtr. imagin.

FREINSHEMII.

21. *Aut cecidiſſet*] Hiſt. de bell. fr. cap. 26. *principes civitatum aut interfici, aut in catenis teneri.*

SALMASII.

21. *Quum terrorem nominis ſui*] Vetus quidam liber: *terrorem in omnes ſui circumtuliſſet.* Quæ minime mihi arridet lectio, nec mutatam velim, aut rejectam, quæ edita eſt, cum & melior ſit, & plures habeat fautores libros vetuſtiſſimos.

Aut cecidiſſet, aut haberet in vin-

in vinculis; claſſemque ingenti præda onuſtam, & triumpho gravem, in Urbem præmiſiſſet; etiam ipſam belli caput Carthaginem urgebat obſidio, ipſiſque portis inhærebat.
Hic paululum circumacta fortuna eſt; tan- 22
tum ut plura eſſent Romanæ virtutis inſignia: cujus fere magnitudo calamitatibus approbatur.
Nam converſis ad externa auxilia hoſti- 23
bus; quum Xanthippum illis ducem Lacedæmon miſiſſet, a viro militiæ peritiſſimo vincimur. Tum fœda clade, Romaniſque uſu incognita, vivus in manus hoſtium venit fortiſſimus Imperator. Sed ille quidem par tantæ calamitati fuit. Nam nec Punico carcere infractus

vinculis] Jordanes legit: *aut cepiſſet*. Cui conſentiunt omnes Flori calamo ſcripti libri. Quam, qui volet, etiam lectionem aſſerat. Mihi ut non reſpuenda videtur, ita nec vulgata mutanda. Nam credibile eſt, non alios habuiſſe in vinculis Regulum, quam quos ceperat. Niſi dicimus, multos, quos ceperat, dimiſiſſe, & ita locum haberet illa Jordanis & librorum veterum γραφή. Sane conſenſum hunc librorum parvi pendere non poſſum, nec dubito quin verior ſit lectio, *cepiſſet*. Sic enim hæc procedunt: *Cum magnam vim juventutis, duceſque ipſos, aut cepiſſet, aut haberet in vinculis*. Prius ad prius refertur, ſecundum ſecundo convenit Ita enim accipiendum, ac ſi ſcripſiſſet: Cum magnam vim juventutis cepiſſet, duceſque ipſos haberet in vinculis. Multos ex juventute captivos abduxerat, duceſque habebat in vinculis. Solos duces in vinculis habitos ſignificat.

23. *Par tantæ calamitatis*] Ita Jordanis & Nazarii libri. Uterque autem Palatinus: *calamitati*. Nec aliter legendum, quamvis aliter viſum ſit Grutero noſtro. Ridiculum enim cenſeo, componi Regulum cum calamitate quaſi gladiatorem. Par fuit illi calamitati, quem non infregit illa calamitas.

VARIORUM.

23. *Calamitatis*] Ita v. e. quod cur non probem? cum accedat Ms. Vineti, & Pal. pr. ac ſec. nec non Jordanes. Vulgatur paſſim, *calamitati*. quod quidem & in Pal. tert. at alterum componit Regulum calamitati, tanquam athletam aut gladiatorem. *Gruterus*.

FREINSHEMII.

22. *Cujus fere magnitudo*, &c.] Vide ſupra, 1,13,8. infra, 3,18,13.

23. *Xanthippum*] Oroſius, 4,9. Xanthippum hunc, regem Laced. cum auxiliis accitum ſcribit: quod verum eſſe, præterquam quod auctores non adſentiunt; ideo etiam non puto, quod non ita ſolebant Spartani, apud Juſtinum, 4,

24 ctus eſt, nec legatione ſuſcepta. Quippe diverſa, quam hoſtes mandaverant, cenſuit; ne pax fieret, nec commutatio captivorum re-
25 ciperetur. Sed nec illo voluntario ad hoſtes ſuos reditu, nec ultimo ſive carceris, ſive crucis ſupplicio deformata majeſtas; imo his omnibus admirabilior, quid aliud quam victus de victoribus; atque etiam, quia Carthago
26 non ceſſerat, de fortuna triumphavit? Populus autem Romanus multo acrior infeſtiorque pro ultione Reguli, quam pro victoria fuit.
27 Metello igitur conſule ſpirantibus altius Pœnis, & reverſo in Siciliam bello, apud Panormum ſic hoſtes cecidit, ut ne amplius eam inſulam

4, 6: *Syracuſani auxilium a Lacedæmoniis petiverunt. Mittitur ab his Gylippus, ſolus quidem.* Sic Archidamus Tarentinis miſſus; ſic aliis alii. Qua vero ratione Regulum Xanthippus vicerit, memorat Frontinus, 2, 2, 11. ubi vide. Item Diod. 22, 12.

SALMASII.

24. *Ne pax fieret, ne commutatione captivorum reciperetur*] Melius quod eſt in Nazariano & Jordaneis: *Ne pax fieret, nec commutatione captivorum reciperetur.* Lege etiam: *commutatio.*

27. *Ut nec amplius eam inſulam concitarent*] Lege primum: *Ut ne amplius.* Sic enim legunt optimi libri. Pro *concitarent* divinarat doctiſſimus Lipſius, *cogitarent*, optima ſane cogitatione. Sic enim etiam ſupra legerim: *Affectabat autem ut Romanus, ita Pœnus, Siciliam, & eodem tempore paribus uterque votis ac viribus imperium orbis cogitabat.* Conjecturæ Lipſii plane ſuffragatur optimus ille Divi Nazarii liber, qui plane *cocitarent* exhibet. *c* pro *g.* ut in eodem, *ceſſit* pro *geſſit*, *recirare* pro *regirare*, & ſimilia eodem modo ſcripta, ut multis locis obſervavimus Nec aliter olim lectum fuiſſe in Flori libris ex Jordane colligi poteſt, apud quem ſcribitur: *adgredi cogitarent.* Quis non videt illud *adgredi*, additum ab ipſo Jordane, qui non capiebat uſitatum veteribus hoc loquendi genus?

FREINSHEMII.

24. *Ne pax fieret*] Liv. 22, 23. 5.

25. *Voluntario ad hoſtes ſuos reditu*] Stupenda ſane conſtantia, & prope ſine exemplo, tradere ſe libidini eorum quos læſeris, cum poſſis domi ſecurus & honoratus agere! Sed nimirum ſenſit Regulus, quod Socratem dixiſſe Epictetus ſine enchiridii ſignificat; *Occidere me poſſunt, lædere non poſſunt.* Quam vocem cum factis imitatus eſt Thraſea apud Xiphilinum; *Nero me occidere poteſt, perdere non poteſt.* in hac doctrina to-

tus

Digitized by Google

ſulam cogitarent. Argumentum ingentis vi- 28
ctoriæ, centum circiter elephantorum captivitas, ſic quoque magna præda, ſi gregem illum non bello, ſed venatione cepiſſet. Ap- 29
pio Claudio conſule, non ab hoſtibus, ſed a diis ipſis ſuperatus eſt, quorum auſpicia contempſerat; ibi ſtatim claſſe demerſa, ubi ille præ-

tus eſt Seneca de conſtantia ſapientis, & de tranquillitate animi.

Crucis ſupplicio] Vide Appian. de bell. Punic. in orat. P. Lentul. Item Livii Epit. 18. Simile quiddam huic hiſtoriæ legas in Elmacino, pag. 148.

27. *Ut nec amplius eam inſulam concitarent*] Ita edidit diligentiſſimus Vinetus, nec alter v. e. aut manuſcript. Lipſii: qui rectum cenſebat dict. cap. 19. *cogitarent*: admodum veriſimiliter, proletariæ edd. *ut ne amplius ea inſula concitaretur*. Pall. ſtant a vulgata, niſi quod Naz. habeat, *ut ne amplius eam inſulam concitarent*, ſuperſcriptumque *vo.* tanquam voluiſſet legi *vocitarent*. Gruterus. Lipſii lectionem etiam Salmaſius probat & ſtabilit lectione Naz. & Jordanis.

SALMASII.

28. *Sic quoque magna præda, ſi gregem illum, non bello*] Scribendum ex veteri editione, & libris chirographis: *ſic quoque magna præda, ac ſi gregem illum*, &c. Id firmat Jordanes, qui, more ſuo, ſubtile & breve loquendi genus adtextis ſuis pannis amplians, ſcribit: *ſic quoque magnas prædas agit, ut ſi gregem illum*, &c.

29. *Publio Claudio*] Jordanes, & omnes libri: *Appio Claudio*. Ita in ſuis legerat Vinetus. Aliis tamen ſcriptoribus dicitur *Publius*.

VARIORUM.

28. *Si gregem*] V. e. proponit, *ac ſi gregem*: quod idem in Pal. ſec. ac tert. item a manu ſecunda in prim. ſed ea ſcriptura recepta, perit omnis vis, omnis gratia ſententiæ. *Gruterus.*

FREINSHEMII.


28. *Centum circiter elephantorum*] Præter citatos de hac re lege Frontin. 1, 7, 1: Plin. 7. 43. De numero varie ſcribunt. Plin. 8, 6. dicit fuiſſe CXLII. Oroſ. 4. 8. (& Adonis Chronic. ſub anno 4446.) CIV. Hoc autem factum eſt anno DII. ab U. C. Plin. 8, 6. *Camers.* Epit. Liv. 19. item Seneca, de brevit. vitæ, cap. 14.; & Zonaras, tomo ſecundo, CXX. captos ſcribunt: Eutrop. CXXX: Dionyſius, CXXXVIII. Egregiam multitudinem fuiſſe, quamvis non indicato numero, ſignificat Sidonius, carm. 2, 374.

29. *Ibi ſtatim claſſe demerſa, ubi*, &c.] Liv. 19, 2: Plin. 2, 21, 5. De auſpiciis contemptis vide etiam Tacit. H. 1, 89, 4. Inter cetera, quæ de vindicta Deorum obſervarunt veteres, annotarunt etiam, locum ſceleris & pœnæ eundem ſæpe fuiſſe, ut certius appareat, non caſu tales eveniſſe clades, ſed in ultionem delictorum. Exempla ſunt compluria, quæ tamen omnia intelligas ex uno iſto apud Joſephum, 13, 19. ubi ſanguis Ariſtobuli fortuito effunditur loco eodem,

præcipitari pullos juſſerat, quod pugnare ab
30 his vetaretur. Marco Fabio Buteone conſule,
claſſem hoſtium in Africo mari apud Ægimu-
rum, jam in Italiam ultro navigantem cecidit.
31 Quantus o tunc triumphus tempeſtate inter-
cidit, quum opulenta præda claſſis, adverſis
acta ventis, naufragio ſuo Africam & Syrtes,
omnium imperia gentium, inſularum littora,
32 implevit! Magna clades, ſed non ſine aliqua
principis populi dignitate; interceptam tem-

pe-

eodem, qui fraterno cruore rubebat. Etiam nobile eſt Achabi & Nabothi. Plura vide apud Lactant. 2, 8: Leunclav. annal. Turc. pag. 74. Val. Max. 1, 1, 19: Dion. lib. 51. pag. 513. Pauſan. pag. 102. pr.



Præcipitari pullos] *De pullis paſcentibus (qui in antiqui epitaphii marmore Romæ videntur) erudita plurima collegere* Roſinus, Ant. Rom. 3. lib. 10. cap. Kippingus, Ant. Rom. 1. lib. 12. cap 9. art. & Paſſenrode, Milit. Vet. 6. lib. 1. cap. 357. pag.

FREINSHEMII.

30. *Apud Ægimurum*] Vide Diodor. 22, 12: Liv. Ep. 118: Polyb. 1, 37, 39.

VARIORUM.

31. *Opulenta præda, claſſis*] Ut Virg. dixit, Æn. 1, 451, templum Junonis,

—— *Donis opulentum & numine divæ.* Vinetus.

32. *Interceptam tempeſt: victoriam*] Sic Vinetus, ſic v. e. & recte. vult enim eo tolerabilius damnum,

num,

peſtate victoriam & triumphum periiſſe nau-
fragio; & tamen, quum Punicæ prædæ om-
nibus promontoriis inſuliſque fruſtarentur &
fluitarent, populus Romanus & ſic triumpha-
vit. Lutatio Catulo conſule tandem bello fi- 33
nis impoſitus apud inſulas, quibus nomen
Ægates: nec major alias in mari pugna; quip- 34
pe commeatibus, exercitu, propugnaculis, ar-
mis gravis hoſtium claſſis, & in ea quaſi tota
Carthago: quod ipſum exitio fuit. Romana 35
claſ-

num, quod a vi majore proveniſſet, non ab hoſtibus. ante cuſi, *intercepta temp. victorias.* quod ſolum hæret in Naz. *Gruterus.*

SALMASII.

32. *Inſuliſque fruſtrarentur*] Leve eſt, ſed tamen monitu dignum, ſcribi debere, *fruſtarentur*, non *fruſtrarentur*. Aliud eſt *fruſtrari*, aliud *fruſtari*. Hoc a *fruſtum*, illud a *fruſtra*. *Fruſtarentur* autem eſt, fruſtatim diſcerperentur, & lacerarentur. *Fruſtratim* perperam in Nonio legitur, pro *fruſtatim*; eodem errore, quem hoc loco caſtigamus.

Populus Romanus triumphavit] Vetus excuſum, ut ſcimus indicio magni viri, nam illam editionem non vidimus, voculas adjicit: *& ſic triumphavit.* Scripſerim: *at ſic triumphavit.* ita in Jordane legitur, qui Florum verbatim deſcripſit. Nec aliter optimus Nazarianus habet.

FREINSHEMII.

Fruſtrarentur] Ita v. e. ita Pal. ſec. ac tert. nam prim. *fruſtrerentur*: quod non nemini placebit; imo pleriſque, imo omnibus, niſi quibus nullus acutorum guſtus hactenus vulgati non habuerunt illud *fruſtrarentur*, ſive malis *fruſtarentur*, in quibuſdam vero erat ejus loco *alliſa*, *Gruterus.* Illud *fruſtarentur* etiam Salmaſius & Lindenbrog. in Marcellinum malunt.

P. R. & ſic triumphavit] Eleganter, ſciaſque eſſe a primogenia editione, quam firmavit majeſtas cod. Naz. hactenus defuit libris vulgatis *& ſic*: cui tamen non levis ineſt vis ac gratia. *Gruterus.* Porro quæ mea de toto hoc loco ſit ſententia, non verebor ſubjungere, nam ita ſcribendus videtur: *Magna clades, ſed non ſine aliqua principis populi dignitate, intercepta tempeſtate victoria, & triumphum periiſſe naufragio, & tamen cum Punica præda omnibus promontoriis inſuliſque fruſtarentur & fluitarent, Populum Romanum & ſic triumphaſſe.*

Quod ipſum exitio fuit] Adde Livium, 22, 14, 15: Polyb. 1, 60. Ceterum claſſem expeditam, levem, promptam, utiliorem eſſe, quam quæ armis, commeatu, exercitu, propugnaculiſve nimis onuſta eſt; notat Stewechius ad Vegetium, 5, 7. Sic infra, 2, 8, 25. Antiochi apparatus præpeditus magnitudine ſua. & 4, 11, 5. Antonianis navibus *ipſa moles exitio fuit.* Adde Berneccerum ad Suetonium, Aug. 17, 7, t.

claſſis prompta, levis, expedita, & quodam genere caſtrenſis; ad ſimilitudinem pugnæ equeſtris, ſic remis quaſi habenis agebatur; & in hos vel in illos mobilia roſtra ſpeciem viven-
36 tium præferebant. Itaque momento temporis laceratæ hoſtium rates, totum inter Siciliam Sardiniamque pelagus naufragio ſuo operue-
37 runt. Tanta denique fuit illa victoria, ut de exſcindendis hoſtium mœnibus non quæreretur. Supervacuum viſum eſt in arcem muroſque ſævire, quum jam in mari eſſet deleta Carthago.

FREINSHEMII.

35. *Ad ſimilitudinem equeſtris pugnæ*] Homerus naves vocat *equos marinos*, ἁλὸς ἵππυς, Odyſſ. δ. verſ. 708. In pugna ad Actium *erant Cæſariani equitibus ſimiles, modo inruentibus, modo ſe recipientibus*, &c. Dio, lib. 50. in fin. Hoc autem eſt *ad ſimilitudinem equeſtris pugnæ*, ut noſter loquitur, nempe *ſumptis tergis & redditis*, quod eſt in Salluſtianis fragment. quibus adde Arrian. pag. 62. d. Euſtath. apud Rader. in Curt. pag. 112. f. Nautam *aurigam* vocat auctor veteris verſus apud Chariſium:

Typhin aurigam celeris fecere carinæ.

Sic Varro Marcipore: *Hic in ambivio navem conſcendimus paluſtrem, quam nautici equiſones per viam conducerent loco.* Ovid. Triſt. 1, 3, 117:

Aurigam video vela dediſſe rati.

37. *Carthago*] Vide ſupra, 1, 1, 9.

CAP. III.

Bellum Liguſticum.

1 PEracto Punico bello, ſequuta eſt brevis ſane, & quaſi ad recipiendum ſpiritum, re-

SALMASII.

1. B*Ellum Liguſticum*] Optimæ Nazarii membranæ habent: *Bellum Ligurium.* Sic ſane & *Ligurius* lapis a Liguribus dictus, apud quos inveniebant, Theophraſto teſte. Λιγύελον Græci vocant, quod aliis λυγκύελον, quaſi ſit Lyncis urina. Joſepho & aliis vetuſtiſſimis auctoribus vocatur, Λιγύελον a Liguribus populis. Poteſt & legi: *Bellum Ligurum.* Nam & *Liguros* infra dixit pro Liguribus.

VARIORUM.

QUæ hoc capite continentur, ſcribunt Epit. Liv. 20: Eutrop. 3, 1: Oroſ. 4, 11, & 12: Auguſt. Civit. 3, 9. *Camers.*

SAL-

requies. argumentumque pacis, & bona fide ceſſantium armorum, tunc primum poſt Numam clauſa fuit porta Jani: ſed ſtatim ac ſine mora patuit. Quippe jam Ligures, jam Inſu- 2
bres Galli, necnon & Illyrii laceſſebant. ſic deſub Alpibus, id eſt, deſub ipſis Italiæ faucibus gentes, deo quodam aſſidue incitante, ne rubiginem ac ſitum ſcilicet arma ſentirent: deni- 3
que

SALMASII.

2. *Sic de ſub Alpibus*] Legendum unica voce: *Deſub Alpibus, id eſt, deſub ipſis Italiæ faucibus gentes.* Non alium memini antiquiorem hoc Floro auctorem, in quo *deſub* reperiatur compoſitum pro ſimplici *ſub.* Frequens hujus præpoſitionis ſic compoſitæ mentio occurrit in fragmentis Agrimenſorum veterum. *Deſub monte, deſub lapide*, & ſimilia. Sic *deſuper* dixerunt pro *ſuper.*

3. *Denique ita quotidiani hoſtes*] Scripſimus reſpondendum eſſe, in notis, *denique utrique quotidiani hoſtes*: idque recte ſcripſimus. ſed cum tres hic gentes enumeret Alpium incolas, Ligures, Inſubres Gallos, & Illyrios, & tria ſeorſum bella tribus capitibus ex illis conſtituat, Liguſticum nempe, Gallicum, & Illyricum, miror quare dicat, *utrique hoſtes.* ſcio, nos olim, Ligures & Inſubres Gallos conjunxiſſe, & per *utroſque*, Ligures ſive Inſubres Gallos, & Illyrios, intellexiſſe. nunc aliter cenſemus. *utrique* igitur ſunt Ligures & Inſubres, qui quotidiani hoſtes erant Romanorum, & quaſi ἐπὶ θυρῶν adſtabant Romanis. Illyrii, ut paulo remotiores, non ita aſſidui & quotidiani. Stephanus noſter, ut alii nonnulli, Gallos Inſubres, modo κελτικὸν ἔθνος appellat, modo ἰταλικόν. idem de Liguribus. Hoc nobis olim impoſuerat.

FREINSHEMII.

1. *Porta Jani*] T. Manlium Torquatum, C. Atilium Coſſ. nominat Caſſiodorus; Torquatum & Bulbum, tabulæ Græcæ. Qui poſterior in Oroſio perperam Bubulcus, ut in Eutropio Balbus, appellatur. Ambo enim adducunt hos Coſſ. veluti etiam Plutarchus Numa cap. 35. & libro de fortuna pop. Romani cap. 16. ſcribunt enim, his Coſſ. templum Jani Romæ clauſum fuiſſe; id quod poſt Numæ tempora non contigerat. Adſtipulantur Livius 1, 19, 3. Velleius 2, 38, 4. & D. Auguſtinus Civit. 3, 9. annotantes etiam, quam brevis illa a bello quies & pauſa malorum fuerit. Hæc ex Annalibus Vinandi Pighii ſub Anno Urbis DXVIII. Vide infra 4, 12, 64. Emendandus hac in re Varro de L. Lat. lib. 4. pag. 40. § *Tertia eſt Janualis dicta, ab Jano, & ideo ibi poſitum Jani ſignum, & jus inſtitutum a Numa Pompilio ut ſcribit in annalibus L. Piſo, ut ſit clauſa* (vet. cod. *aperta*) *ſemper, niſi cum bellum ſit. Nuſquam traditum eſt memoriæ &c.* Turnebus rejicit lectionem vet. cod. quam ego genuinam puto, & ſic legendum & diſtinguendum: *ut ſit*

que ita cotidiani & quaſi domeſtici hoſtes tirocinia militum imbuebant, nec aliter utraque gente, quam quaſi cote quadam, populus Romanus ferrum ſuæ acuebat virtutis.
4 Ligures imis Alpium jugis adhærentes inter Varum & Macram flumen, implicitoſque dumis ſilveſtribus, major aliquanto labor erat invenire, quam vincere. Tuti locis & fuga, durum atque velox genus,

ſit aperta ſemper, niſi cum bellum eſt nuſquam. Traditum eſt mem.

2. *Nec rubiginem*, &c.] Livius, 39, 1, 1. de Liguribus: *Is hoſtis velut natus ad continendam inter magnorum intervallo bellorum Romanis militarem diſciplinam erat: nec alia provincia militem magis ad virtutem acuebat*, &c. Adde Juſtinum, 7, 2, 6.

SALMASII.

Nec aliter utraque gente, quam quaſi cote quadam] Optimi libri, omiſſa voce *quam*, habent tantum: *quaſi cote quadam*. Unde legerim: *Nec aliter utraque gente quam ſi cote quadam*. Atque ita in Palatinis.

4 *Tutum locis*] *Tuti locis* eſt vetus & vera lectio. Ita etiam diſtinguimus: *tuti locis & fuga, durum atque velox genus, ex occaſione latrocinia magis quam bella faciebat*. In Jordane legas: *tuti ſiquidem locis*. Illud *ſiquidem* eſt ipſius Jordanis.

FREINSHEMII.

3. *Quaſi cote quadam*] Scilicet *ne per otium torpeſceret manus aut animus*.

4. *Invenire*] Infra, 3, 8, 6. de Balearibus: *dilapſi in proximos tumulos, quærendi erant ut vincerentur*. Adde, 3, 10, 14, & 15: & Tac. Agric. 34, 3.

Tuti] Sic Pall. tres editioque vetus non *tutum*, ut poſtea editi. Gruterus. Vellei.] de Rhætis & Vindelicis: *gentes locis tutiſſimas*, &c.

VARIORUM.

4. *Ligures*] Hoc trans Alpes ad Rhodanum uſque occupaſſe olim Galliam Narbonenſem, itidem ut a Varo, qui Galliæ & Italiæ terminus erat, ad Arnum Italiam conſtat: quare impedite admodum noſter & obſcure de bello Liguſtino tradidit, dum ſcribit, bellatum cum Liguribus, qui in Italia inter Varum & Macram flumen habitant, quo loco Ingauni & Intemelii ab aliis cenſentur; utpote qui maritima a Nicæa ad vada Sabatia habitarunt; quando paullo poſt, dum enumerat Liguſtinos bello ſubactos, eos quoque cum iſtis confundit, qui trans Alpes ultra Varum partim mediterranea, partim maritima, in Gallia Narbonenſi habebant; *Deceates* enim ad Vari oſtia, *Oxybii* iſtis orientales, ad oram Gallici maris habitabant, eſtque ibidem portus *Oxybius*, a vicina ejuſdem nominis gente dictus Straboni, lib. 4. *Euburiates* autem Plinius citra Alpes in Liguria numerat. nam quod *Salyes*, ſive *Salvios*, hic etiam aliquot exemplaria recenſent, mendum eſſe credibile eſt: Salvios, enim bello Allobrogico, & primos trans Alpes arma Romanorum expertos, & tunc primum

genus, ex occaſione magis latrocinia, quam bella faciebat. Itaque quum diu multumque 5 **eluderent Salyi, Deceates, Oxybii, Euburiates,**

mum in ditionem a C. Sextio Calvino redactos, Florus, 3, 2, 3: Strabo, libro 4. pag. 140. teſtantur. Epitoma Livii, 61. addit, victa Salviorum gente C. Sextium coloniam *Aquas Sextias* condidiſſe; triumphaſſe autem conſtat de Salviis, anno DCXXXI. *Stadius.*

SALMASII.

5. *Itaque cum diu multumque eluderent*] Reperio *eluderet*, in omnibus veteribus. Iidem, *ſaltus* non *ſalyi*. Facilis mutatio τοῦ *ſalyus* in *ſaltus*. Mihi conſtat numero ſingulorum hanc periodum concepiſſe Florum. Itaque ſcripſerim; *itaque cum diu multumque eluderet Salyus, Deciates, Oxybius, Euburiates, Ingaunus, tandem Fulvius latebras eorum*, &c. In optimo libro, *Euburiatas* pro *Euburiates* legitur: & *Incognitas* pro *Ingaunus*. *A* pro *a* perpetuum in illis membranis, ut in aliis quas vidimus. ſcripſerat Florus, *Ingaunitas* vel *Ingunitas*, hoc eſt, ἰγγαυνίτης. ut *Euburiatas*, εὐβουριάτης. aliis dicuntur *Ingauni*, non *Ingaunitæ*. *Deciates* eſt Δεκιήτης. Alias *Deciatæ* ſcribendum fuiſſet. Ita de ceteris. Stephanus noſter: Δεκίητον πόλις Ἰταλίας, τὸ ἐθνικὸν Δεκιήτης, ὡς Ἀρτεμίδωρος ἐν γεωγραφουμένων. Galliam vocarunt veteres, & Græci præcipue, totum illum Ligurum tractum, ut & ipſi Ligures, Inſubres Galli dicti. Italiam tamen etiam appellarunt Ciſalpinam illam Galliam Romanorum. Qui Σάλυες Græcis, hi ſunt *Salyi* vel *Salui* Latinis. Jordani in vetuſtis membranis, *Saluvii*, ut *Saus*, *Savus*, *Drauus*, *Dravus*,

ſic *Saluus*, *Saluvus*, & *Saluvius*. Jordanes corruptiſſimus eſt, in vulgatis editionibus hoc loco, quem liceat emendare ex iis quæ heic diximus. Stephanus in voce Σάλυες. Σάλυες, inquit, ἔθνος δυτικὸν πολεμῆσαν Ῥωμαίοις ὡς χάραξ ἐν δεκάτῳ χρονικῶν. Potuit ita ſcribere Stephanus. Nam illæ nationes, ut & tota Italia plane δυτικὴ eſt. Sed omnino corrigendum Λιγυστικόν. Nos de iſtis alibi pluribus. Scripti Jordanis Codices nulla littera minus hunc locum ſic præferunt: *Cum diu multumque eluderent Saluvii, Decilates, Oxunii, Buriates, Ingauni.* Numero multitudinis horum nomina populorum extulit, quos Florus ſingulariter expreſſit. Ingaunorum Ligurum non rara mentio apud Livium occurrit; qui & Apuanorum Ligurum & Intemeliorum inſuper meminit, qui heic non nominantur.

FREINSHEMII.

5. *Diu multumque*] Strabo lib. 4. pag. 140. *Romani bello per XXC annos tracto, vix obtinuerunt, ut XII. ſtadiorum amplitudine publica via pateret*, &c.

Eluderent Salyi, Deceates &c.] Repræſentare libuit lectionem Vineti. variantes lectiones Mſſ. videantur in caſtigationibus ejus, v. e. ſervat: *eluderet ſaltus detrate. buriates ſexule. incognitas tandem &c.* quæ examinare non eſt iſtius temporis, non magis quam Pall. differentias, quorum præcipuus habet; *eluderet ſaltus, deciateſexubile buriatas incognitas tandem.* Gruterus. His ex lectionibus (*eluderet*, & *ſaltus*, unde facilis

tes, Ingauni, tandem Fulvius latebras eorum ignibus ſepſit: Bæbius in plana deduxit: Poſthu-

cilis in *Salyus* mutatio) conſtare ſibi Salmaſius ait numero ſingulorum hanc periodum concepiſſe Florum. itaque ſcribere ſe; *eluderet Salyus Deciates &c.* De Salys vide infra, 3, 2, 4.

SALMASII.

Ignibus ſepſit] Jordanes: *igni ſepſit.*

FREINSHEMII.

Latebras eorum ignibus ſepſit] Vide infra, 3, 10, 6, 1.

In plana deduxit] Adde, infra, 3, 5, 28.

VARIORUM.

Fulvius] Æque impeditum hoc eſt de Fulvio, atque præcedentia, nec enim ſatis liquet, quiſnam Fulviorum, de quo loquitur, fuerit; Varii enim Fulvii cum Liguribus bella geſſerunt. Propior eſt conjectura (eſt enim divinandum, quia rerum cum Liguſtinis geſtarum hiſtoria apud noſtrum Florum impeditiſſima eſt, & ab aliis ſcriptoribus diverſa) Q. Fulvium Flaccum fuiſſe de quo loquitur, qui anno DLXXIV. Coſ. de Liguribus triumphaverit, etiamſi magis gratiæ, quam rerum geſtarum magnitudini datum fuiſſe Livius, 40, 58, 1. teſtetur: tamen ipſum per devios ſaltus, per invios montes, impeditas valles, cum exercitu tranſgreſſum; acie hoſtem viciſſe, caſtris exiiſſe, ex collibus in campeſtrem agrum deduxiſſe, præſidiaque montibus impoſuiſſe, Livius, lib. 44. teſtatur. Apuanos etiam Ligures, qui ad Macran. flumen habitabant, in deditionem acceptos ad 7000 hominum in naves impoſita præter oram Etruſci maris Neapolim tranſmiſit. indeque agrum ipſis inter populares in Samnio dedit. Victos etiam fuiſſe a Fulvio Nobiliore Ligures Alpinos & Veliates in Capitolinis triumphis extat. Veliates autem inter Ciſalpinos Ligures numerat Plinius, 3, 5, & 15. *Stadius.*

Bæbius] Cn. & M. Bæbios Tamphilos (aut Pamphilos) fratres cum Liguribus rem geſſiſſe in Conſulatu, quorum iſte collegam Corn. Cethegum anno DLXXIII. ille anno ſuperiore Æmilium Paullum habuerit, ex priſcorum monumentis colligo; & M. de Liguribus triumphaſſe. Apuanos autem Ligures Cornelius & M. Bæbius victos & in deditionem acceptos, e montibus in campeſtres agros cogunt; traductique ſunt ex Liguria in Samnium (eo conſilio ne latebras & invios ſaltus repeterent ad rebellionem) 40000 liberorum capitum cum feminis pueriſque publico ſumptu, in agrum Tauraſinorum, quem de Samnitibus Romani ceperant, vocatique ſunt a ducibus iſti Ligures Bæbiani & Corneliani, qui in hoc Samnitium tractu a Plinio recenſentur; quare de hoc Bæbio loqui Florum veriſimile eſt. Cn. namque Bæbium ad comitia Romam reverſum, cum L. Æmilius interea cum Liguribus Ingaunis proſpere dimicaverit, teſtatur Livius, 40. 17, 8: & 40, 28: & Æmilium de iiſdem triumphaſſe Capitolinæ tabulæ produnt, anno DLXXII. *Stadius.*

Poſthumius] Collegam intelligit Calpurnii Piſonis, qui vitricus fuit Fulvio Flacco: quique Piſoni in magiſtratu mortuo ſucceſſit, anno DLXXXIII. etſi tres fuerunt Coſſ. L. A. Sp. Poſthumii qui bellum Liguſtinum ſortiti fuerint; tamen Livius, 40, 41, 3. de iſto diſerte refert, quæ ad Flori relationem

humius ita exarmavit, ut vix reliquerit ferrum, quo terra coleretur.

nem conveniunt, cum ita inquit; *Ab A. Poſthumio Montanorum Ligurum vineæ cæſæ ſunt, frumenta deuſta; donec cladibus omnibus belli coacti ad deditionem venerunt, armaque tradiderunt.* Stadius.

FREINSHEMII.

Ut vix reliquerit ferrum, &c.] Inter cetera continendis gentibus inventa, hoc etiam fuit: ut ferro privarentur, niſi quantum agrorum cultus poſceret. Ita Philiſtiim cura effectum eſt, *ut non inveniretur enſis & lancea in manu totius populi, qui erat cum Saule & Jonatha, excepto Saule & Jonatha*, 1 Samuel. 13,22. Etiam inter conditiones pacis cum Porſena hanc fuiſſe ex Plin. 34, 14, ſupra, 1, 10, 2. notatum eſt. Vide etiam infra, 2, 18, 6.

CAP. IV.

Bellum Gallicum.

1 GAllis Inſubribus, & his accolis Alpium, animi ferarum, corpora plus quam humana erant: ſed experimento deprehenſum eſt,

FREINSHEMII.

DE hoc bello ſcribunt Epit. Liv. 20. Eutrop. 3, 1: Oroſ. 4, 13: Auctor de vir. illuſtr. cap. 45: Euſeb. lib. temp. Plura Plut. Marcello, cap. 7, &c. Sane in hoc bello P. R. ſociorum Latinique nominis 300000 armatorum habuiſſe dicitur. Epit. Liv. 20: Plin. 3, 20. dicit, equitum 80000. peditum 700000. ſine externis ullis auxiliis, atque etiam ſine Tranſpadanis. *Camers.* Lege Polyb. 2, 24.

1. *Sed experimento deprehenſum eſt*] Si ulla velificaretur auro libri Ms. pronuntiarem quadrigam iſtam verborum ſpuriam; quod appareret magis, ſi *ſed* mutaretur in *ſcilicet*. poſſunt tamen aliquid habere ſenſus, ſi vox prior transformetur in *id* &c. *Gruterus.* Mihi ſequentia potius ſuppoſititia videntur, ipſiſſima enim verba ſunt Livii 10, 28, 4. quæ ſtudioſo cuidam, ut fieri ſolet, promptum fuit in marginem adlinere. quomodocunque enim, retentis iſtis, mutemus aut interpretemur reliqua, nullus ſequetur ſenſus commodus. Itaque quibus iſta ſententia probatur, ita ſcribent: *Sed experimento deprehenſum eſt, Alpina corpora humenti cælo educata, habere quiddam ſimile nivibus ſuis, quia &c.* niſi cui forte placeat Camertis emendatio, *quod*, pro, *quippe* reſcribentis.

SALMASII.

1. *SEd experimento deprehenſum eſt, quippe ſicut primus eis impetus*] Hæc invicem non cohærent. Et turbant hoc loco verba iſta, *Sed experimento deprehenſum eſt.* Quæ nec cum præcedentibus, nec cum ſequentibus, conveniente ſenſu necti poſſunt. Gallis, inquit, Inſubribus & his Alpium accolis, animi ferarum, corpora

eſt quippe ſicut primus impetus eis major quam virorum eſt, ita ſequens minor quam feminarum.
2 Alpina corpora humenti cœlo educata,

pora plus quam humana erant, hoc eſt, ultra ſtaturam hominum enormia. Addit ſtatim: *Sed experimento deprehenſum eſt, quippe ſicut primus impetus eis major quam virorum eſt, ita ſequens minor quam feminarum.* Hoc nempe experimento deprehenſum eſt, eos primum impetum habere majorem virili, ſecundum minorem muliebri. Sic ſane intelligendum. Sed ipſa conſtructio ſatis ſana non eſt. Hac re motus vir eruditus, quatuor illa verba turbantia tollebat: *Sed experimento deprehenſum eſt.* Quod ſi feceris, verba tum cohærebunt, ſententia ipſa diſcrepabit. Gallis, inquit, corpora plus quam humana, animi vero ferarum. Cauſam deinde ſubjunget: *Quippe primus impetus eis major quam virorum, ſequens minor quam feminarum.* Hoc nihil jam ad beſtias, cum ejuſmodi feris non ſolum primi impetus ferociſſimi ſint, ſed etiam ſequentes, ſed etiam ultimi. Immo multæ ex his in ferrum ſponte ſua ruunt, nec ante ferociam animorum deponunt aut impetus ardorem, quam exſpiraverint. Non propterea igitur hoc illis accidit, ut poſt primos impetus elangueſcant, quod animos ferarum habeant. Nam pleræque feræ tales non ſunt. Ceterum placebat etiam eidem viro docto, verba hæc quatuor retinenti, ſcribere: *Id experimento deprehenſum eſt.* Sed res eodem recideret. Hic nempe ſenſus eſſet: Gallis animos ferarum eſſe. Idque experientia comprobatum. Quippe primum impetum eis eſſe majorem virili, ſequentem minorem femineo. Inde ſemper concluderetur, tales feris animos eſſe. Quod non de omnibus verum eſt, immo falſum in plurimis. Putem ego potius una ſyllaba addita, quæ exolevit ob ſimilitudinem præcedentis, ſcribendum: *Sed id experimento deprehenſum eſt: quippe ſicut primus impetus eis major quam virorum eſt, ita ſequens minor quam feminarum.* Sequens periodus non reddit cauſam ejus rei, quæ in præcedente continetur, ſed eam potius corrigit ab experientiæ documento. Gallis dixerat animos ferarum eſſe ac corpora majora humanis. Mox ſe corrigens, experimento deprehenſum eſſe dicit, ex bellis plurimis, quæ cum eis Romani geſſere, primos quidem impetus habere belluarum, & majores quam virorum, ſequentes vero minores quam feminarum. Hic igitur non habuere ferarum, quæ ad extremum ſpiritum eumdem ſervant ferociæ & immanitatis tenorem, haud minus concitatæ ſecundo impetu quam primo.

Primus impetus eis major, quam virorum eſt] Hoc habet ex Livio, lib. X. qui non de Gallis Inſubribus id dictum memorat, ſed de Senonibus. De his enim ibi loquitur: *prima eorum prælia pluſquam virorum, poſtrema minus quam feminarum eſſe.* Item ibidem: *Gallos primo impetu feroces eſſe; quos ſuſtineri ſatis ſit.* In eamdem ſententiam libro V. de Gallis in univerſum pronuntiat, *naturam eis animos & corpora magna magis dediſſe quam firma.*

FREINSHEMII.

2. *Alpina corpora*, &c.] Docent Philoſophi locatum conſequi locorum

eata, habent quiddam ſimile nivibus ſuis: quæ mox ut caluere pugna, ſtatim in ſudorem eunt; & levi motu, quaſi ſole, laxantur. Hi ſæpe & alias, ſed Britomaro duce, *non prius ſoluturos ſe baltea, quam Capitolium aſcendiſſent*, juraverant. Factum eſt. Victos enim Æmilius in Ca- 3

corum conditiones. Hinc ait Porphyrius, locum eſſe generationis principium, quemadmodum & patrem. Lege Cicer. lib. de fato, cap. 4. Plin. 8. 58: Serv. Æn. 6, 724: Propert. 2, 3: Virg. Georg. 1, 57. *Camers.* Multa hoc genus congeſſit Creſollius, vacat. Autumn. lib. 1. cap. 3. ubi vide.

SALMASII.

2. *Quiddam ſimile cum nivibus ſuis*] Melius, ut opinor, in Nazariano legitur ac vetuſtiſſimis Jordaneis: *quiddam ſimile nivibus ſuis.*

Ut caluere pugna, ſtatim in ſudorem eunt] Sic Livius, lib. XXXIV, *mollia & fluida Gallorum corpora eſſe* dicit, eoque æſtus ac laboris intolerantiſſima. Idem lib. X: *Gallorum corpora, intolerantiſſima laboris atque æſtus, fluere.* Quod Florus heic interpretatur, *in ſudorem ire*, hoc eſt, ſudore diffluere. Nam fluida & mollia corpora levi labore atque æſtu facile in ſudorem eunt. *In ſudorem ire*, ut apud Melam, *in maciem ire*, hoc eſt, maceſcere: *priuſquam in maciem eant.* Apuleius de Deo Socratis: *Ibit in ſenectutem*, id eſt, ſeneſcet. Sic ibi legendum nos alio loco docemus.

VARIORUM.

3. *Britomaro duce*] *Britamaro* quidam antiqui codd. Hoc ego nomen apud Polybium legere non memini, ſed alios iſtorum Gallorum Reges *Concolitanum*, & *Aneroeſtum*, a L. Æmilio victos. *Vinetus.*

FREINSHEMII.

Simile nivibus] Sec recte Pal. pr. non, *ſimile cum nivibus*, ut antea cuſi. *Gruterus.* Salmaſius tamen in Solinum pag. 87. e. tueri videtur illud alterum. Certe ita habent Mſs.

In ſudorem eunt] Qualia corpora *fluxa* appellantur. Tacito H. 2, 32, 4. Liv. 10, 28, 4. *Gallorum corpora intolerantiſſima laboris atque æſtus, fluere.*

3. *Non prius ſoluturos ſe baltea*] Uſitatum veteribus, ubi quid efficiendum ſuſcepiſſent, obſtringere ſe tali voto, quo tanquam aſſiduo monitore urgerentur ad maturandam rem, quam propoſuerant. Germani veteres *crinem barbamque ſubmittebant*, ut ex Tacito, H. 4, 61, 1; & G. 31, 1. liquet. contrarium Argivorum votum, comam non alere, apud Herodot. 1, 82. Similia ſunt, *induſium non mutare*, &c. Tale quidpiam eſt in Actis Apoſt. 23, 12, &c. Claudian. de bell. Get. verſ. 81:

—— patrii nomen juraverat Iſtri,
Non niſi calcatis loricam ponere Roſtris.

Factum eſt] Simile quiddam accidit Amilcari Pœno, Syracuſas obſidenti, apud Diod. 20, 29: & Cicer. de divin. 1, 24: & Val. Max. 1, 7, 8.

In Capitolio diſcinxit.] Lege hiſtoriæ veritatem apud Polyb. 2, 34. Mul-

4 Capitolio diſcinxit. Mox, Arioviſto duce, vovere *de noſtrorum militum præda Marti ſuo torquem.* Intercepit Juppiter votum. Nam de torquibus eorum aureum tropæum Jovi Flami-

34. Multa namque poëtica hic homo interſerit & miſcet. *Vinetus.* Stat tamen a noſtro Zonaras, tomo 2. pag. 68: *Æmilius, Boiis ſuperatis triumphans, captivorum principes armatos in Capitolium perduxit: inſolentiam eorum irridens, quod ſe thoraces non prius exuturos juraſſent, quam in capitolium veniſſent.*

4. *Arioviſto*] Recepi nomen in quod plurima exemplaria conſentiunt. nam alias *Ariobiſto* ſcriptum eſt, indicante Grutero. v. e. habet *Ariojuſto* quod & in Pal. ter. Naz. *Ariovito.* Pal. ſec. *Arnovito.* Vineti Mſſ. *Ariovicum.* Jordanes, *Artobiſtum.* hactenus impreſſi, *Aſtrionico. Aneroeſtum* quidem Polyb. 2, 22. habet. Utrumque certe Celticum eſt nomen; immo unum idemque, ſi Cluverio credimus, Germ. Antiq. lib. 1. cap. 6. in fin.

Torquibus] *Gallos cum auro* [quod in torquibus habebant] *pugnare ſolitos, Torquatus indicio eſt.* Plin. 33, 1. Idque tangit Varro, citatus a Nonio in *Torques.* Ita prælio, quo Marcellus, qui A. U. DLIV. Coſ. fuit, Gallos cecidit, inter alia etiam *aureos torques multos* captos Valerius Antias ſcribit, apud Livium, 33, 22, 9: & apud eundem, 36, 40, 9. Cornelius Coſ. in triumpho de Boiis, *aureos torques tranſtulit mille quadringentos ſeptuaginta.* Nam, auctore Polybio, 2, 17. *opes ſingulorum erant in pecore, vel auro.* Ut nemini mirum videri debeat, *aureum trophæum* ex torquibus eorum ſtatui potuiſſe.

Trophæum] Cujus quidem imaginem ac memoriam expreſſam pulcre videmus in argenteis nummis, ab uno latere repræſentantibus in corona laurea caput Jovis Triumphatoris, laurea item obvinctum: & ab altero Victoriam alatam cum palmæ ramo in ſiniſtra, quæ coronam extendit ſupra trophæum, arboris trunco ſuſpenſum, quod galea pinnata, clipeo rotundo, gladio & ſago Gallico veſtitum & adornatum eſt, cui adſcriptus eſt titulus: C. FLAMINI. C. F. ROMA. Nummi picturam habes in Faſtis Goltzianis. Pighius in Annalibus ad A. U. DXXX. Simile trophæum, devictis itidem Gallis, erexiſſe poſtea Marium, ex Plutarchi Cæſare, cap. 9. Ricquius commentario de Capitolio Romano notat.

Flaminius] Temerarius ille, quem ad Traſimenum cecidit Annibal. Et qui ſicut *ὁ στρατηγὸς τὴν δόκησιν ἄριστος*, idque ſæpe immerito, triumphum conſecutus eſt induſtria tribunorum, cum imperitia ſua victoriam pene prodidiſſet. Auctor Polyb. 2, 31.

5. *Viridomaro*] De hoc nomine Celtico, vide Cluver. Germ. Antiq. lib. 1. cap. 6. Ubi tamen iterum noſtrum perſtringit, ſed nullo jure.

VARIORUM.

4. *Marti ſuo*] Docet Cæſar de bello Gall. 6, 17. Gallos quinque potiſſimum deos coluiſſe, *Mercurium, Apollinem, Jovem, Martem,* atque *Minervam.* Cauſam lege ibidem. *Camers.*

FREINS.

minius erexit. Viridomaro rege *Romana arma* 5
Vulcano promiſerant: aliorſum vota ceciderunt. Occiſo enim rege, Marcellus tertia poſt Romulum patrem Feretrio arma Jovi ſuſpendit.

CAP.

FREINSHEMII.

Rom. arma Vulcano promiſerant] Romanis id uſitatum ex Livio, 8, 30, 9: 38, 23, 11: 41, 12, 4: 45, 33, 1: itemque noſtro, 4, 12, 9. patet. De Barbaris tale votum mihi nunquam lectum. ſævius apud Tacitum, 13, 57, 3. ubi *victores diverſam aciem Marti ac Mercurio ſacravere, quo voto, equi, viri, cuncta viva occidioni dantur.* Scripſi locum, uti volebant Daneſius & Lipſius, alias enim non dubito ſcribendum; *cuncta victa.* nam & veſtes, & arma, quin aurum etiam argentumque perdebatur. Vide Hiſtor. Miſcell. 5, 1.



Marcellus] *Qui, quinquies Conſul, anno DXXXI. de Gallis inſubribus triumphavit, & ſpolia opima Jovi Feretrio tulit, in averſa parte hujus nummi ſignata; quam quares ſuperius ad Cap. 1. Lib. 1. pag. 16.*

FREINSHEMII.

Tertia poſt Rom. &c.] Ita Virg. Æn. 6, 869:

Tertiaque arma patri ſuſpendet
capta Quirino.

Nam prima Romulus, ſecunda Coſſus ſuſpenderant; de quibus exacte Livius, 1, 10, 4, 20 & Epit. 20. Vide etiam ſupra, 1, 1, 10. Apparet hinc Obſequentem, cap. 30. falſum in hac hiſtoria, aut corruptum eſſe; legitur enim apud eum, *capto Viridomaro rege*, cum ſcribendum fuiſſet, *cæſo*.

CAP. V.

Bellum Illyricum.

1 ILlyrii, ſeu Liburni ſub extremis Alpium radicibus agunt inter Arſiam, Titiumque flumen, longiſſime per totum Adriani maris lit-
2 tus effuſi. Hi, regnante Teutana muliere, populationibus non contenti, licentiæ ſcelus addi-
3 derunt. Legatos quippe noſtros, ob ea quæ deli-

FREINSHEMII.

DE hoc bello, & aliis cum Illyriis geſtis, extat liber Appiani, qui *Illyrius* inſcribitur. Lege Livii Epit. 20: Eutrop. 3, 1: Oroſ. 4, 13. *Camers*. Vide etiam Polyb. 2, 8, &c. & Zonaram tom. 2. pag. 67. Quod autem hoc bellum, poſt illud Gallicum Arioviſti deſcribat auctor, cum tamen prius geſtum ſit; facit, ne rerum Gallicarum ſeriem interrumpat, ſicut perpetuo ſolet. Vide infra, 2, 19, 5.

1. *Adriani*] Ita vetuſtiſſima exemplaria, quomodo id mare etiam M. Cicero legitur alicubi appellaſſe. *Vinetus*. Locus Ciceronis eſt epiſt. ad Atticum, 10, 7.

2. *Teutana*] Scriptura hæc eſt Pall. o. veteriſque editionis, itemque Bongarſii MSS. & Jordanis.

Muliere] Videtur abundare vox iſta, præſertim cum ſtatim repetatur, *idque mulier imperabat*. Niſi forte ideo expreſſit auctor, ut innueret *in tantum non modo a libertate, ſed etiam a ſervitute degeneraſſe*, quod de populis femineo dominatui ſubjectis Tacitus, G. 45, 11. ait. Quamvis & olim & hodie potentiſſimique populi muliebrem in imperiis ſucceſſionem admittant.

3. *Legatos*, &c.] Quam ſanctum conſenſu gentium jus legationis ſit; quæque violatores ejus pœnæ conſequantur, vide apud auctores, quos ſupra, ad 1, 18, 5. citavimus. & Salluſt. Jug. 35, 6. Porro legatorum iſtorum nomina variant apud ſcriptores. *Caium & Lucium Coruncanos* Polyb. 2, 8. vocat. *Publicum Junium* & *Titum Coruncanium* Plinius, 34, 6. Appianus, Illyrico, unius *Coruncanii* meminit. Porro & de numero interfectorum controverſia eſt; Plinio duos illos, quorum nomen adnotavimus, occiſos adferente, aliis autem abſolute legatos interfectos dicentibus, numero non addito, quos inter Livius, epit. 20. Oroſius, 4, 13: Eutropius, 3, 1. Polybius minorem natu Coruncanium occiſum ait, quod liberius locutus eſſet. Appianus Coruncanio cæſo, ceteros ſibi manus intuliſſe, idque vivo etiamnum Agrone Teutanæ marito factum.

VARIORUM.

1. *Titium*] Antiqui libri *Ticinum* appellabant, ut Galliæ fluvium, apud quem cæſi primum ab Annibale Romani. Ptolemæi Græca Τίτιον vocant, id eſt, *Titum*. Plinius in extremo libro tertio: *Arſiæ, gens Liburnorum, jungitur uſque ad flumen Titium*. Vinetus.

FREINS-

Digitized by Google

deliquerant, jure agentes, nec gladio quidem, ſed ut victimas, ſecuri percutiunt. præfectos navium, igni comburunt, idque, quo indignius foret, mulier imperabat. Itaque, Cnæo 4 Fulvio Centimalo duce, late domantur. Stri- 5 ctæ in principum colla ſecures, legatorum manibus litavere.

CAP.

FREINSHEMII.

Sed ut victimas, ſecuri percutiunt] Ignominioſo mortis genere. Tangit id Livius, 7, 15, 10: *CCCVII. milites Romanos captos Tarquinienſes immolarunt: qua fœditate ſupplicii aliquanto ignominia populi Rom. inſignitior fuit.* Plura Caſaub. ad Sueton. Aug. 15, 2. *hoſtiarum more mactatos.* quo tamen non pertinet illud ex Livio, 25, 16, 15. citatum. Victimas porro, ſecuri percuti ſolitas, multis exemplis demonſtrat Briſſonius, formularum libro primo, & poſt eum Taubmannus, ad Virg. Æn. 2. 224. Fœditatem autem hujus ſupplicii in cauſa fuiſſe, ut in militem, qui Papinianum mori juſſum, non gladio ſed ſecuri percuſſerat, animadverti juſſerit Caracallus, apud Spartianum cap. 4; & Xiphilinum. conſentiunt Briſſonius in Lexico. Gothofred. ad l. 8. §. 1. de pœn. Caſaub. d. loc. & Lipſius ad Tac. 15, 67, 7.

Idque, quo indignius foret, mulier imperabat] Xiphilinus, in Nerone, de clade Roman. in Britannia: *Quæ clades a muliere illata eſt pop. Rom. ut majore ignominia afficeretur.* feminarum enim juſſa pati, ignominioſum eſt. vide Tacitum, 12, 40, 7. Ne quis autem miretur aſperitatem imperii, audiat eundem Tac. 3, 33, 8. notantem, mulierum juſſa, *pervicacia magis & impotentia* eſſe.

4. *Cn. Fulvio Centimalo duce*] Et collega ejus Poſthumio Albino, ſecundum citatos auctores.

5. *Manibus*] Gentiles credebant dolere manes interfectorum, niſi vindicta levarentur; (Vide, ſi lubet, quæ dicemus infra, 4, 6, 2.) Ideoque hac quoque in cauſa principes Illyrios eadem ignominioſa morte confecerunt. Liv. 3, 58, 12: *Manes Virgineæ mortuæ quam vivæ felicioris* (apparet ſic legendum, non *feliciores*) *per tot domos ad petendas pœnas vagati, nullo relicto ſonte, tandem quieverunt.*

VARIORUM.

3. *Nec gladio quidem*] Pal. pr. ac ſec. *ne glad. quid.* (quam lectionem Salmaſius præfert) tertius cum vulgatis ſentit. *Gruterus.*

CAP. VI.

Bellum Punicum ſecundum.

1 POſt primum Punicum bellum, vix quadriennii requies, ecce alterum bellum: minus

SALMASII.

1. *POſt primum Punicum bellum; vix quadriennii requies*] Vult quattuor tantum annorum ſpatium intercesſiſſe inter Punicum bellum primum & ſecundum. Hoc falſiſſimum. Unde hunc errorem hauſerit noſter, neſcio, in hiſtoria tam clara certaque. Fortean ex his Livii verbis: *His anxius curis, ita ſe Africo bello, quod fuit ſub recentem Romanorum pacem, per quinque annos, ita deinde novem annis in Hiſpania augendo Punico imperio, geſſit, ut appareret, majus eum, quam quod gereret, agitare in animo bellum.* De Amilcare hæc dicuntur, Annibalis patre, non de Annibale, qui, ſub recentem pacem cum Romanis factam, per quinque annos bellum Africum geſſit, deinde Hiſpanicum per alios annos novem. Hi ſunt anni quattuordecim. Mortuo Amilcare Aſdrubal, Amilcaris gener, octo annos imperium obtinuit, quod puer eſſet Annibal. Annos jam habemus viginti tres a fine Punici primi belli, quo pax facta eſt, uſque ad initium imperii Annibalis. Quin & cum hoc Aſdrubale, dum in imperio fuit, fœdus renovarunt Romani. At ubi dux declaratus eſt Annibal, quaſi ſi mandatum ſibi eſſet bellum cum Romanis, ſtatim ad id ſe comparavit, ac Saguntum in cauſam belli arripuit. Fortaſſe noſter quinque illos annos Africi belli ſomniabundus accepit pro intervallo, quod fuit inter primum ac ſecundum Punicum bellum. Quid enim hæc aliud ſibi volunt? *Poſt primum Punicum bellum vix quadriennii requies, ecce alterum bellum.* Certe poſt Africum bellum, quod ſub recentem pacem Romanorum ab illo ſuſceptum eſt, & quinque annos geſtum eſt, Hiſpanienſe bellum adgreſſus eſt. Sed non cum Romanis iſtud, verum in ea Hiſpaniæ parte geſtum, quæ ſub ditione Romanorum non erat.

VARIORUM.

BEllum ſecundum Punicum, ſcribunt fere omnes, tam Latini, quam Græci. Livius tota decade tertia. Plutarchus in vitis Fabii, Scipionis, Marcelli, Hannibalis, Flaminii. Appianus in Libyco. (Probus in Hannibale.) Auctor de vir. illuſt. cap. 42, 43, 45, 48, 49, 50. Polybius. Eutropius in tertio. Oroſius in quarto. Auguſtinus ſæpe, maxime tamen 3, 19. Civit. Silius Italicus per totum. Quæ ſparſim ſcribuntur ab aliis, ſuis locis adducentur. *Camers.*

1. *Alterum bellum*] Quod initum eſt anno DXXXV. Solin. cap. 2. Idem fere ſentit Oroſius, 4, 14. *Camers.*

FREINSHEMII.

1. *Vix quadriennii requies*] Recte ſatis putat, quatuor fere annos quieviſſe Romanum, a tempore ſcilicet quo Jani porta ſecundum clauſa eſt, Manlio Torquato, & Atilio Bulbo, coſſ. anno DXVIIII. etſi

Digitized by Google

nus quidem ſpatio (nec enim amplius quam decem & octo annos habet) ſed adeo cladium atrocitate terribilius, ut, ſi quis conferat damna utriuſque populi, ſimilior victo ſit populus, qui vicit. Urebat nobilem populum 2 abla-

etſi interea cum Sardis & Corſis ſit bellatum; alioqui, ſi ſupputemus à primo uſque ad ſecundum Punicum bellum, erunt anni intermedii viginti tres. *Stadius*. Sive potius *duodeviginti*, ut Cato computat, Orig. 4. hoc eſt, viginti duo. Nonius in duodeviceſimo. Nam antiqui hoc ſenſu uſurpabant; poſtea duodeviginti dicebantur viginti detractis duobus, hoc eſt, octodecim. quomodo ſæpe Livius, Tacitus, alii. Hinc corrigendum puto Frontinum de limitibus in princ. & ſcribendum: *Quare Decumanus non a decem potius, quam a duobus, vocatur; cum omnis ager eo fine in duas dividatur partes? ſed ut Duopondium & Duodeviginti, quod dicebant antiqui, nunc dicitur Dupondium & Deviginti; ſic & Duodecumanus factus eſt Decumanus.*

SALMASII.

Similior victo ſit populus, qui vicit] Livii ſimia hoc etiam ab illo mutuatus & imitatus eſt. Sic enim ille, initio lib. XXI. de hoc ipſo bello Punico: *Et adeo varia belli fortuna, ancepſque mars fuit, ut propius periculo fuerint qui vicere.*

2. *Pudebat nobilem populum*] Si ita loquatur Florus, ut loquentem eum fecere correctores, vix Latino cœlo natum putem. An, quæſo, hoc eſt Latine loqui, *pudebat nobilem populum ablatum mare?* Dicerem ego, *pudefaciebat, in pudorem dabat, nobilem populum ablatum mare*. Aut, *pudebat nobilem populum, ablati maris, captarum inſularum*, &c. Veram lectionem dabimus ex ſcriptura Nazariana, quæ habet: *urebat*. Legimus, & diſtinguimus: *Urebat nobilem populum ablatum mare, captæ inſulæ, dare tributa, quæ jubere conſueverat*. Omnia jam recta ſunt, quæ prius claudebant. Si hoc non verum eſt quod poſuimus, quid verum ſit, neſcio. *Urebat nobilem populum, ablatum mare, captæ inſulæ, dare tributa.* Et heic Livium imitatur, ſed ad populum Carthaginienſem tranſtulit, quod ille de Annibalis patre Amilcare dixit: *Angebant ingentis ſpiritus virum Sicilia Sardiniaque amiſſæ. Nam Sicilia nimis celeri deſperatione rerum conceſſa, & Sardinia inter motum Africæ fraude Romanorum, ſtipendio etiam ſuperimpoſito intercepto.* Hic habes omnia quæ expreſſit Florus, ablatum mare, inſulas captas, tributum impoſitum. Scripti autem libri Flori & Jordanis hoc loco legunt, *raptæ inſulæ*, non ut eſt in vulgatis, *captæ*. De Sicilia & Sardinia intelligit, quarum alteram conceſſam dicit ab ipſis Carthaginienſibus, alteram interceptam fraude Romanorum. Utraque certe erepta Carthaginienſibus.

FREINSHEMII.

2. *Urebat*] Sic Vinetus edidit, ex mſſ. haud dubie, ſic Jordanes ſcripſit, & ex Nazar. reſcripſit Salmaſius. elegantius utique quam illud alterum *pudebat*, quocunque modo exponatur. Friſingenſ. 2, 36. videtur legiſſe *urgebat*. potius tamen ille hinc corrigendus eſt.

VARIORUM.

Decem & octo annos] Infra, 3, 5.

ablatum mare, captæ inſulæ, dare tributa, quæ jubere conſueverat. In ultionem puer Annibal ad

2: & Oroſius, 4, 20. dicit XVII. Eutropius in fine tertii ait, hoc bellum finem accepiſſe, poſt annum XVIIII. quam ceperat Appianus dicit XVI. fere. *Camers.*

Similior victo ſit populus, qui vicit] Idem dicit Livius, 21, 1, 3: Silius, 1, 77, &c.

— *Propiuſque fuere periclo,*
Queis ſuperare datum.

Auguſtin. 3, 19. Civitatis. *Camers.*

SALMASII.

Hinc ultionem puer Annibal] Iſtud *hinc* hic tantundem facit, quantum aurum in ſacris, quod liquido jurem extuſum eſſe cerebro correctorum. Vetus liber Nazarii unica voce legit: *inultionem.* Nos duas facimus, & ſcribimus: *In ultionem puer Hannibal ad aram patri juraverat. In ultionem jurare* non ſatis Latine dici putarunt egregii ſufflatores. *Ultionem* quidem *jurare* ſcio Latinum eſſe, nec minus ideo Latinum eſt, *in ultionem jurare,* ut *in verba jurare,* & hujuſmodi. Ita igitur hoc loco ſcribendum, nec quod ſibi perſuaſerunt inſani correctores, hoc ſtatim, ut bene ſanum, recipiendum eſt.

FREINSHEMII.

2. *Dare tributa, quæ jubere conſueverat*] Eo pertinet illud Diviconis reſponſum, apud Cæſ. de bell. Gall. 1, 14: *Ita Helvetios a majoribus ſuis inſtitutos eſſe, uti obſides accipere, non dare conſueverint.*



Puer Hannibal] *Hannibalis imago, ex nummo argenteo, extat apud eundem* Fulv. Urſini.

FREINSHEMII.

Annibal ad aram patri juraverat] Narrat hoc juramentum Silius, 1, 77, &c. *Camers.* De hujus geſtis brevem ſynopſin, & verum judicium lege apud Juvenal. ſat. 10. ubi tamen verſu 150. pro *Rurſus,* ſcribendum aio, *Prorſus.*

VARIORUM.

2. *Ablatum mare*] Hoc ad leges pacis a Romanis primo bello Punico datas, referendum eſt: quas ita fere Polyb., 1, 62. refert: *Pæni Sicilia & omnibus inſulis, quæ inter Italiam & Africam ſunt, excedunto; MCC. talenta in annos* XX.

Digitized by Google

ad aram patri juraverat: nec morabatur. Igitur in cauſam belli Saguntus delecta eſt, vetus Hi- 3

XX. *pendunto*: &c. Livius itidem, lib. 21: Pœni, navali ad Ægates clade accepta, Sicilia & Sardinia ceſſere, & ſe vectigales ac ſtipendiarios fieri paſſi ſunt. *Stadius.*

SALMASII.

Ad aram patri juraverat] Jordanis Codices: *Ad aram patris.* Falſum eſt. Patri enim juravit, non ad aram patris. Vivebat enim adhuc pater, & annorum erat ferme novem ipſe Annibal.

Nec remorabatur] Melius noſtri libri, & in his optimus Nazarianus: *Nec morabatur.* Puer Annibal novennis adhuc patri blandiens, altaribus admotus, tactis ſacris juraverat, ſe, cum primum poſſet, hoſtem fore populo Romano. *Nec morabatur.* Nec in mora erat Annibal. Obſcura tamen hæc brevitas, qualis ferme compendiorum eſſe ſolet. Puer Annibal, novem annos natus, juraverat ultionem patriæ ſuæ & bellum in Romanos. *Nec morabatur*, inquit. Atqui ab illo jurejurando Annibalis, ad illum diem, quo imperium accepit, & dux declaratus eſt, anni ferme cucurrerant ſeptemdecim. Dicere ſane debuit Florus, ex quo die imperium & ducatum exercitus obtinuit Annibal, nullam moram interpoſuiſſe, quin bellum Saguntinis inferret, & per hujus cauſam Romanis. Sic enim recte Livius, quem & heic adumbrare voluit Annæus noſter, ſed vitio brevitatis male expreſſit: *Ceterum ex quo die dux eſt declaratus, velut Italia ei provincia decreta, bellumque Romanum mandatum eſſet, nihil prolatandum ratus, ne ſe quoque, ut patrem Amilcarem, deinde Aſdrubalem, cunctantem caſus aliquis opprimeret, Saguntinis inferre bellum ſtatuit, quibus oppugnandis haud dubie Romana arma movebantur.* Non dubium eſt quin hæc inſpexerit Florus, cum ita hoc loco ſcripſit: *In ultionem puer Annibal juraverat. nec morabatur. Igitur in cauſam belli Saguntus delecta eſt.* Sic hiſtoriæ luci plerumque caliginem offundunt in compendia, quibus nimia brevitas captatur.

3. *In cauſa belli Saguntus deleta eſt*] Verum eſt, *delecta*, non *deleta*: &, *in cauſam*, non *in cauſa.* Delegit Saguntum Annibal, cujus everſio cauſam belli præberet inter ſe & Romanos. Nihil verius hac lectione. Libro tertio de Tribunis: *Scaurum & Philippum reos delegit.* Sequitur: *vetus Hiſpaniæ civitas.* Apud Jordanem legitur: *velut Hiſpaniæ civitas.* Tale quid proculdubio in Flori libris legerat. Vetuſtiſſimus omnium, quos nunc extare cenſeamus, Nazarianus ita habet: *Saguntus delecta eſt us Hiſpaniæ civitas.* S pro *t* in illo optimo libro crebro exaratum notavimus. Igitur ex eo legendum: *Saguntus delecta eſt, ut Hiſpaniæ civitas & opulenta. Ut* in *velut* mutavit Jordanes more ſuo, ut planius eſſet. Quantum illa habeant momenti, *ut Hiſpania civitas*, non ignorabunt, qui aliquid in libris aliquando legerunt, quique hanc hiſtoriam tenent. Quia tamen id obſcurum eſt ex narratione Flori, dilucidius explanandum. Ultimo fœdere cautum fuerat, ut Iberus diſterminaret ditionem Romanorum & Carthaginienſium. Saguntus ultra Iberum quidem, fœdere tamen cum Romanis juncta, & ideo excepta, ne quid in eam liceret Carthaginienſium armis, utque libera maneret inter utriuſ-

Hiſpaniæ civitas, & opulenta, fideique erga Romanos magnum quidem, ſed triſte monu-
4 mentum; quam in libertatem communi fœdere exceptam Annibal cauſas novorum motuum quærens, & ſuis & ipſorum manibus evertit, ut

que populi imperia. Annibal, cui propoſitum erat bellum movere Romanis, ne fœdifragus palam videretur, non Saguntinis arma aperte nec ſtatim intulit, ſed in Olcadum fines, quæ gens ultra Iberum amnem, in ea parte quam Romani non exceperant, exercitum induxit, ut non recta petiſſe Saguntinos, ſed rerum ſerie ducente, finitimis perdomitis, continentia jungendo, ad oppidum ejuſdem regionis ultra Iberum ſitæ oppugnandum quaſi tractus videri poſſet. Ut Hiſpaniæ ergo urbem Saguntum in belli cauſam delegit, id eſt, ejus Hiſpaniæ, quæ ultra finem eſſe imperii Romani, hoc eſt, ultra Iberum amnem. Quod non tacere debuit Florus, rem ſane tanti momenti, ut ſine ea vix intelligi queat, quare dixerit *Saguntum Annibale delectam in cauſam belli, ut Hiſpaniæ urbem.* Non admodum autem veterem fuiſſe urbem Saguntum, ex Livio colligere eſt, qui ſcribit lib. XXI. oriundos quidem a Zacyntho inſula ejus incolas, miſtis ab Ardea Rutulis, brevique in eas opes creviſſe, quantæ tum fuerunt, cum eos expugnare adortus eſt Annibal.

FREINSHEMII.

3. *Igitur in cauſſa belli*] Quid ſi ejiceretur illud *in*? Stadius habet *in cauſſam* ſed alterum reſtat in tribus Pall. quorum primus habet *delecta eſt*. Sed tamen cum ſtatim ſequatur: *quam Annibal cauſſas novorum motuum quærens*, &c. neque ſoleat auctor eandem rem iterare; ſuſpicer locum ita legendum abjectis intermediis: *nec morabatur. Igitur Saguntos delecta eſt, vetus Hiſpaniæ civitas* &c. porro illud *vetus* non eſt mutandum, ſed potius Jornandis *velut* reformandum in *vetus*. frequentiſſime enim illa vox alterius vices ſubit, negligentia librariorum. *Gruterus*. Illud *velut* etiam propter ſequentia, *fideique erga Romanos* &c. locum tueri non poteſt.

Saguntus] Urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, a Zacynthiis condita, diſtabat a mari Balearico ſeptem ſtadiis, ut Polybius, 3, 17; & Livius, 21, 7, 2. numerant. *Stadius*. Hodie putatur oppidum, quod *Moruedre* vocatur.

Vetus Hiſpaniæ civitas] Quippe CC. ante excidium Troiæ annis condita. auctor Plinius, 16, 40. alii *vetus* illud in *velut* mutant: de qua re dictum proxime præcedente nota.

SALMASII.

4. *Et ſuis & ipſorum manibus evertit*] Hæc non intelligebat Jordanes cum reſcriberet: *ſuis & ſuorum manibus*. Tam enim ſuis, quam Hannibalis manibus everſi ſunt Saguntini, qui ſe ſuaque omnia in pyram conjecerunt, nec arbitrium victoris expectarunt. Hoc voluit Florus, nec intellexit Jordanes.

Digitized by Google

ut Italiam ſibi rupto fœdere aperiret. Sum- 5
ma fœderum Romanis religio eſt: itaque ad auditum ſociæ civitatis obſidium, memores icti cum Pœnis quoque fœderis, non ſtatim ad arma procurrunt, dum prius more legitimo queri malunt. Interim jam novem menſibus 6
feſſi fame, machinis, ferro, verſa denique in rabiem fide, immanem in foro excitant rogum: tum deſuper ſe ſuoſque, cum omnibus opibus ſuis ferro & igni corrumpunt. Hujus 7
tantæ cladis auctor Annibal poſcitur. Tergiverſantibus Pœnis, dux legationis, *Quæ*, inquit,

SALMASII.

6. *Ferro & igne*] Si abſque damno chartæ poſſem has duas voces, *& igne*, ſtatim ignibus darem. Has igitur, quantum poſſum, abeſſe jubemus, conſentientibus omnibus libris. Nec enim ignem Hannibal illum admovit, quo cremata eſt Saguntus, ſed ipſi ſuis manibus rogum exſtruxerunt, ut ſtatim ſequitur: *& deſuper ſeque ſuoſque impoſuerunt.* Illæ voces, *& igne*, ex ſequentibus repetitæ: *ſe ſuoſque, cum omnibus opibus ſuis, ferro & igni corrumpunt.* Hinc igitur ſunt tollendæ.

FREINSHEMII.

5. *Summa fœderum Romanis religio eſt*] Sextus Cæcilius JCtus apud Agell. 20, 1. *Populus Romanus e parva origine ad tantæ amplitudinis inſtar emicuit: ſed maxime atque præcipue fidem coluit, ſanctamque habuit, tam privatim quam publice.*

6. *Tum deſuper ſe,* &c.] Saguntinorum cladem præter citatos ſcribit Auguſtinus, 3, 20. Civit. Val. Max. 6, 6, 1. ext. Signanter Silius, libro primo. *Camers.* Exempla ſimilia complura congeſſimus infra, 2, 18, 15.

VARIORUM.

5. *More legitimo*] Hunc morem lege apud Feneſtellam, titulo decimo, ubi plures citavimus. *Camers.*

6. *Novem menſibus*] *Octavo menſe quam captum oppugnari, captum Saguntum*, ait Livius, 21, 15, 2: Polybius, 3, 17. *Stadius.*

Ferro, verſa denique &c.] Sic v e. ſic tres Pall. abſque *& igne*, quod in vulgatis poſt vocem *ferro.* Gruterus.

7. *Dux legationis*] Hi autem legati fuerunt Fabius Pamphilus, & Valerius Publicola. Lege Livium, 21, 18. Eleganter hanc legationem canit Silius, in principio ſecundi. *Camers.*

SAL-

Digitized by Google

quit, *mora eſt* Fabius? *In hoc ego ſinu bellum pacemque porto; utrum eligitis?* Succlamantibus: *Bellum. Bellum igitur*, inquit, *accipite*: & excuſſo in media curia togæ gremio, non

SALMASII.

7. *In hoc ego ſinu bellum pacemque porto*] Sic omnes noſtri. Et ſic Livius, unde hæc ſumpta: *Tum Romanus, ſinu ex toga facto, Hic, inquit, vobis bellum pacemque portamus*. Notandum in his Livii verbis, quod ait, *ſinu ex toga facto*. Antiquæ & illorum temporum togæ ſinus non habebant, qui poſtea duplices facti. Qui igitur ſinum tunc ex toga facere vellet, aut lacinia ejus in humerum rejicienda, aut brachio ſubjicienda fuit; aut quoquo alio modo replicanda. Diſerte profecto Quintilianus obſervat, antiquiorum Romanorum togas ſinus non habuiſſe. Ideo Livius de toga illorum temporum dixit, *ſinu ex toga facto*. Quod non opus habuiſſet dicere de ſuæ ætatis togis, ut nec Florus quidquam tale innuit. Nam ſinum illæ duplicem habuerunt, de quibus nos affatim in Notis ad Tertulliani librum de Pallio. Quod ait mox Livius, *&*, *cum is, iterum effuſo ſinu, bellum dare dixiſſet*, per ſinum effuſum dimiſſam ac laxatam togæ laciniam intelligit, quam in ſinum contraxerat. At Florus, temporum ſuorum togas reſpiciens, pro eo *excuſſum in media curia togæ gremium* dixit. Id eſt, excuſſo ſinu, qui togis tunc temporis adhærens & artificio factus, quomodo pera aut marſupium excutitur, cum evolvitur quod intus eſt repoſitum. Alicui tamen placere poſſet, ut per *effuſum ſinum* accipiamus, quaſi excuſſam illam ſinus, quem ex toga formaverat, capacitatem, ut effunderet bellum, quod in eo Fabius ſe attuliſſe ſimulaverat. Ita ſane accepit & interpretatus eſt hoc loco Florus his verbis: *excuſſo in media curia togæ gremio, non ſine horrore, quaſi plane ſinu bellum ferret, effudit*. Melius quod prius.

Succlamantibus bellum] Diverſus hic abit a Livio ſuo. Non enim, ut bellum daret, ſucclamaſſe Carthaginienſes dicit, ſed utrum vellet: *Sub hanc vocem haud minus ferociter, daret utrum vellet, ſucclamatum eſt. Et, cum is, iterum ſinu effuſo, bellum dare dixiſſet, accipere ſe omnes reſponderunt*. Nihil tamen in Floro mutandum, ut putavit Lipſius. Nam omnes ſcripti ejus codices ſtant pro vulgata.

Excuſſo in mediam curiam gremio] Jordanes ac ceteri libri Flori meliores: *In media curia*.

FREINSHEMII.

7. *Bellum pacemque porto*, &c.] Ita reſtituo hunc locum, ſuadente & perſuadente, non tam mea vet. ed., etſi & ea quoque, quam ipſo Jordane, & mſ. Vineti, & Memoranis Palatinis. pluribus eum confirmavi in Suſpicionibus. *Gruterus*. Ejuſdem autem ſententiæ eſt epiſtola Q. Fabii, apud Agell. 10, 27: ſimiles quoque Q. Mucii teſſeræ, apud Pompon. in l. 3. § 37. verſ. *deinde* de O. I. quem quidam *Fabium* pro *Mucio* appellant, & eundem ducem hujus legationis Romanæ eſſe putant: ſed nihil temere mutandum cenſet Andreas Alciatus, parergon. 4, 17 Simile quid refert Herbertus, Hiſt. Pol. 4, 4.

FREINS-

non ſine horrore, quaſi plane ſinu ferret, bel-
lum effudit. Similis exitus belli initio fuit. 8
nam, quaſi has inferias ſibi Saguntinorum ul-
timæ diræ in illo publico parricidio incendio-
que mandaſſent, ita Manibus eorum, vaſta-
tione Italiæ, captivitate Africæ, ducum &
regum, qui id geſſere bellum, exitio paren-
tatum eſt. Igitur ubi ſemel ſe in Hiſpania mo- 9
vit illa gravis & luctuoſa Punici belli vis atque
tempeſtas: deſtinatumque Romanis jam diu
fulmen Saguntino igne conflavit: ſtatim quo-
dam impetu rapta medias perfregit Alpes; &
in

FREINSHEMII.

Et, &c. *effudit*] Duas iſtas voces ſpurias pronuntio.

8. *Nam quaſi has inferias* &c.] Non leve momentum habere putabantur pereuntium imprecationes, adverſus eos, qui ſalutem eorum, aut impugnaverant injuſte, aut cum poſſent deberentque, opem ferre neglexerant. Ita & Saguntinis, cum a Pœnis quidem everſi, a Romanis autem deſtituti eſſent; hinc Italiæ vaſtatione, illinc Africæ captivitate, ſatisfactum eſt. Similia exempla Druſi apud Tacit. 6, 24, 5, & 6. Peraitæ Nigri apud Joſeph. de bello Judaico 5, 1. Epimenidis Cretenſis apud Jamblichum lib. 1. cap. 32. pag. 188. Sic Eumenes ab exercitu proditus infit, apud Juſtinum 14, 4, 12. *Ultima nunc ego perfidorum victima, has vobis diras atque inferias dico; ut inopes extorreſque omne ævum in hoc caſtrenſi exilio agatis, &c.* Dum in Juſtino ſumus, abſonum forte non eſt, monere, in hac ipſa oratione legi: *Ipſum denique Alexandrum, ſi fas fuiſſet eum mortali manu cadere, interempturi, quod maximum erat, ſeditionibus agitaſtis.* Nemo, opinor, negabit concinnius reſcribi: *quod proximum erat, ſedit, agitaſtis.* Sic apud Livium 33, 15, 1. *ad rebellandum neque vires neque ducem habebant: proximum bello quod erat, in latrocinium verſi &c.* Idem vitium commiſſum in concil. legum Nicolai de Paſſeribus, pag. 339. p. edit. Colon. ubi lin. 1. habetur *non potuit dolo carere, aut culpa dolo maxima*, pro *proxima*.

9. *Tempeſtas*] Eadem ſimilitudo ſupra, 1, 17, 5.

Medias perfregit Alpes] Tranſitum Annibalis per Alpes deſcribit Silius lib. tert. Virg. Æn. 10. 13. Juven. Sat. 10, 147. Lege Auguſtin. Serv. Livium, Plut. in vita Annibalis. *Camers.* Sic poſt natum Servatorem anno MCDLXXVII. *Turci per abrupta & invia Alpium non ſine admiratione eorum, qui poſtea illius itineris veſtigia obſervarunt, in Germaniam irrupere.* Sabellicus Ennead. 10. lib. 7. Et per eaſdem Franciſcus I. Gallorum Rex, *inuſitatum iter curulibus tormentis aperuit.* Jovius in Leone X. quo

in Italiam ab illis fabuloſæ altitudinis nivibus, 10 velut cœlo miſſa, deſcendit. Ac primi quidem impetus turbo inter Padum & Ticinum valido ſtatim fragore detonuit. Tunc Scipione duce fuſus exercitus. ſaucius etiam ipſe veniſſet in manus hoſtium Imperator, niſi protectum patrem prætextatus admodum filius ab ipſa

X. quo etiam nuper uſus Ludovicus ille Juſtus Galliæ Rex. Eleganter autem utitur auctor voce *perfregit*; nam aceto maceratas rupes & igni domitas demum ferramentis amolitus eſt. priore modo (aceto) quidam proditores Eleutheram Cretæ urbem Metello expugnabilem reddiderunt, apud Dionem libro 36. pag. 9.

SALMASII.

10. *Prætextatus admodum filius a morte rapuiſſet*] Quaſi prætextatus nomen ſit ætatis, ita dicit, *admodum prætextatum*, ficut aliquis dicitur, admodum puer, admodum adoleſcens. Hoc ſenſu *admodum prætextatus* idem ſignificaret, quod *admodum puer*. Prætextatior quippe is intelligitur, qui ab hoc habitu deponendo per ætatem longius diſtat. Ut *puer admodum* is capiendus eſt, qui longius abeſt ab egreſſu pueritiæ. At Livius hunc Scipionem, qui patrem a morte ſervavit, tum primum pubertatis annos attigiſſe oſtendit, quo tempore toga virilis ſumebatur, depoſita prætexta. Verba Livii: *Auxitque pavorem, conſulis vulnus; periculumque intercurſu tum primum pubeſcentis filii propulſatum.* Si tum primum pubeſcebat, in exitu utique erat prætextatæ ætatis, ac proinde non tam prætextatus videri potuit, quam ſi ingreſſus tum eſſet ætatem: qua prætexta ſumitur. Nec illud ſine nota prætereundum eſt, quod huic auctori in hiſtoria ita familiare eſt, ut ſit perpetuum. Ubi duæ incidunt diverſæ opiniones, alterius fere ſemper meminit tantum, eamque ſequitur, quæ minus certa eſt. Ut hoc loco de ſervato conſule duplex fama ferebatur. Una a filio ereptum neci ferebat; altera, a ſervo. Quæ decus in ſervum tranſtulit, eam magis vulgatam fuiſſe Livius teſtatur his verbis, quæ ſic ex vetuſtiſſimo codice legenda ſunt: *Malim equidem de ſervo verum eſſe, quod & plures tradidere auctores, ſed fama obtinuit ſervum.*

Prætextatus admodum] Hoc eſt, admodum puer. Livius *juvenem* vocat, & certe tum primum pubeſcebat, qui finis eſt prætextatæ ætatis. Nec admodum prætextatum fuiſſe oportet, qui tum militabat in contubernio patris.

FREINSHEMII.

10. *Niſi protectum patrem*, &c] Egregio huic facto verſum iſtum Virgilius, Æn. 10, 800. compoſuiſſe videri poſſit:

Dum genitor nati parma protectus abiret.

Porro fallitur forſan memoria Plinius, 16, 4. qui *apud Trebiam* hoc accidiſſe ſcribit. nam pro noſtro auctore eſt & Livius, 21, 39, 10, & ſeqq. capp. Polyb. 3, 64. &c. Silius, 17, 318. Variat tamen idem Polyb. 10, 3. ubi *ad Padum* ait hæc eſſe

Digitized by Google

ipſa morte rapuiſſet. Hic erat Scipio, qui in 11 exitium Africæ creſcit, nomen ex malis ejus habiturus. Ticino Trebia ſuccedit. Hic ſe- 12 cunda belli Punici procella deſævit, Sempronio conſule. Tunc callidiſſimi hoſtes, frigidum & nivalem nacti diem, quum ſe ignibus prius oleoque foviſſent (horribile dictu) homines a meridie & ſole venientes noſtra nos hieme vicerunt. Traſimenus lacus tertium 13 fulmen Annibalis, Imperatore Flaminio. Ibi quoque ars nova Punicæ fraudis. quippe nebula lacus paluſtribuſque virgultis tectus eques,

eſſe geſta. L. Ampelius *apud Liſternum*: an eſt reponendum *Ticinum*?

SALMASII.

11. *Hic erit Scipio, qui in exitium Africæ creſcit*] Livium imitatur, ne quis cenſeat ab alio auctore hæc accepiſſe, aut, dum in his ſcribendis erat, alium conſuluiſſe. Sic enim ille: eadem re memorata: *Hic erit juvenis, penes quem perfecti hujuſce belli laus eſt, Africanus ob egregiam victoriam de Annibale & de Pœnis appellatus.* Ita enim ibi ſcribendum ex auctoritate vetuſtiſſimi codicis. Nam vulgo eſt: *Hic erat juvenis.*

13. *Traſimenus lacus*] Veteres ſcribunt, *Traſumenius*, aut *Traſymenius*. ita apud Quintilianum legendum alibi docebimus, lib. 1. cap. v. & *Tarſumenium pro Traſumenio multi auctores, etiamſi in eo eſt tranſmutatio, vindicaverunt.* Vel *Tarſumenum* pro *Traſumeno*. Hunc locum intelligit. Perperam vulgo legitur *Thraſomenum* pro *Thraſumeno*.

Paluſtribuſque virgultis tectus eques] Hæc ars Punicæ fraudis, qua paluſtribus virgultis tectus eques terga ſubito pugnantium invaſit, non eſt adhibita ab Annibale in hoc prælio ad Thraſumenium lacum, ſed in altero ad Trebiam flumen. In ea quippe pugna, quæ ad Thraſumenum pugnata eſt, nihil aliud fraudis commentus eſt Pœnus, nec aliud curavit, quam ut clauſum lacu & montibus, copiiſque ſuis circumfuſum haberet hoſtem. Eumque ſic circumcluſum militi ſuo ad ſatietatem præbuit cædendum. Vide Livium, cujus hiſtoriam qui cognovit, vix huic ignoverit. At ad Trebiam Magonem fratrem cum equitibus in inſidiis locavit, inter vepres ac virgulta, qui in ardore medio pugnæ ſubito exorti terga præliantium ceciderunt. *Erat*, inquit, *in medio rivus peraltis utrimque clauſus ripis, & circa obſitus paluſtribus herbis, &, quibus inculta ferme veſtiuntur, virgultis vepribuſque.* Hæ paluſtres fortaſſe herbæ fecerunt, ut ad lacum Thraſumenium pugnam transferret noſter. Idem Livius paulo poſt: *Et Mago Numidæque, ſimul latebras*

14 ques, terga ſubito pugnantium invaſit. Nec de diis poſſumus queri. imminentem quippe temerario duci cladem prædixerant inſidentia ſignis examina, & aquilæ prodire nolentes,

bras eorum improvida præterlata acies eſt, exorti a tergo ingentem tumultum ac terrorem fecere. Nihil tale tentatum ad Thraſumenum memorat.

VARIORUM.

13. *Traſimenus lacus*] Lege præter citatos ſupra Cicer. de divin. 1, 35. Val. Max. 1, 6, 6. Advertendum quidem, Flaminium ab Annibale ſuperatum IX. Cal. Jul. Ovid. Faſt. 6, 761. *Camers.*

FREINSHEMII.

12. *Quum ſe ignibus*] Heinſium vide in dedicat. Clementis Alexandrini, ubi de Moſco.

14. *Nec de diis poſſumus queri*] Sic infra, 3, 11, 1: *Nec de fortuna poſſumus queri; caret ſolatio cladis.* Tac. 2, 71, 2: *juſtus mihi dolor, etiam adverſus deos, eſſet.*

Examina] Adde infra, 4, 2, 45.

Aquilæ prodire nolentes] Mali res ominis, quaſi diis expeditionem aſpernantibus. Vide Suet. Claud. 13, 5.

SALMASII.

14. *Inſidentia ſignis examina, & aquilæ prodire nolentes*] Duplex prodigium cladem eam, quæ conſule Flaminio accepta eſt, præceſſiſſe ac prænuntiaſſe vult, examen apum ſignis inſidens, & aquilas prodire nolentes. Duplici quoque prodigio prædictam eam cladem temerario duci prodit Livius, ſed pro examine apum aliud habet, conſulis nempe caſum, ſupra ceſpitantis equi caput evoluti, cum in eum inſiluiſſet. At examen apum pro malo omine fuit Scipioni in eo prælio quod commiſſum eſt inter Padum & Ticinum. Livius lib. XXI: *Nam & lupus intraverat caſtra, laniatiſque obviis ipſe intactus evaſerat, & examen apum in arbore prætorio imminente conſederat.* Sed hæc magni momenti non ſunt, & habere potuit auctorem noſter, qui ſic prodiderit. Et examen iſtud apum ſignis ipſis inſediſſe hoc loco dicit. Quod aliud eſt.

Et aquilæ prodire nolentes.] Qui Romani ac militaris moris rudis eſſet, & hoſpes in lectione auctorum, præcipue hiſtoricorum, quamlibet alias ſagax & acutus, vix divinando aſſequi poſſet, quomodo hoc prodigium factum ſit, ut aquilæ prodire noluerint, adeo impropriis, & alio rem ducentibus, verbis hoc expreſſit Florus. Conti, quibus aquilæ ſuſtinebantur & alia militaria ſigna, in imo ferrati acuminatam habebant cuſpidem, Græci in pilis οὐριαχὸν & σαυρωτῆρας appellant. Ea cuſpide in terram defigebantur eo loco caſtrorum, ubi ſigna reponi ſolebant. Cum caſtra movebantur, aut alias e caſtris educebantur in aciem ſigna, convelli ea neceſſe erat, ut refigerentur. Inter evellendum ab humo, ſi ſponte ſequerentur, & facile extraherentur, bonum omen habebatur. Si tenacius hærerent, & vis major eſſet adhibenda, ut evelli poſſent, pro triſti omine res accipi ſolita. Flaminio pugnam ad Thraſymenum capeſſere paranti hoc prodigium objectum. Livius rem ſic narrat: *Territis omnibus, qui circa erant, velut fœdo omine incipiendæ rei, inſuper nuntiatur ſignum omni vi mo-*

Digitized by Google

tes, & commiſſam aciem ſequutus ingens terræ tremor: niſi illum horrorem ſoli, equitum

moliente ſignifero convelli nequire. At conſul, non turbatus nec territus hoc prodigio, ſignum juſſit effodi, ſi convelli nequiret. Quæ convelluntur, ſolo niſu vehementius agitata & concuſſa extrahuntur, ut pali validius in terram impacti aut defixi. Arbores vero & virgulta, quæ radice viva humo tenentur, convelli non poſſunt, ideo effodi oportet. Quod mirum non eſt, ſi prodigii inſtar obtineat in conti cuſpide in terram defixa quæ effodienda eſt ut evellatur. Sic prodire nolentes aquilæ Flori noſtri explicandæ fuerunt, non ut fecit Gallicus interpres, qui etiam pictas in tela aquilas illas imaginatus eſt.

Niſi illum horrorem ſoli, equitum virorumque diſcurſus] Terræ tremorem, qui contigit cum acies Romana & Punica ad Thraſumenum pugnaret, ex equitum virorumque diſcurſu & motis vehementius armis factum ſibi videri oſtendit his verbis Annæus. Quam ineptiſſimam auſim dicere animo ejus incidiſſe ſuſpicionem. Nullus enim tam horribilis motus ac diſcurſus in ſuperficie terræ fieri poteſt, qui ipſam a fundamentis concutiat ac tremefaciat. Præterea tremor ille terræ non in eo tantum loco factus ubi pugnatum eſt, ſed multas etiam Italiæ urbes magna parte diruit, & curſum fluviorum pluribus locis retro abegit. Livius, lib. XXII. de hac pugna: *Tantuſque fuit ardor animorum, adeo intentus pugnæ animus, ut eum terræ motum, qui multarum Italiæ urbium magnas partes proſtravit, avertitque curſu rapido amnes, mare fluminibus invexit, montes lapſu ingenti proruit, nemo pugnantium ſenſerit.* An veriſimile eſt, tantum terræ motum, & qui tanta terrarum ſpatia concuſſit, ex diſcurſu militum ad Thraſymenum pugnantium, & armorum vibratione validiore, cauſam & ortum habuiſſe? Nonne multo credibilius, mentis emotæ fuiſſe tum Florum, cum hæc ſcripſit? Ne in verbis quidem ſatis ſanus. *Horror* medicis in febri recte vocatur, quo totum corpus fere concutitur, frigore ſub cutem ac per omnes venas didito, unde horror ille gignitur, qui proprie in pilis corporis erigentibus ſe ac capillis horrentibus perſpicitur. φρίκην Græci appellant. Sed & *horrent comæ* poëtis, quas magnus pavor & ſubitus erigit, ne ſolum cenſeas febrile frigus, aut brumale, id facere. Quod & φρίσσειν Græci appellant. unde & φρίκη pro frigore, & antiquum φρῖκος, unde Latinum *frigus.* Quin & *horrere ſeges* eleganter Poëtis dicitur, cum vento impulſa nutantibus tremit cacuminibus. φρίσσειν λήϊον Græci Poëtæ ſimiliter dicunt. At *horrorem ſoli* pro tremore terræ, aut *horrere terram* cum movetur, qui dixerit, neminem adhuc opinor inventum, qui idoneus haberi poſſit Latinitatis auctor.

FREINSHEMII.

Ingens terræ tremor] Quippe *qui multarum urbium Italiæ magnas partes proſtravit, avertitque curſu rapido amnes, mare fluminibus invexit, montes lapſu ingenti proruit.* Liv. 22, 5, 10. Eum tamen neminem pugnantium ſenſiſſe, teſtatur idem citato loco, & Plinius, 2, 84.

SALM.

tum virorumque diſcurſus, & mota vehementius arma fecerunt. 15 Quartum, id eſt, pæne ultimum vulnus imperii Cannæ, ignobilis Apuliæ vicus: ſed magnitudine cladis emerſit & qua-

SALMASII.

15. *Quartum, id eſt, pæne ultimum vulnus imperii*] Quatuor has populi Romani, bello Annibalis acceptas, clades variis nominibus inſignit. Quin & totum illud Punicum bellum gravem ac luctuoſam tempeſtatem fuiſſe dicit. Hujus primi impetus turbinem inter Padum ac Ticinum valido fragore detonuiſſe ſcribit. Inde ſecundam belli Punici procellam ad Trebiam deſæviiſſe. Mox Thraſymenum lacum tertium fuiſſe Annibalis fulmen. Non habuit quartum nomen, quo in eadem metaphora perſtans cladem exaggerare poſſet, ideo cœptam omiſit tralationem, & ad aliam tranſiit, quæ, cum rem augere deberet, plane diminuit. *Quartum*, inquit, *imperii vulnus Cannæ*. Voluit tamen jacentem figuram extollere addendo, *id eſt, pæne ultimum*. Atqui Cannenſis hæc clades, ſi cum præcedentibus compararetur, nullam relinquit hyperbolen. Hic enim quadraginta hominum millia cæſa. Cui parem ſtragem ne tria quidem reliqua prælia, quæ præceſſerunt, dedere. Quæ ſingula tamen turbinibus, procellis ac fulminibus comparavit; hoc poſtremum, quod omnium fuit graviſſimum, vulneris nomine ſatis habuit amplificare. Nec ſatis eſt quod *pæne ultimum* dixit. Nam majora omnia verba ſunt, quæ extollendis aliis ante conſumpſit. Potuiſſet ſane dicere, reliqua imperii vulnera non ad mortem fuiſſe, hoc ultimum, ad Cannas acceptum, pæne mortiferum.

Cannæ, ignobilis Apuliæ vicus] Vicus hic juxta Aufidum amnem. *Cannam* etiam ibi amnem fuiſſe ex carmine Marcii vatis, quod Livius recitat lib. xxv. colligitur, idemque ex verbis ipſius Livii diſcitur. In carmine ſic habetur: *Amnem Trojugena Cannam Romane fuge, ne te alienigenæ cogant in campo Diomedis conſerere manum.* Subjicit poſt totum carmen recitatum Livius: *Et Diomedis Argivi campos & Cannam flumen, qui militaverant in iis locis juxta atque ipſam cladem agnoſcebant.* Ubi tamen Cannenſem pugnam idem auctor deſcribit, Cannæ fluminis nullus meminit. Forte ab illo amne nomen vico poſitum. Nec dubia res eſt. Cannas quaſdam prope Carthaginem collocat Stephanus: εἰσὶ καὶ Κάνναι διὰ δύο ν πλησίον Καρχηδόνος, τὸ ἐθνικὸν καὶ Καννᾶος. Neſcio an has Cannas deſignare voluerit, & per errorem ex Apulia in Africam tranſtulerit.

FREINSHEMII.

15. *Ignobilis vicus*, &c.] Sic infra, 3, 19, 8. de Euno, *magnitudo cladium facit ut meminerimus*.

VARIORUM.

15. *Quartum*, &c.] Cannenſem cladem ſcribunt late Livius, 22, 45, &c. Polyb. 5, 114, &c. Val. Max. 1, 1, 16: 3, 4, 4: 4, 5, 2: 7, 4, 2. ext. 7, 6, 1: Plin. 15, 18: Lactant. 2, 17. Plura Auguſtinus, ubi ſupra. Silius in toto nono. Frontin. 2, 2, 7. *Camers*.

SAL-

Digitized by Google

quadraginta millium cæde parta nobilitas. Ibi
in exitium infelicis exercitus, dux, terra, cœ-
lum, dies, tota denique rerum natura conſen-
ſit. Siquidem non contentus ſimulatis trans- 16
fugis Annibal, qui mox terga pugnantium ce-
ciderunt, inſuper callidiſſimus imperator, pa-
tentibus in campis, obſervato loci ingenio,
quod

SALMASII.

Et quadraginta millium cæde] Haud paulo elegantius, mea quidem ſententia, quod in optimo habetur Nazariano Codice: *& quadraginta millium cæde facta nobilitas.* Nobilis ille factus vicus quadraginta millium cæde. Sic loquitur & Livius, lib. xxv: *Sed ad Capuam oppugnandam nobilem ſe conſulatum tam opulentæ urbis excidio rati facturos.* Profecto, niſi verus illam lectionem prodidiſſet, controverſiam vulgatæ non moviſſem. Livius: *Majoris partis ſententia ad nobilitandas clade Romana Cannas profecti ſunt. Quadraginta millium cæde.* Peditum tantum, eorumque Romani nominis. Nam equitum præterea duo millia cæſa, & ſeptingenti. Sociorum vero æquata cædes. Livius: *Quadraginta millia peditum, duo millia ſeptingenti equites, & tanta prope civium ſociorumque pars cæſi dicuntur.* Significat, ex ſociis & civibus æquam partem cecidiſſe. Romani tum exercitus ex civibus ac ſociis conſtabant. Auxilia ex ſociis proprie dicebantur Legiones Romanorum civium. Exercitus ſociorum plerunque numero æquabat Legiones Romanas Livius, lib. xxv: *Data pro quinque octo millia militum, pars dimidia cives, pars ſocii.* Utrum igitur verbis illis, quæ ſupra poſuimus, quadraginta millia civium cæſa, & totidem ſociorum, ſignificat Livius, an ex quadraginta millibus, quæ feruntur occiſa, æquam partem civium & ſociorum interemptam innuit? Hoc verius.

Denique] Vox iſta non legitur in optimis libris calamo exaratis, neque in vet. ed. nec Jordanes illud agnoſcit. Scimus tamen, eſſe Floro frequentem hujus vocis uſum, ut pluribus alias docuimus.

FREINSHEMII.

16. *Simulatis transfugis*] Simile Stratagema reperies apud Leunclavium, annal. Turcic. 148.

Obſervato loci ingenio] *Bonum ducem convenit noſſe, magnam partem victoriæ, ipſum locum, in quo dimicandum eſt, poſſidere.* Vegetius, 3, 13. Idque multis exemplis comprobat Frontinus, toto cap. ſec. lib. ſec. Inde eſt quod Darius ait: *Quod mearum fuit partium,* &c. *locum, in quo acies explicari poſſet, elegi.* apud Curt. 4, 14, 12: & apud Tacit. H. 5, 17, 3. Civilis: *Quæ provideri aſtu ducis oportuerit, providiſſe: campos madentes, & ipſis gnaros, paludes hoſtibus noxias.*

VARIORUM.

Quadraginta millium clade] De numero Rom. interfectorum non omnes idem ſentiunt. Lege Plutarch. in Annibale. *Camers. Sexaginta millia* ſunt apud Jordanem. ſed de incertis iſtis numeris monuimus in Eutropium. *Vinetus.*

Digitized by Google

quod & ſol ibi acerrimus, & plurimus pulvis, & Eurus ab Oriente ſemper quaſi ad conſtitutum, ita inſtruxit aciem, ut, Romanis adverſus hæc

VARIORUM.

16. *Quod & ſol ibi acerrimus*, &c.] Imitatus hoc poſtea Marius, inſignem ex Cimbris victoriam retulit. infra, 3, 3, 27: & apud Plut. in vita, cap. 43. Hinc eſt Vegetii, 3, 14. præceptum, *Ordinaturus aciem tria debet ante proſpicere, Solem, pulverem, ventum.* Venti adminiculo etiam Bactrianos vicit Artaxerxes, in excerpt. Perſ. Cteſiæ, cap. 31: & Saraceni Banem & Baſiliſcum, Conſtantinopolitanos duces, in Saracenicis, quæ Sylburgius edidit, pag. 72.

SALMASII.

16. *Et Eurus ab Oriente ſemper quaſi ad conſtitutum*] Is Volturnus Livio dicitur, qui ab incolis ejus regionis, ubi tum pugnatum eſt, ita vocari prodit. Ab amne Volturno qui veniebat ventus, quod ab Oriente his flaret, ſic appellarunt indigenæ. Hoc quoque nomine notus ſcriptoribus Romanis fuit. De ſole quod ait noſter, contrarium Romanis fuiſſe, id negat Livius, qui utrique parti æquum fuiſſe tradit, ex obliquo ambobus accidentem. *Sol*, inquit, *ſeu de induſtria ita locatis, ſeu forte ita ſtando peropportune, utrique parti obliquus erat, Romanis in meridiem, Pœnis in ſeptentrionem verſis.* Luce prima acies inſtructas utrimque idem affirmat. Ita igitur verſis Romanis in meridiem, Pœnis in ſeptentrionem, ſol ab oriente accidens utriſque obliquus erat, & e tranſverſo ingruebat. Atqui indidem quoque Eurus ſpirans, neutri parti poterat contrarius eſſe, utpote ab eadem parte, qua ſol ipſis illatus, ex æquo favebat aut nocebat his & illis. Livius tamen, qui ſolem ambobus æquum dicit, Romanis iniquum Volturnum fuiſſe ibidem refert: *Ventus, quem Volturnum incolæ regionis vocant, adverſus Romanos coortus multo pulvere in ipſa ora volvendo proſpectum ademit.* At Romanis in meridiem ſpectantibus, ita enim locatos in acie pugnaſſe teſtatur, haud alius ex adverſo ventus flare potuit, & in ora pulverem ferre, quam qui ab ipſo meridie incideret, aut certe ab ea parte quæ inter meridiem & orientem, quem Græci Euronotum nominant. Qui tamen ventus non recta pulverem in oculos Romanorum importaſſet, ſed ex obliquo. Aut igitur de Volturno falſa veterum Grammaticorum notatio, qui Eurum Græcorum eſſe affirmarunt, aut ipſe Livius falſus in notanda locatione utriuſque aciei.

Ut, Romanis adverſus hæc omnia obverſis] In Nazariano & Palatinis duobus conſtanter & plane habetur: *adverſis.* Atque ita legendum. Indicat, Romanos ſoli & vento adverſos fuiſſe, Pœnos averſos. De vento verum eſt, dum Volturnus non ſit Eurus, & ab Oriente flans. De ſole falſum eſſe oſtendimus. Livius: *Prope eum vicum*, Cannas intelligit: *Annibal caſtra poſuerat averſa Volturno vento, qui, campis torridis ſiccitate, nubes pulveris vehit. Id cum ipſis caſtris percommodum fuit, tum ſalutare præcipue futurum erat, cum aciem dirigerent, ipſi averſi, terga tantum afflante vento, in occæcatum pulvere effuſo hoſtem pugnaturi.* Idem ſitus caſtrorum Annibalis, eademque locatio militum ab eo in acie inſtructorum.

hæc omnia adverſis, quaſi ſecundum cœlum
tenens, vento, pulvere, ſole pugnaret. Itaque 17
duo maximi exercitus cæſi ad hoſtium ſatieta-
tem, donec Annibal diceret militi ſuo, *Parce
fer-*

ctorum. Ut illa averſa a Volturno vento, ita ab anteriore caſtrorum parte prodeuntes, ſic ordinati ſunt ac locati ad pugnandum, ut ventus Volturnus his terga afflaret. Atqui frontem ejus aciei directam in Septentrionem idem *Livius* paulo poſt aſſerit, cum Pœnos pugnantes in Septentrionem verſos ait. Neceſſe eſt itaque, ſic Septentrioni adverſis, & a vento Volturno ita averſis, ut terga eorum afflaret, in ora vero Romanis ingrueret, ab ipſa Meridiei plaga ventum illum eis adſpiraſſe. Inde pronuntiandum fidenter ſuccurrit, Volturnum non eumdem cum Euro fuiſſe ventum, ſed ipſiſſimum Notum, aut ab latere proximo Noti flantem. Legebam porro hic aliquando: *Ut, Romanis adverſis, ac Pœnis averſis, quaſi ſecundum cœlum tenens, vento, pulvere, ſole pugnaret.* Nunc non ſollicito ſcriptam fideliorum Codicum lectionem: *Romanis adverſus hæc omnia adverſis.* Id eſt, adverſus ſolem, ventum & pulverem.

Quaſi ſecundum cœlum tenens] Hæc ſcriptura eſt omnium noſtrorum codicum longe optima, præ illa quam Vinetus prætulit: *Quaſi ſecum cœlum tenens.* Eam etiam adſtruit vetus editio. Non protrita autem nec vulgaris notæ hæc loquutio. Quaſi ſecundum cœlum tenebat Annibal, qui ſecundo ſole, juxta hunc noſtrum, ac ſecundo vento, pugnabat. Secundus porro ventus, qui a tergo ſpirat euntis navis; ut adverſus, qui contrarius. Ita ſecundo amne navigat, qui ſequitur amnis curſum, nec contra, quam rapit ille ac defluit. Sic ſecundo ſole ventum flare Nigidius olim dixit, qui non contra ſolem flat, ſed ab ea regione unde ſol. Quod non intellexit Agellius, ut pluribus ad Solinum dixi.

17. *Donec Annibal diceret militi ſuo, Parce ferro*] Nihil tale Livius. Nec vero de Annibale veriſimile eſt. Quinimo, ut res fuit, & ridiculum eſt. Tempeſtive ſane Annibal militem ſuum parcere ferro juſſiſſet, internecione deleto jam exercitu Romano, poſt quadraginta millium cædem, ad ſatietatem non magis, quam ad laſſitudinem uſque, cæſorum, cum alterum conſulem, qui ſuperfuit, quinquaginta fere milites fugientem ſequuti ſint! Ubi igitur aut quando in illa pugna locum habuit illud Annibalis ad militem ſuum, *Parce ferro*? Strages ipſa ſatis illuſtre documentum dedit, an pepercerint ferro.

FREINSHEMII

17. *Parce ferro*] Idem recitat Auguſtinus, ubi ſupra. *Camers.* Lucan. 7,723. *parcendum ferro.*

VARIORUM.

16. *Quaſi ſecundum cœlum*] Ita v. e. nam Vineti, *quaſi ſecum cœlum*; etſi non neget alterum fuiſſe in MSſ. ſuis. nec aliter quomodo Jornandes, niſi quod ille omiſit particulam, *quaſi*: quæ tamen requiritur maxime, comparetque item in Pall. tribus. dixit autem *ſecundum cœlum*, ut infra 3,20,1. de ſervis: *quaſi ſecundum genus hominum.* Gruterus.

ferro. Ducum effugit alter, alter occiſus eſt: dubium uter majore animo. Paulum puduit, 18 Varro non deſperavit. Documenta cladis cruentus aliquandiu Aufidus; pons de cadaveribus,

SALMASII.

Paulum puduit, Varro non deſperavit] Diſputat, ac dubitandum proponit, uter ducum majore animo fecerit, qui ſupereſſe militibus ſuis noluit, an qui fugit ex acie. Animi, hujus qui fugit, magnitudinem ex eo probare nititur, quod de Republica non deſperavit. Certe gratiæ illi hoc nomine a civitate actæ, quod de Republica non deſperaſſet. Et magno animo hoc feciſſe civitatem Livius interpretatur. *Quo quidem*, inquit, *in tempore ipſo adeo magno animo civitas fuit, ut conſuli ex tanta clade, cujus ipſe magna cauſa fuiſſet, redeunti & obviam itum frequenter ab omnibus ordinibus ſit, & gratiæ actæ, quod de Republica non deſperaſſet. Cui, ſi Carthaginienſium ductor fuiſſet, nihil recuſandum ſupplicii foret.* Magni certi animi hoc factum fuiſſe civitatis lubens aſſentior. At ipſum Varronem, eo ipſo, quod fugerit, magni animi ſpecimen dediſſe, nunquam mihi perſuadebit Florus. Nemo fugacium in bello non ſic laudari poterit, teſte Græco proverbio: *qui fugit, iterum pugnabit.* Immo, qui ſemel fugit, iterum fugiet atque iterum. Quaſi Paulus, cum vitam ſuam ſervare ſategit ex ea clade, qua tot civium ſuorum fortiter pugnantes cæſi ſunt, hoc cogitarit, idque eo animo fecerit, quod de Republica deſperandum non eſſet.

18. *Pons de cadaveribus, juſſu ducis, factus in torrente Vergelli*] Nihil de hoc quoque apud Livium. Et profecto ineptum eſt, documentum magnæ cladis ex ea re arceſſere, quod vel minima ſtrages poteſt implere. Quadraginta millia peditum cæſa ſunt Cannenſi acie. Fac octavam tantum partem, fac adhuc minorem cecidiſſe, non erit difficile ex cadaveribus pontem in torrente vel exiguo aliquo amne facere. Vel centum, aut ad ſummum ducenta cadavera id præſtabunt. Pone, mille opus eſſe. At ex quadraginta millibus cadaverum non pontem feceris, ſed acervum, ſed cumulum pæne præ altitudine inſuperabilem. *Documenta*, inquit, *cladis, cruentus aliquandiu Aufidus; pons de cadaveribus, juſſu ducis, factus in torrente Vergelli; modii duo anulorum Carthaginem miſſi.* Nequaquam par documentum ad indicandam cladis magnitudinem pons de cadaveribus in aliquo torrente factus, cum duobus modiis anulorum Carthaginem miſſis, & cum eo quod dicit, aliquamdiu cruentum fluxiſſe Aufidum.

FREINSHEMII.

Dubium uter majore animo] Confer Frontin. 4, 5, 5, 6: & diſputat. Cleomenis apud Plutarch.

18. *Pons de cadaveribus factus*] Vide Val. Max. 9, 2, 2. Hinc idem apud Lucian. in dial. mort. dial. 12. inquit, *ſe uno die tot Roman. occidiſſe, ut ex cadaveribus eorum pontes fluviis fecerit.* Cornelius etiam Lentulus, apud Appianum Carthaginienſibus objicit; quod captivos Romanos in foſſas fluvioſque conjeciſſent, ut uſum pontium præberent. *Stadius.* Sic in

Digitized by Google

ribus, juſſu ducis, factus in torrente Vergelli; modii duo anulorum Carthaginem miſſi, dignitaſque equeſtris taxata menſura. Dubium 19 dein-

in Mundæ urbis obſidio, *congeſtis undique cadaveribus agger effectus eſt, quæ pilis jaculiſque confixa inter ſe tenebantur, fœdum etiam inter barbaros*; infra, 4, 2, 84. De Annibale, Liv. 23, 5. 9: *pontibus ac molibus ex Mundanorum corporum ſtrue faciendis.*

SALMASII.

In torrente Vergelli] Hujus torrentis in illa pugna deſcribenda nulla in Livio mentio. Ab alio igitur hanc habet hiſtoriam de ponte facto in torrente Vergelli, ingeſtis & accumulatis cadaveribus. Extat porro apud Valerium Maximum, lib. IX. cap. XI.

Torrente Vergelli] Libri omnes noſtri heic habent, *torrente Vergelli*. Pro quo Jordanes maluit, communiore & uſitatiore phraſi, *in torrente Vergello*. Nec cauſa erat, cur Pighio magis placeret lectio Jordanis, quam librorum Flori. *Torrens Vergelli*, ut *urbs Romæ*. *herba lapathi*, & Græcis Poëtis, πόλις Ὀρχομένοιο. Nec probo etiam viri docti ſententiam pro *Vercello* reponentis *Cerballo* apud utrumque, quod amnis Apuliæ nomen Plinio. Ego Plinium potius, ſi res eſſet mei arbitrii, ex his duobus auctoribus corrigerem. Nec difficilis tranſpoſitio, ut pro *Vercello* degenerarit in ſcribarum manu, *Cervellus aut Cerballus* amnis.

Modii duo anulorum] Abit heic diverſus a ſuo Livio. Tantum acervum anulorum fuiſſe dicit, ut metientibus dimidium ſupra tres modios expleſſe quidam auctores fuerint. Addit tamen ibidem, famam tenuiſſe, quæ propior vero eſt, haud plus fuiſſe modio. Inter utrumque viam ſecat ea fama, quæ duos modios poſuit. Quam hic Florus ſequitur, nec hujus meminit Livius.

19. *Dubium deinde non erat*] Lege: *non erit*. Ita in Jordane legimus, ita in veteribus Flori libris. Lib. III: *& quum ille non evaſerit, certum erit, eam non eſſe perituram*. Supra: *Hic erit, qui creſcit in excidium Carthaginis*. Poſtulat hic locus idem plane tempus.

FREINSHEMII.

In torrente Vergelli] Jordanes *in torrente Vergello*, & ita placuerat docto viro Pighio reponi. ſed nihil neceſſe eſt mutare. *Torrens Vergelli*, idem, quod *Torrens Vergellus*. Apollonio in Argonautis πόλις ὀρχομένοιο, pro πόλις ὀρχόμενον. ita *herba lapathi*, Horatius Sat. 2, 4, 29. ita *ad montem Soractis*, & *in urbe Caralis*. Solino, Salmaſius. Adde eundem in Solinum pag. 373. b. I. Sic *fons Arethuſæ* hoc ipſo cap. num. 34.

Modii duo anulorum] Val. Max. 7, 2, 13. extern. Auguſt. 3, 19. Civit. Plin. 33, 1. (& Oroſ. 4, 16.) aſſerunt, fuiſſe modios tres. Livius, 23, 12, 1. recenſet varias ſcriptorum ſententias. *Camers*. Ideoque apud Lucianum in dial. mort. dial. 12. idem jactat, *ſe uno die tot Romanos interfeciſſe, ut eorum anulos modiis metitus ſit*.

Dignitas equeſtris] Figurate, pro anulis quibus equites utebantur. vide ſupra, 1, 5, 6.

deinde non erat, quin ultimum illum diem habitura fuerit Roma, quintumque intra diem epulari Annibal in Capitolio potuerit, ſi (quod Pœnum illum dixiſſe Adarbalem Bomilcaris fe-

FREINSHEMII.

19. *Deinde*] An *denique*?

Erat] *Erit* legit Salmaſius ex Jordane & vett. Flori.

VARIORUM.

19. *Adherbalem*] Ita Mſſ. meliores, & v. e. alii editi, *Meherbalem*; ſequuti judicium Camertis, quod neſcio an probari debeat nam etſi ita vocet Livius; at non ideo ſequitur auctorem noſtrum eoſdem ſequutum ſcriptores. certe Meherbal ille dicitur filius Himilconis, non Bomilcaris, ut heic. *Gruterus*. Plutarchus in Fabio Maximo *Barcam* appellat. qui illa dixerit. Cato in Orig. rem ita refert; *Igitur Dictatorem Carthaginienſium magiſter equitum monuit. Mane mecum Romam equitatum die quinti in Capitolio tibi cœna coacta erit.* eadem fere Cælius apud Agell. 10, 24. *Stadius*.

SALMASII.

Si (*quod Pœnum illum dixiſſe Adherbalem Bomilcaris ferunt*)] Duplex *ſi* in hac eadem periodo agnoſcit vetus Nazarianus, qui ad hunc modum legit: *Si*, *quod Pœnum illum dixiſſe Adarbalem Bomilcaris ferunt*, *Annibal ſi*, *quemadmodum ſciret vincere*, *ſic uti victoria ſciret*. Nec putandum, alterum *ſi* ex vitioſa librariorum irrepſiſſe manu. Sic antiqui auctores plurimi loquuti, a recentioribus criticis ſemper male correcti. Ex Juriſconſultis noſtris aliquot exempla, quæ ad manum ſunt, proferam. L. XVI D. Qui teſtamentum facere poſſunt. In Pandectis Florentinis ita ſcribitur: *Nam etiam compotibus mentis perſonales actiones*, *etiam ignorantibus acquiruntur*. Ubi alterum *etiam* abundat. Sic apud Ulpianum de Peculio, particula *an* otioſe reperitur, in his verbis: *Quæſitum eſt*, *ait Ulpianus*, *an*, *licet quis paternæ hereditatis nihil attingat*, *aliquid tamen propter voluntatem patris aut faciat*, *aut habeat*, *an creditoribus paternis cogatur reſpondere*. Similiter & apud Pomponium, *de verborum obligatione*, eadem particula bis ponitur, quæ ſemel ſatis eſſet: *An etiam ſi me non prohibeas*, *uxorem autem meam prohiberes*, *vel contra uxore mea ſtipulata*, *me prohibeas*, *an committatur ſtipulatio*. Sic apud Ulpianum, *de extraordinariis cognitionibus*, iteratur iſtud idem *ſi*, &c. quod magis mirum eſt in brevi periodo: *Si imprecatus eſt*, *ſi*, *ut vulgari verbo impoſtorum utar*, *ſi exorcizavit*. Idem etiam obſervavi ſæpe apud alios auctores, quos aliquando cum ſcriptis codicibus contuli, qui frequentius hoc faciunt in longioris ſpiritus periodis, aut hyperbato aliquo implexioribus. Quid mirum autem, particulam *ſi* in hac periodo præter neceſſitatem iterari, cum & nomen Annibalis bis in ea poſitum ſit, ubi ſemel ad ſententiam ſufficeret? *Dubium deinde non erit*, *quin ultimum diem habitura fuerit Roma*, *quintumque intra diem epulari Annibal in Capitolio potuerit*, *ſi*, *quod Pœnum illum dixiſſe Adherbalem Bomilcaris ferunt*, *Annibal*, *ſi quemadmodum ſciret vincere*, *ſic uti victoria ſciſſet*. Non opus erat repetito illo *An-*

ferunt,) *Annibal quemadmodum ſciret vincere, ſic uti victoria ſciſſet.* Tum quidem illum, 20 ut

Annibal, quod ſecundo loco poſitum eſt.

Dixiſſe Adherbalem Bomilcaris ferunt]. Quantum eſt librorum Flori, qui modo melioris ſint notæ, habent *Adarbalem*. Nec aliter exhibuere ſcriptum ſui Vineto. Jordanes, cum hæc e Floro tranſcriberet, *Maharbalem* reſcripſit ex Livio, qui ita vocat. Non propterea tamen Floro reddendus fuit Maharbal pro Adarbale. De Maharbale noluiſſe intelligi Florum, quinimo Adarbali attribuiſſe, quod Livius Maharbali dictum dat, vel illud indicio eſt, quod hunc Adarbalem Bomilcaris filium facit. At iſte Maharbal Livii, quem hæc de Annibale in os ipſius Annibalis dixiſſe refert, Himilconis erat filius. Hoc cum videret Jordanes, Maharbalem, quem in Floro reponebat, non poſſe dici Bomilcaris filium, lectionem etiam hac parte mutavit ac correxit: *Quod Pœnum illum dixiſſe Maharbalem Bomilcari ferunt*. Quaſi id Maharbal iſte Bomilcari dixerit quod ſequitur, non Bomilcaris filius fuerit. Fortaſſe etiam genus iſtud loquendi non intellexit, *Adarbal Bomilcaris*, ubi ſubintelligitur filius. At ſic Livius paſſim in nominibus Punicis uſurpat. Ut, lib. XXVI: *Aſdrubal Amilcaris ad lapides atros caſtra habebat in Auſetanis.* & libro eodem: *Aſdrubal Giſconis uſque ad Oceanum & Gades.* Apud eumdem Livium, libro XXVIII. mentio fit Aderbalis hoc ſecundo bello Punico, qui prætor fuit Carthaginienſium, qui ad Gades cum Lælio claſſe certavit. Nec meminit Livius, cujus patris filius eſſet hic Aderbal, quod alias facere ſolitum non puto, niſi ubi eodem tempeſtate duo ejuſdem nominis clari viri extarent. Eos, ut diſcernat invicem, a patribus cognominare fere ſolet. Sic cum *Aſdrubalem Amilcaris* vocavit, appoſito hoc ſigno diſtinguere voluit ab altero Aſdrubale, qui filius fuit Giſconis, quem & propterea Aſdrubalem Giſconis appellat. Sic idem, lib. XXI. cum *Maharbalem Himilconis filium* nominavit, eo ipſo indicavit, alium per ea tempora extitiſſe Maharbalem, qui forte hic eſt Maharbal Bomilcaris, quem *Aderbalem* vocare Floro noſtro libuit, neſcio quem alium auctorem ſecutus. Sane, quæ heic de illo afferuntur, a Maharbale dicta ad Annibalem teſtatur Livius, lib. XXIII, pæne iiſdem verbis, cum a Cannenſi pugna conſilium ei daret, ut ſtatim Romam pergeret: *Immo ut, quid hac pugna ſit actum, ſcias, die quinto, inquit, victor in Capitolio epulaberis.* Et, cum hoc conſilium reſpuiſſet Annibal, *non omnia nimirum eidem Dii dederunt, vincere ſcis Annibal, victoria uti neſcis.* Libri porro omnes *Adarbal* heic legunt. Quod eſt אדיר-בעל ut Maharbal מהיר-בעל

FREINSHEMII.

Uti victoria] Simile dictum Cæſaris de Pompeio apud Sueton. in vita, 36, 3.

SALMASII.

20. *Tum quidem illum, ut dici vulgo ſolet*] Quid eſt, quod vulgo dici ſolitum ait? Nempe Annibalem a Roma, ſtatim poſt pugnam Cannenſem adoriunda, avertiſſe vel fatum urbis, vel ipſius malam mentem. Invertit quod ab ipſo Annibale dictum Livius adfirmat, non quidem tunc, cum deviciſſet pugna Cannenſi Romanos; ſed a-

Digitized by Google

ut dici vulgo ſolet, aut fatum Urbis imperaturæ, aut ipſius mens mala, & averſi a Carthagi-
21 nedii in diverſum abſtulerunt. Quum victo-
ria

liquamdiu poſt, cum, Capua a Romanis obſeſſa, ut eam liberaret obſidione, contendit & ipſe ad Romam obſidio premendam. Quo quidem tempore, cum, caſtris ad tertium lapidem poſitis, bis inſtructa acie decertare paraſſet, tempeſtate immani deſubito exorta, ſemper diremptum eſt prælium. *Quæ res*, inquit Livius, *in religionem apud Pœnos verſa eſt, auditaque vox Annibalis fertur; potiundæ ſibi urbis Romæ modo mentem non dari, modo fortunam.* Mentem tum ſibi non datam fuiſſe ſignificat, cum, poſt Cannenſem pugnam, conſilium danti Maharbali recta Romam adire & adoriri, non auſcultavit, & in alia ipſe mente fuit. fortunam vero tunc ejus rei ſibi denegatam innuit, cum Romam expugnare aggreſſo non reſpondit eventus, tempeſtate quaſi cœlitus miſſa ſemper eadem prælium cœptum dirimente. Quæ diverſorum fuere temporum Florus hic junxit, & utrumque ad illud tempus, quod proxime fuit poſt Cannenſem cladem, tranſtulit. Atqui tunc ſola mens defuit Annibali. Nam fortuna in ipſius erat manu. Fortunam tamen aliter interpretatus eſt, pro fato ejus urbis quæ imperare debebat, quod fatum Annibalem tum dementavit.

Aut ipſius mens mala] Alio ſenſu heic dicitur *mala mens*; alio apud Comicum, cum dixit, *mala mens, malus animus*. Ibi enim *mala mens* pro improba, heic apud Florum *mala mens* opponitur bonæ menti, quæ in illo eſſe dicitur, qui ſuæ mentis eſt compos. Ut apud Propertium;

Mens bona, ſiqua Dea es, tua me in ſacraria dono.

Qui mentem hanc bonam habet, utique & ſuæ mentis eſt. Qui ea caret, is demens vel dementatus. At qui malæ mentis eſt, is quidem mentis ſuæ potens, ſed malæ & improbæ. Atqui defectus potius mentis, quam malus ejus affectus, prohibuit Annibalem a Roma potiunda. Mala mens adverſus Romam illi non deerat, immo etiam ſupererat, ſed mentem ad hoc verſam non habuit, cum occaſio in manu fuit. Mens, inquam, defuit illi tunc, cum fortuna adfuit: at fortuna defuit, cum mens adfuit. Hic ſenſus illius dicti, Annibalis, & Livii, fuit, quem alio detorſit & male etiam expreſſit Florus.

21. *Quum victoria poſſet uti, frui maluit*] Nec acumen hujus Flori ſententiæ capio. Acutius ſane dictum, quam verius. Quo enim tendit hæc argutia? Dixerat de Annibale Maharbal, vincere quidem illum ſcire, ſed victoria uti neſcire. Nempe quod occaſionem & fortunam majoris rei, Romæ nimirum potiundæ, quam illi hæc victoria obtulerat, de manibus amitteret, nec ea uti vellet. At quid ſibi vult iſte, dum ait, Annibalem victoria cum poſſet uti, frui maluiſſe? Immo vel fructum hujus victoriæ ampliſſimum tuliſſet, ſi Romam cepiſſet, quod illi fortuna tum videbatur quaſi in manum dare, ſi ea uſus eſſet. Scio quidem aliarum rerum uſum eſſe, aliarum, immo & in eadem re potiunda & uſurpanda, uſum a fructu plerumque diſtingui. Ceterum nihil heic tale fingi aut ac-

com-

Digitized by Google

ria poſſet uti, frui maluit; relictaque Roma, Campaniam Tarentumque peragrare: ubi mox & ipſe, & exercitus ardor, elanguit: adeo ut verum dictum ſit, *Capuam Annibali Cannas fuiſſe.* Siquidem invictum Alpibus, indomi- 22 tum

commodari poteſt. Aliquid eſſet, ſi Annibal, poſt hanc victoriam Cannenſem, ab armis ac bello in totum ceſſaſſet, atque otio deſidiæque, ut victoriæ bonis frueretur, ſeſe dediſſet. Tum ſane dici poſſet, victoria illum frui maluiſſe, quam uti. Quod enim relicta Roma in Campaniam flexit, non eo id fecit animo ac propoſito, ut deliciis Campanis frueretur, ſed voto ac ſpe nobiliſſimæ urbis capiundæ Capuæ, quæ duarum tum toto orbe maximarum, Romæ & Carthaginis erat æmula. Sed robur ejus exercitus luxuria Capuana enervatum eſt. Quid tum? Hoc noluerat Annibal, & magno redemptum vellet, non accidiſſe. Certe cum a victoria Cannenſi Romam capere poſſet, rem tantam ſtatim animo concipere non potuit. Sic victoria uti neſciit. *Mora ejus diei*, ut Livius tradit, *ſatis creditur ſaluti fuiſſe urbi atque imperio.*

Ubi mox & ipſe, & exercitus ardor, elanguit] De Annibale ipſo hoc nemo prodidit, ardorem ejus elanguiſſe Capuanis hibernis. Exercitum ejus ea res plane perdidit. In Annibale autem duo præcipue notata ac reprehenſa ducis magni peccata a peritis artium militarium. Quod ex Cannenſi acie non recta Romam duxiſſet. Et quod in hiberna Capuam militem miſiſſet. Ac poſterius quidem hoc peccatum majus illis viſum priore. Nam mora, & cunctatione, tum peccaſſe tantum videri potuit, quæ ſolam victoriæ dilationem attulerit. Hic ſecundus error inhabilem ad vincendum prorſus reddidit, vireſque ademit.

Adeo, ut verum dictum ſit] Ita Flori libri. At in optimis Jordanis ſcriptis: *Adeo, ut vere dictum ſit.* Sequitur in antiquiſſimo Nazariano: *Capuam Annibali Cannam fuiſſe.* Supra notabamus, *Cannam* etiam de fluvio dici, ad quem pugna Cannenſi victi ſunt Romani. Livius, lib. XXV: *Et Diomedis Argivi campos, & Cannam flumen, qui in illis militaverant, agnoſcebant.* Præterea ſcimus, quam frequens ſit enallage numerorum apud auctores in urbium nominibus ſignificandis. Hoc dictum porro, cui veritas fidem adſtruxit: *Capuam Annibali Cannas fuiſſe*, ſumptum ex oratione Marcelli ad milites, quæ apud Livium eſt, lib. XXIII: *Reliquias illorum virorum, vix arma membraque ſuſtinentes, pugnare. Capuam Annibali Cannas fuiſſe. Ibi virtutem bellicam, ibi militarem diſciplinam, ibi præteriti temporis famam, ibi ſpem futuri extinctam.* Vide reliqua.

FREINSHEMII.

21. *Ubi mox & ipſe, & exercitus ardor, elanguit*] Vide Strabonem, lib. 5. pag. 173: & quæ notamus ſupra, 1, 16, 4. Sic apud Curt. 5, 1, 39. de Babylone: *Inter hæc flagitia exercitus ille domitor Aſiæ per 34. dies ſaginatus, ad ea quæ ſequebantur diſcrimina haud dubie debilior futurus fuit, ſi hoſtem habuiſſet.* licet etiam Cimbros ex Italiæ fuiſſe delitiis domitos Dio refert in Excerpt. Valeſ. Adde Diod. Sic 26, 8:

tum armis, Campaniæ (quis crederet?) ſoles, 23 & tepentes fontibus Baiæ ſubegerunt. Interim reſpirare Romanus, & quaſi ab inferis emergere. Arma non erant; detracta ſunt templis

26, 8: & apud Valeſ. pag. 297: Liv. 7, 38, 4.

Capuam Annibali Cannas fuiſſe] Verba ſunt Marcelli apud Liv. 23, 45, 5.

23. *Detracta ſunt templis*] Sic Animorum feminas Cleomenem rejeciſſe, τὰ ἀπὸ τῶν ἱερῶν καθελοῦσαι ὅπλα, legimus apud Plutarch. in apophth. Lac. cap. 73.

SALMASII.

22. *Campaniæ (quis crederet?) ſoles, & tepentes fontibus Baiæ, ſubegerunt*] Hæc Poëtica potius elegantia, quam hiſtorica fide dicuntur. Intra muros ac tecta Capuæ urbis hibernavit exercitus Annibalis. Ibi maximam hiemis partem in vino, epulis, balneis, ſcortis, tranſegerunt. Hæ res eum perdiderunt, non Campaniæ ſoles, aut tepentes fontibus Baiæ, quæ in Campania quidem, ſed ſatis longe a Capua. Livius, lib. XXIII: *In hiberna Capuam conceſſit. Ibi partem majorem hiemis exercitum in tectis habuit:* Et paulo poſt: *Somnus enim, & vinum, & epulæ, & ſcorta, balneaque, & otium conſuetudine in dies blandius, ita ea enervarunt corpora animoſque, ut magis deinde præteritæ eos victoriæ, quam præſentes tutarentur vires.* Eadem ferme habentur in oratione Marcelli, cum militi ſuo ad Nolam, degenerem prioribus factis & animis Pœnum militem inculcaret: *Non omnes eſſe in acie, prædantes vagari in agro, ſed, qui pugnant, marcere Campana luxuria, vino, ſcortis, omnibuſque luſtris per totam hiemem confectos.* Soles Campaniæ Floro & tepentes Baiæ pro luſtris illis ſunt, & ſcortis, & vinis, & balneis, ſomnoque, quibus totam hiemem intra tecta Capuana traduxere milites Annibalis. Sic ſola naturalia cœli ſolique bona corrumpendo Pœno militi reliquit, ſoles amœnos ac molles Campaniæ, tepidoſque ſoli fontes. Quam bene, aliorum eſto judicium.

23. *Arma non erant; detracta ſunt templis*] Exequitur heic quædam ultimæ neceſſitatis tela, ad quæ confugerunt Romani, Cannenſis cladis vi ſubacti. Sed nonnulla ex his refert, quæ longe poſt Cannenſem cladem uſurpata ſint. Arma ut templis detraherentur, & ſervitia ad delectum empta publice armarentur, neceſſitas & inopia armorum ac liberorum capitum ex Cannenſi coorta ſtrage fecit. Reliqua, quæ poſt enumerantur, aliorum ſunt temporum. Livius, lib. XXII: *Et vetera hoſtium ſpolia detrahunt templis porticibuſque. Et aliam formam novi delectus inopia liberorum capitum ac neceſſitas dedit. Octo millia juvenum validorum ex ſervitiis, prius ſciſcitantes ſingulos, vellentne militare, empta publice armaverunt.* Quod non alii autem ſumpti, quam qui militare ſe velle reſpondiſſent, inde *volones* appellati. ἐθελούσιοι Græci dicerent. Sic eos perpetuo deinde vocat idem Livius. Ita autem *volones* a volo, ut *colones* a colo Salluſtio, pro clientibus, qui magnates colunt. Ut *accedones* Tertulliano laniſtæ, qui pugnæ ardorem accendunt inter gladiatores. Diverſi autem hi

ver-

plis. deerat juventus; in ſacramentum militiæ liberata ſervitia. Egebat ærarium; opes ſuas 24 libens ſenatus in medium protulit; nec præter quod

volones & *voluntariis* militibus, quorum etiam frequens apud Livium mentio. Ita vocati qui emeritis ſtipendiis erant, quive per ætatem militare cogi non poterant, hi, ſi voluntate ſua militiæ nomen dederant, *voluntarii* dicebantur. Præter ſervorum delectum non debuit etiam omittere Florus ultimum deſperatæ reipublicæ auxilium, ad quod tum deſcendere coacti ſunt Romani, cum dictator ita pronuntiavit & edixit: *Qui capitalem fraudem auſi, quique pecuniæ judicati in vinculis eſſent, qui eorum apud ſe milites fierent, eos noxa pecuniaque ſe exſolvi juſſurum.* Vide Livium libro XXIII.

In ſacramentum militiæ liberata ſervitia] Non vero liberata ad delectum, ſed publice empta, diuque in ea conditione retenta, donec, poſt fortem fidelemque in bello navatam operam, meruere libertatem. Qua de re videndus Livius, lib. XXIV.

24. *Egebat ærarium; opes ſuas libens ſenatus in medium protulit*] Non hoc eos facere adegit Cannenſis calamitatis neceſſitas, nec ſtatim poſt eam ad id venerunt, ſed diu poſt, cum jam Capua recepta eſſet, ac Sicilia tota, captis Syracuſis, in poteſtatem veniſſet, Marcello & Lævino conſulibus. In eorum, inquam, conſulatu, cum ornanda claſſis eſſet, ac de remigum ſupplemento in ſenatu ageretur, nec ad eam rem pecunia in ærario foret, unde homines pararentur, & ſtipendium his conſtitueretur, decreverunt conſules, ut privati ex cenſu & ordinibus remiges darent, cum ſtipendio cibariiſque dierum triginta. Cum ex eo edicto tanta indignatio plebis inſequuta eſſet, ut ad ſeditionem haud dubiam tenderet animus, utpote oneri tanto injuncto ferendo impar, in ea difficultate hærentes patres explicuit Lævinus conſul, qui ſenatui auctor fuit, ut ipſi exemplum plebi monſtrarent, & aurum, argentum, æſque ſignatum omnes ſenatores in medium proferrent. Sic edictum, ſic factum. Quo de negotio Livius conſulendus, lib. XXVI.

FREINSHEMII.

In ſacramentum militiæ liberata ſervitia] Liv. 22, 57, 11. Exemplum infra, num. 30. Nam meliori rerum ſtatu ne libertinos quidem militare ſinebant; ſed, ubi neceſſitas ingruit, ſpecioſa cedunt utilibus. Ita poſt Traſimeni quidem cladem libertinos ſacramento adegerunt, ut Macrob. 1, 11. Saturn. auctor eſt; poſt Cannenſem autem cladem etiam ſervis uti coacti ſunt, niſi perire maluiſſent. Fecerant hoc idem antea Lacedæmonii: & poſt ipſos Agathocles apud Juſtin. 3, 5, 6: & 22, 4, 5. Item Miltiades ante pugnam Marathoniam: & ejus exemplo Diæus, apud Pauſan. in Achaicis, ſunt etiam hujus generis exempla apud Diodor. item apud Natal. Comitem in Hiſtor. pag. 557: Adde infra, 2, 6, 30.

24. *Opes ſuas libens ſenatus in medium protulit*] Optimo exemplo, eoque tam privatim quam publice utiliſſimo. Quod imitati ſæpius, Romanorum qua licet æmuli, Veneti, apud Egnatium, 4, 8, 8, 10. Bembum, hiſtor. Venet. lib. 7, & 10. Juſtinian. hiſt. Ven. lib. 6: Zwing. theatr. pag. 1799, p. 2.

FREINS.

quod in bullis ſinguliſque anulis erat, quic-
25quam ſibi auri reliquere. Eques ſequutus exemplum, imitatæque equitem tribus. denique vix ſuffecere tabulæ, vix ſcribarum manus, Lævino Marcelloque conſulibus, quum
26privatæ opes in publicum deferrentur. Quid autem in deligendis magiſtratibus, quæ centu-

tu-

FREINSHEMII.

In bullis ſinguliſque anulis] Emendatio eſt a tribus Pall. ut & a veterrima edit.; ſequentes enim falſo, *quod in bullis, cingulis atque anulis erat*: unde conjecerat Lipſius d. cap. XIX. *ſingulis atque anulis*; ut fuerit loco corrumpendo copulæ tranſpoſitio. ſed noſtra lectio, ut eſt ſimplicior, ita & melior; quaſi nihil ſibi reliquerint Patres præter anulum ſignatorium. *Gruterus.* Salmaſius mallet; *nec præter quod in bullis, ſingulis, atque anulis erat*, pro; *nec præter quod ſingulis, in bullis atque anulis erat.* Lipſius tamen de Mil.Rom. in analect. ad Dial. tertium, eo quo ſcripſimus modo locum hunc citat. pro *ſingulis*, conjiciebat *ſigillis* Krapſius Vangio.

25. *Eques ſecutus exemplum, imitatæque equitem tribus*] Hoc quippe proficit dominantium exemplum, ut ſubjecti non gravate ſubſequantur. Ita cum ad ſtipendium militare conferenda eſſet pecunia, *quum ſenatus ſumma fide ex cenſu contuliſſet, certamen conferendi eſt ortum*, apud Livium, 4, 60, 9. Contra ubi ſuperiores publicas neceſſitates ſubditorum tantum opibus propellunt, ſuas inde eximunt, aut quod iniquius eſt, fieri tamen alibi ſolet, augent: quo putemus animo tolerari aut conferri ſumptus iſtos? Tac. H. 2, 84, 5. de Muciano, vide.

Tabulæ, vix ſcribarum manus] Referebatur enim in tabulas quantum quiſque contuliſſet, ut meliori Reip. ſtatu redderetur, quod etiam finito hoc bello tribus æquis portionibus factum eſt; Stadius, ex Livio, 24, 18, 14. Similis in Cicerone locutio Philip. 2, 7. *quis nomen non dedit? quamquam nec ſcribæ ſufficere, nec tabulæ nomina illorum capere potuerunt.*

26. *In deligendis magiſtratibus*] Tribus prærogativa, Veturia juniorum, Coſ. T. Manlium Torquatum, anno DXLIIII, declarabat; qui vitio oculorum ſeſe excuſavit, & ut meminiſſent, bellum Punicum in Italia, hoſtiumque ducem Annibalem eſſe. Tanti viri auctoritate mota juniorum centuria, petiit: Veturiam ſeniorum a Coſ. citari; quos poſtquam in Ovili, (erat is locus ſeptus in comitiis, in quem tranſibant per pontem, qui ſuffragii ſui tabellam in ciſtas demiſiſſent) conſuluiſſent: M. Claudium Marcellum, & M. Valerium Lævinum, ut bello clariſſimos, neque petentes tamen, Coſſ. renuntiarunt; auctoritatemque prærogativæ omnes centuriæ ſecutæ ſunt. Ante etiam, anno DXXXIX. prærogativa juniorum Coſſ. rei gerendæ imperitos deſignaverat, ſed revocata Fabii Max. auctoritate: mutavit ſententiam; creavitque Coſſ. M. Marcellum, III. Q. Fab. Max. IV. Stadius, ex Livio, 24, 10. & 26, 22.

FREINSH

turiarum ſapientia, quum juniores a ſenioribus conſilium de creandis Conſulibus petivere? Quippe adverſus hoſtem totiens victorem, tam callidum, non virtute tantum, ſed ſuis etiam

FREINSHEMII.

Quippe, &c.] Breviter, opus erat, ut *& Romani ſuum Annibalem haberent*, quod poſtea in Fabio Max. aſſecuti ſunt, ipſo Annibale confitente, ut Livius ſcribit, 27, 18, 9.

SALMASII.

26. *Adverſus hoſtem totiens victorem, tam callidum*] Vide rationes auctoris, tum etiam, quam conveniant, videbis. Poſt pugnam Cannenſem dicit eam fuiſſe centuriarum in eligendis magiſtratibus prudentiam, ut juniores conſilium a ſenioribus petierint, cuinam potiſſimum mandandus eſſet tum ſummus honos. Rationem addit: *quippe adverſus hoſtem totiens victorem, tam callidum, non virtute tantum, ſed ſuis etiam pugnare conſiliis oportebat*. Eos igitur tum electos ac creatos conſules oportuit, qui non ſolum bellicoſi eſſent, & virtute militari pollerent, ſed etiam qui aſtutia & conſiliorum calliditate prævalerent, ut ſuiſmet ipſius artibus Annibalem premerent. Hoc ſane voluit. Atque illis ipſis comitiis, quibus ſeniores a junioribus conſulti ſunt, conſules creatos eſſe conſtat Marcellum & Lævinum. Cujus electionis ipſam propemodum plebem paulo poſt pœnituit, non ob aliam cauſam, niſi quod nimium acres & feroces eſſent viri creati, ut memorat Livius, lib. XXVI. cap. XXVI. Ad Lævinum quidem quod attinet, ei ſtatim decreta Sicilia provincia, nihilque callide calideque cum Annibale egit. Marcellus aliquot prœliis, imperii, quod ei prorogatum eſt, tempore, cum Annibale commiſſis, partim male pugnavit, partim proſpere quidem, non tamen ulla inſidiarum fallacia aut fraude, quibus artibus ſummus erat Annibal. Quin & accuſatus a Tribuno plebis eodem tempore Marcellus, quod bis cæſus exercitus ejus foret, & quod æſtiva Venuſiæ ſub tectis egiſſet. Ad quam deprecandam ignominiam cum Romam venire coactus eſſet, ita ſe purgavit, ut ſummo conſenſu conſul crearetur. Quo in conſulatu adeo nulla aſtutiæ aut calliditatis laude claruit, ut etiam inſidiis ab Annibale circumventus, in quas improvide præcipitaverat, & occiſus ſit. De Fabio quidem, quem primam imperii reviviſcentis ſpem fuiſſe mox dicit, certum eſt, Annibalem aliquando dixiſſe, ab eo duce ſuis ſe artibus premi. Sed ille Fabius in imperio fuit, & hæc omnia prudentiæ & calliditatis exempla edidit, ante Cannenſem pugnam.

Non virtute tantum, ſed ſuis etiam pugnare conſiliis oportebat] Non hoc tunc allegatum eſt, creandos eſſe conſules, qui Annibalem ſuis artibus & conſiliis petere ac premere poſſent, ſed cum conſulem declaraſſet Veturia Juniorum, quæ ſorte prærogativa erat, Manlium Torquatum, cui ab oculis male erat, & is, valetudinem excuſans, redire in ſuffragium eam centuriam juberet, cogitandum ipſis eſſe dixit, bellum Punicum in Italia, & hoſtium ducem Annibalem eſſe. Imprudentem

27 etiam pugnare conſiliis oportebat. Prima redeuntis, &, ut ſic dixerim, reviviſcentis imperii ſpes Fabius fuit: qui novam de Annibale victoriam commentus eſt, nolle pugnare. Hinc illi

tem enim & gubernatorem, & imperatorem eſſe, poſtulantem ſibi credi capita & fortunas omnium, cui alienis oculis omnia agenda ſint. Auctoritate tanti viri mota Veturia Juniorum, velle ſe colloqui cum ſenioribus dixit, & ab his conſilium petere, quos conſules facere deberent. Citata ſeniorum Veturia reſpondit, de tribus conſulendum eſſe, duobus jam magiſtratu perfunctis, Q. Fabio & M. Marcello, & tertio M. Valerio Lævino, qui adverſus Philippum Regem terra marique res egregie geſſerat, ſi novum aliquem vellent adverſus Annibalem creari conſulem. Tum Juniorum Veturia, ex conſilio Veturiæ ſeniorum, Marcellum honorum veterem, & novum Lævinum, conſules pronuntiavit. Auctoritatem prærogativæ ceteræ centuriæ ſequutæ ſunt. Ceterum adeo certum eſt, Lævinum & Marcellum hac ſeniorum conſultatione ita conſulatum adeptos, non ad hoc creatos fuiſſe, ut dolis cum Annibale certarent, & fraudes ejus paribus fraudibus repellerent, ut poſt mortem Marcelli conſulis, per dolum Annibalis interempti, ea prima cura patres populumque inceſſerit, eos potiſſimum conſules deligendi, quorum virtus tuta eſſe poſſet a fraude Punica. Verba eorum ita refert Livius: *Cum toto eo bello damnoſa, præpropera ac fervida ingenia imperatorum fuiſſe, tum eo ipſo anno conſules nimia cupiditate conſerendi cum hoſte manum in nec opinatam fraudem lapſos eſſe.* De Marcello intelligit, & collega ejus Criſpino.

Hæc fuere enucleatius explicanda; ut conſtet, veritatem hiſtoriæ ab hujuſmodi compendiorum ſcriptoribus non eſſe ſemper exigendam, concinnitatis magis ſtudioſis, quam fidei, quæ requiritur in cauſis rerum exponendis, & ordine, quo quæque geſta ſunt, memorando.

27. *Reviviſcentis imperii ſpes fuit*] Præpoſtere res Fabii geſtas, cunctationiſque ejus artem, qua Annibalis fervorem ludificatus eſt, & impetus ejus tardavit, in id tempus confert, quod ſequutum eſt Cannenſem cladem, cum nihil eorum ille geſſerit, niſi ante Cannenſe prælium, nec poſt id omnino. Quæ ſequuntur, poſt Cannenſem pugnam omnia acta ſunt. Pæne ultimum vulnus fuiſſe imperii Cannas, ſupra dixerat. Quid fecerint Romani poſtea, ut inde emergerent, narrare inſtituit, quibuſque ducibus præcipue ad res perditas reſtituendas uſi ſint. Arma detracta templis, liberata ſervitia ad militiæ delectum poſt illam pugnam narrat. Ducem autem Fabium primam imperii reviviſcentis, & quaſi ab inferis redeuntis, ſpem fuiſſe, cunctando ac ludificando. Marcellum etiam primum cominus congredi auſum. Auſum etiam Sempronium Gracchum per Lucaniam ſequi & premere terga cedentis.

FREINSHEMII.

27. *Prima ſpes Fab.*] Claudian. de bell. Get. verſ. 138:

Primus fulmineum lento luctamine Pœnum
Compreſſit Fabius. ——

Nolle pugnare] Eadem illi ratio, quæ

illi cognomen novum, & Reipublicæ ſalutare, *Cunctator*. Hinc illud ex populo, ut *Imperii ſcutum* vocaretur. Itaque per Samnium 28
totum, per Falernos, Gauranoſque ſaltus ſic maceravit Annibalem, ut, qui frangi virtute non poterat, mora comminueretur. Inde, 29
Claudio Marcello duce etiam congredi auſus eſt. Cominus venit, & pepulit e Campania

ſua,

quæ Pompeio infra, 4, 2, 61: *ſimul ut hoſtem interciſum undique inopia commeatuum tereret, utque ardentiſſimi ducis conſeneſceret impetus*. Adde infra, 3, 3, 7. Iſtud *nolle pugn*. eſt ex vet. noſtra editione: aliæ ſervant; *non pugnare*. De Fabii conſilio vide etiam Polyb. fragmentum apud Suidam in ἠλίκον.

Imperii ſcutum Sicut contra Marcellus, *enſis*, quod ex Poſidonio recenſet Plut. in vita Fabii, cap. 36. Alia de cauſa (ob crudelitatem nempe) *gladium* appellatum fuiſſe Ochum, idem auctor ſcribit de Iſide, cap. 1, 3.

28. *Mora comminueretur*] Tac. H. 2, 32. 4. *Multa bella impetu valida, per tædia & moras evanuiſſe*.

29. *Pepulit in Campania ſua*] Libuit arripere ſcripturam Pal. pr. Jordanis. codd. ſcripti; *perpulit in Camp. ſua*. Gruterus. Salmaſius, nihil mutandum cenſet, in vulgatis ubi eſt, *e Camp. ſua*.

VARIORUM.

Cognomen novum] Fabio huic quatuor fuere cognomina; *Maximus*, *Ovicula*, *Verrucoſus*, *Cunctator*. Auctor de vir. illuſtr. cap. 43. Plut. in vita cap. 1. *Camers*.

SALMASII.

29. *Cominus venit, & pepulit e Campania ſua*] Mirum, non animadverſum hujus vitium lectionis a tot ante correctoribus. Ut Marcellus Annibalem e Campania ſua pepulerit? Atqui Capuam, Campaniæ caput, non eo anno amiſit Annibal, nec opera Marcelli Campania poſſeſſione ceſſit, ſed obſidione tantum Nolæ urbis excuſſus eſt. Solus ex noſtris veteribus libris Nazarianus Codex ſinceram retinuit lectionem, qui habet: *Cominus venit, & pepulit in Campania ſua*. Suam jam pæne totam fecerat Campaniam Annibal. Nam & Capuam ſedem, & domum, & patriam alteram Annibalis fuiſſe, noſter Annæus paulo poſt dicit. Quo magis mirum eſt, in ea provincia, in qua tantum poterat, pulſum a Marcello eſſe. Sic proverbii vicem *in caſtris ſuis* aliquis *cædi* dicitur. Nola autem Campaniæ urbs. Eamque Livius, ut & Neapolim, inter Campaniæ urbes recenſet. Scripſiſſe olim Virgil. volunt Grammatici: *vicina Veſevo Nola jugo*. Mox iratum Nolanis id mutaviſſe, & reſcripſiſſe *Ora* pro *Nola*, Veſevus porro Campaniæ mons. Alii Piceno Nolam vindicant. Si ex illis fuit noſter, ſcripſerit: *Repulit in Campaniam ſuam, & ab obſidione Nolæ urbis excuſſit*. Sic infra, lib. III. cap. IV. *Didius vagos, & libera populatione diffuſos, intra ſuam repulit Thraciam*. Sed priorem cum lectionem, tum expoſitionem, magis amplector. Et Nola omnino Campaniæ. Bis autem ad Nolam

lam

ſua, & ab obſidione Nolæ urbis excuſſit. Auſus & Sempronio Graccho duce per Lucaniam ſe-

lam cum Annibale congreſſus eſt Marcellus, ſemel tamen tantum ab Annibale Nola obſeſſa. Nam prima vice ſpes illi hujus urbis potiundæ affulſerat proditione plebis. Ad eam ſpem votumque propius urbem caſtra appulerat, a qua repulſus eſt eruptione Marcelli ex urbe. Anno ſequente eamdem urbem legitima obſidione cinxit & corona circumdedit, acieque juſta etiam cum eodem Marcello pugnavit, ac victus eſt, quod hibernis Capuanis militum ejus ardor & robur omne elanguiſſet. De hoc ſecundo prælio hic Florus accipiendus, cum ait, Marcellum cominus auſum congredi cum Annibale, & ab obſidione Nolæ urbis eum excuſſiſſe. Tertio quoque eam rem tentaſſe Annibalem ſcribit Livius, lib. XXIV. cap. XVII. & cum eodem Marcello acie pugnaſſe, victumque eſſe: & exinde ſpem in poſterum omiſiſſe Nolæ potiundæ.

Pepulit e Campania ſua] *In Campania ſua*; ita præfert Nazarianus: nec ſcio tamen, quid velit alter Palatinus *a Campania*. optimum factu cenſeo nihil mutare. verum poſſet illius optimi Codicis γραφὴ ſic defendi: *pepulit in Campania ſua*; eodem modo quo dicimus, *in caſtris ſuis aliquem cædere*. Sic Marcellus in Campania ſua cecidit Annibalem pepulitque, quem ab obſidio Nolæ urbis excuſſit. ſed hac lectione legeretur melius, *perculit in Campania ſua*. nos eo tandem redimus, ut NIHIL MUTANDUM pronuntiemus.

FREINSHEMII.

Ab obſidione Nolæ urbis] Nam Annibal, ſicut apud Liv. 30, 20, 7. ipſe queritur, cum *cruentum ab Cannenſi victoria militem Romam ducere* debuiſſet, *circa Caſilinum, Cumas, Nolamque conſenuit*; & interea Romanis ex tanta clade reſpirandi tempus conceſſit; ſuorum autem ardorem popinis & comeſſationibus & Campana luxuria deteri paſſus eſt: Itaque cum Nolam obſideret, pulſus eſt a Marcello, &, quamvis obſtinate propoſitum urgeret, infecta re diſceſſit. Vide Liv. 23, 14. & deinceps.

SALMASII.

30. *Auſus &, Sempronio Graccho duce, per Lucaniam ſequi*] Nuſquam id legi, Sempronium Gracchum per Lucaniam inſtitiſſe fugienti Annibali, & cedentis terga preſſiſſe, præſertim cum id dicat eum feciſſe cum ſervili manu. Volones Livii intelligit, hoc eſt, ſervos publice redemptos, qui voluntate ſua ſacramento dixerant, octo millium numero. His militibus Gracchus ad Beneventum prælio decertavit cum Hannone, eumque devicit, ut narrat Livius, lib. XXIV. At, cum Annibale ipſo eum pugnaſſe, non leges. Multo minus; ut veſtigiis ejus fugientis inſtiterit, aut terga cedentis preſſerit. De Marcello id memorat idem Livius, lib. XXVII. Is per Lucaniam cedentem Annibalem inſequutus eſt, & aliquoties cum eo conflixit, interim vincentis fato, interim victi fortuna. Epitome illius libri, de Numiſtrone Lucaniæ oppido, ad quam incerta victoria pugnatum eſt ab Annibale & Marcello: *Inde Annibal noctu receſſit, & ſubinde cedentem preſſit, donec effugeret*. Sempronio igitur Graccho dat noſter, quod Marcel-

lus

Digitized by Google

ſequi, & premere terga cedentis: quamvis tunc (ô pudor!) manu ſervili pugnaret. Nam hucuſque tot mala compulerant: ſed libertate [illegible] **do-**

lus fecit. Cui porro veriſimile fiat, Sempronium cum ſervili ac parva manu coëgiſſe ad fugam Annibalem, ac cedentem ſubinde preſſiſſe?

Quamvis tunc (ô pudor!) manu ſervili pugnaret] De his ipſis ſupra dixerat, in ſacramentum militiæ liberata ſervitia. Si liberati priuſquam militarent, ergo liberi tum fuere, cum pugnaverunt duce Sempronio Graccho. Verum quidem, etiam tum ſervos fuiſſe, cum eorum opera uſus eſt Gracchus in debellando Hannone. Ita falſum, quod ſupra ſcripſit Annæus, liberatos illos ſervos ad militiæ ſacramentum. Addit ſtatim: *Sed libertate donati fecerant de ſervitute Romanos.* Obſcura omnimodo hæc verba. Genus ipſum loquendi non ſatis aſſequor: *Libertate donati fecerant de ſervitute Romanos.* Quis hæc intelligit? Servi illi nempe, donati libertate, Romanos fecerunt de ſervitute. Quid eſt, *Romanos de ſervitute facere*? Mitto elegantiam, ſolam quæro Latinitatem. Sed fac Latina eſſe, jam ego de hiſtoria inquiſierim. Quid vult ſibi? Si ſervi tum pugnarunt, quando aut quomodo libertate donati ſunt? Hoc debuit dicere. In re ita eſt. Gracchus, cum Pœnis & eorum duce Hannone pugnaturus, iſtis ſervorum copiis, qui, jam alterum ſervi militantes, libertatem taciti ſuſpirabant, & arbitrio ejus reliquiſſet ſenatus quid de illis faceret, priuſquam cum Pœnis manum confereret, pronuntiavit, eum ſe extemplo liberum eſſe juſſurum, qui caput hoſtis retuliſſet. Cum ſtrenue pugnaſſent, virtutem eorum libertate remuneratus eſt. Sic ergo virtute de ſervis liberi facti. Hoc opinor dicere voluiſſe Florum, atque etiam dixiſſe, ſi verba ejus integra haberemus, quæ ad hanc faciem, ut ab auctore concepta ſunt, reſtituenda cenſeo: *Sed libertate donati. Fecerat de ſervis virtus Romanos.* Vel, quomodo fortaſſe mallet aliquis: *Fecerunt ſe de ſervis virtute Romanos.* Libertatem virtute meruerunt. Ita fecerunt ſe de ſervis Romanos ac liberos propria virtute. Perperam coaluerant iſtæ duæ voces in unam, ob ſoni affinitatem. *De ſervitute*, pro, *de ſervis virtute.* Priorem tamen malo lectionem, ut genio Flori convenientiorem. *Fecerat de ſervis virtus Romanos.* Cum vitio librariorum ſcriptum eſſet *de ſervitus*, pro *de ſervis virtus*, correctores præſto fuerunt, ac *de ſervitute* fecerunt, ut ſolœciſmum tollerent. Nihil certius noſtra correctione.

FREINSHEMII.

30. *O pudor!*] Fuerint enim tum *neceſſaria glorioſis præpoſita*, ut apud Vellei. 2, 110, 3: &, 2, 113, 3. *utilia ſpecioſis præferens.*

Manu ſervili] Livius, 22, 57, 11. *Aliam formam novi delectus inopia liberorum capitum, ac neceſſitas, dedit; octo millia juvenum validorum ex ſervitiis, prius ſciſcitantes ſingulos, vellentne militare, empta publice, armaverunt.* Quos tamen *dominis ultro donantibus* collectos, Appianus in Annibalico ſcribit. De hujuſmodi delectibus vide apud Pauſan. pag. 425. Polyb apud Valeſ. pag. 181: & notata ſupra, 2, 6, 23.

Nam hucuſque tot mala compule-

31 donati. Fecerant de ſervitute Romanos. O
horribilem in tot adverſis fiduciam! ô ſingularem animum ac ſpiritum populi Romani! tam arctis afflictiſque rebus, quum de Italia ſua dubitaret, auſus eſt tamen in diverſa re-
32 ſpicere, quumque hoſtes in jugulo per Campaniam Apuliamque volitarent, mediamque de Italia Africam facerent, eodem tempore & hunc ſuſtinebat, & in Siciliam, Sardiniam, Hiſpaniam, diviſa per terrarum orbem arma mit-

rant: ſed libertate donati, fecerant de ſervitute Romanos] Duodecim iſtas voces adulterinum quid & barbarum ſapere, diximus in Suſpicionibus; neque nunc aliter ſapit palatum. ſane horum omnium, nec volam nec veſtigium extare in Pal. ſec. jam teſtor. *Gruterus.* Si tamen retinere libeat, ita commodius ſonent; *ſed libertate donata fecerant de ſervitute Romanos.* Quomodo Juſtinus, 7, 2, 11: *Captivum de Rege facturi.* & noſter mox: *mediamque de Italia Africam facerent.*

SALMASII.

32. *Mediamque jam de Italia Africam facerent*] *Jam*, non habetur in Nazariano, & poteſt vel haberi, vel abeſſe, ſine magno, ut quidem puto, ſententiæ detrimento.

FREINSHEMII.

31. *O horribilem*, &c.] De Agathocle Juſtinus, 22, 4, 2: *Mira prorſus audacia, ut quibus in ſolo urbis ſuæ par non erat, eorum urbi bellum inferret; & qui ſua tueri non poterat, impugnaret aliena; victuſque victoribus inſultaret.* Conſule etiam notam Bernecceri ad Juſtinum. Similis locus eſt Eutropii, 3, 12. Huic autem animo Romanorum prioris etiam belli Punici victoriam acceptam refert Polyb. 1, 59.

Auſus eſt tamen in diverſa reſpicere] Claudianus de laud. Stilicon. 3, 145:

— *Poſt Cannas major* (Pop. Rom.) *Trebiamque fremebat,*
Et cum jam premerent flammæ, murumque feriret
Hoſtis, in extremos aciem mittebat Iberos.

Adde Frontinum, 3, 18.

32. *Mediamque de Italia* &c.] Ita Nazar. nam alii; *mediamque jam de Ital. &c.* eodem quidem ſenſu, ſed aſperiore vocum poſitu.

VARIORUM.

32. *Hoſtes*] Cum ſtatim ſequatur; *eodem tempore, & hunc ſuſtinuit*, maluerim cum Jordaneis: *cumque hoſtis*, &c. *Gruterus.*

Diviſa per terrarum orbem] Ita v. c. & confirmavi eam loquutionem in Suſpicionum libellis. vulgatur paſſim *diverſa*, quod nec malum tamen. immo malum; cum alteri ſcripturæ adhæreant Pall. o. & Jordanes. *Gruterus.*

FREINS-

mittebat. Sicilia mandata Marcello, nec diu 33 reſtitit. Tota enim inſula in una urbe ſuperata eſt. Grande illud, & ante id tempus invictum caput Syracuſæ, quamvis Archimedis ingenio defenderentur, aliquando ceſſerunt. Longe illi triplex murus, totidemque arces, 34 por-

FREINSHEMII.

33. *Syracuſæ*] De nobiliſſima hac urbe ſcitu digniſſima collegit e monumentis veterum doctiſſimus Cluverius, Siciliæ antiquæ 1, 12. Vide etiam Cicer. in Verr. 4, 53.

Archimedis ingenio] De quo Claudianus in epigram. ibique Camers. Item Livius, 24, 34, 1. Plut. in vita Marcelli, cap. 20. &c. Silius, 14, 343.

VARIORUM.

33. *Sicilia mandata Marcello*] Scribuntur hæc a Livio, 25, 23, &c. Sil. lib. 14. in princip. *Camers.*

SALMASII.

Nec diu reſtitit] Immo diu. Nec aliter dicat qui hiſtoriam oppugnationis Syracuſanæ apud Livium legerit. Quot labores, quot pericula circa mœnia Syracuſana Marcellus exhauſerit, non uno libro pertexuit. Sed nec in una urbe ſuperata Sicilia eſt. Nam ſucceſſori ſuo Lævino conſuli, quod in ea ageret, reliquit. Agrigentum adhuc tenebatur valido Carthaginienſium præſidio, quod ille expulit; & ſic quod reliquum erat belli in Sicilia perfecit.

33. *Quamvis Archimedis ingenio defenderentur*] Archimedis ingenium nihil contra proditionem valuit, qua captæ ſunt Syracuſæ. Eo ſane uſque proceſſerat ingenio ſuo & machinis Archimedes, ut non ſolum navalem oppugnationis maritimæ apparatum Marcelli eluſerit, ſed etiam terreſtrem iiſdem artibus impedierit, & ab oppugnatione eum in totum abſiſtere coëgerit. Nec hic debuit tacere, proditione potiſſimum captas fuiſſe Syracuſas.

34. *Longe illi triplex murus, totidemque arces*] Nuſquam reperio, triplici fuiſſe muro cinctam Syracuſarum urbem. Interpretatione itaque ſublevandus vanus ac nugax ſcriptor. Ampliſſimam quidem civitatem fuiſſe Syracuſas conſtat, ac lato ambitu diffuſam, ſed vaſtam ac ſpatiis diſſipatam, & in plures diviſam partes, quæ ſingulæ fere inſtar urbium fuere. Eæ partes muro etiam invicem diſcluſæ & interſeptæ. Tres præcipuas videtur facere noſter, qui & totidem arces quaſi ſingularum urbium agnoſcit. Hoc modo & triplicem murum habuiſſe intellexerit. Cum enim unaquæque harum arcium ac partium urbis Syracuſanæ proprio muro ab altera fuerit ſeparata, trinus murus illi fuit ſuperandus, qui totis Syracuſis potiri in animum induxerit. Livius urbem & partem eam, quæ proprie *Inſula* vocabatur, diſtinctam fuiſſe docet. Νᾶσον incolæ vocabant. Atque ita legendum apud Livium, ubi editiones ejus ubique *Naſſon* cum duplici ſſ ſcribunt: Lib. XXIV. *Epicydes ab inſula, quam ipſi Naſon vocant, citato profectus agmine.* Ea inſula muro peculiari ab cetera urbe, quaſi interſepimento, disjuncta. Idem

portus ille marmoreus, & fons celebratus A-
re-

Livius: *murique ea pars, quæ ab cetera urbe nimis firmo munimento interſepiebat inſulam.* Jam ceteræ urbis, quæ ab inſula, ſive Naſo proprie dicta, ſeparabatur, variæ quoque partes, & ipſæ urbium inſtar. Neapolim, & Tycham, inter has nominat Livius his verbis: *Marcellus, ut Euryalum neque tradi, neque capi, vidit poſſe, inter Neapolim & Tycham, nomina partium urbis, & inſtar urbium ſunt, poſuit caſtra.* Meminit & Hexapyli, urbis partis non modicæ, a numero portarum ſic dictæ. Ex Livio tamen colligo, nomen portæ potius fuiſſe. Sic enim ſcribit, lib. XXIV. cap. XXI: *Hexapylo Theodotus ac Soſis poſt ſolis occaſum, jam obſcura luce, invecti, tranſvecti per Tycham.* Item cap. XXIV: *Prope Hexapylon eſt portula. Ea magna vi refringi cæpta.* Et paulo poſt: *Sub luce Hexapylo effracto, Marcellus omnibus copiis urbem ingreſſus.* Apparet igitur ex his, portam fuiſſe, a numero portarum, vel portularum, ſic appellatam. At Acradina, portio urbis longe maxima ac munitiſſima, ad mare poſita, cujus frequens in oppugnatione Syracuſarum apud eundem Livium mentio. Sic quatuor urbis partes, quas inſtar urbium idem fuiſſe dicit, Naſos, Acradina, Neapolis, & Thyca. Arces trinas fuiſſe hic Annæus vult. At Livius duas tantum commemorat. Unius arcis primum habet mentionem, quæ in inſula erat. Horrea ibi fuere publica. *In inſula,* inquit, *inter cetera Andronodorus præſidiis firmat horrea publica. Locus ſaxo quadrato ſeptus, atque arcis in modum emunitus, capitur a juventute quæ præſidio ejus loci attributa erat.* Ea eſt arx de qua ibidem paulo ante loquutus eſt: *Itaque Andronodorus & inſulam, & arcem, & alia quæ poterat, quæque opportuna erant, præſidiis firmat.* Hæc arx inſulæ fuit. Altera porro arx, in extrema parte urbis, a mari verſa, & viæ imminens quæ in agros ferebat & mediterranea loca, Euryalus vocabatur. *Ad Euryalum ſigna referri juſſit. Tumulus eſt in extrema parte urbis verſus a mari, viæque imminens ferenti in agros, mediterraneæque inſulæ, percommodus ad commeatus excipiendos.* Præter has duas arces alterius non meminit auctor ille, cum diligentiſſime exequatur obſidionem Syracuſarum. Noſter vero triplicem murum, totidemque arces, Syracuſis tribuit, non ſolum obſcure, ſed etiam parum ſcienter loquutus.

Portus ille marmoreus, & fons celebratus Arethuſæ] Non video quam magni momenti inſtar efficere potuerit ad defenſionem Syracuſarum, portus, marmoreus potius, quam ex alio lapide factus, & fons Arethuſæ Poetis decantatus. Facile quidem patiar dici, nihil profuiſſe urbi quæ capta ſit, triplicem murum, totidemque arces. Sed quid urbi prodeſſe tali in tempore quibat, magnifica portus ſubſtructio, & celebris fontis amœnitas? Portus majoris meminit ad Syracuſas Livius. Ergo & minorem alterum habuerit. Is portus in Acradina. Ibidem & Arethuſæ fons. Hic portum cum Arethuſa jungit. Similiter & Livius, ubi memorat, Acradinam ſub tribus præfectis fuiſſe, quorum unus Mœrichus Hiſpanus, qui Acradinam tradidit Romanis. Cum Acradinæ partes inter tres præfectos diviſæ eſſent, & ſuam quiſque tuendam partem ſuſcepit, Mœricho obtigiſſe regionem dicit

Li-

rethuſæ niſi quod hactenus profuere; ut pulcri-

Livius ab Arethuſa fonte ad oſtium magni portus: *Ipſi regio evenit ab Arethuſa fonte uſque ad oſtium magni portus. Id ut ſcirent Romani, fecit.* Hæc cum apud Livium legiſſet noſter, fortaſſe inde arripuit, ut diceret, nihil illi profuiſſe, quominus caperetur, portum marmoreum, & fontem Arethuſam. Nempe eam partem obtinuit præfectus ille, qui Acradinam prodidit Marcello, & milites ejus recepti per eam portam, quæ prope Arethuſam erat. Qua proditione non ſolum capta Acradina, ſed etiam eadem opera & Naſos ſive inſula. Urbs ipſa ante in ditionem venerat Marcelli cum arce Euryalo. Magnum autem portum fortaſſe pro magnifico vel magnifice extructo accepit Florus. Nuſquam enim prodidit Livius, ex marmore fuiſſe. Utut ſit, ineptum eſt, quod Florus portum heic marmoreum, fontemque Arethuſam, cum triplicis muri & trinæ arcis munimentis jungit, quaſi & in illis ſatis præſidii eſſe debuerit, ne urbs caperetur; quod tamen parum valuerit: *Longe illi triplex murus, totidemque arces, portus ille marmoreus, & fons celebratus Arethuſæ.* Sic ſupra, cum vellet dicere, parum valuiſſe artes nauticas Carthaginienſibus: *Longe illis nauticæ artes, detergere remos, & ludificari fuga roſtra.* Ceterum, ut *adeſſe* alicui dicitur, qui eum defendit ac protegit, ita *abeſſe*, & *longe eſſe*, a quo non poteſt præſens auxilium ſperari. Virgilius in duodecima Æneide:

Longe illi Dea mater erit. ——

Longinquum auxilium ei, cui præſens periculum, pro nullo putandum eſt. Ideo vicinos auxiliatores præferebat Heſiodus longe habitantibus, ſi forte cognatis:

Γείτονες ἄζωστοι ἔκιον, ζώσαντο δὲ πηοί.

Vicinus, in qualicunque habitu deprehenſus, etiam ſeminudus, etiam diſcinctus, ex proximo poteſt accurrere. Cognatus, qui longe incolat, præter moram itineris, id etiam temporis moratur, quod in veſtiendo ſe, ac cingendo, ſumere cogitur. Quia nudus ex longinquo per mediam urbem diſcinctus venire non poſſit. Ut ſerum igitur auxilium idem fere quod nullum, ita, qui longe alicui ſunt vel abſunt, in præſenti periculo conſtitutis parum idonei defenſores. Inde illa loquutio, e medio vulgi ſermone ſumpta, *Longe eſſe aliquid* vel *aliquem*, qui parum prodeſt, vel non defendit. Cæſar de bello Gallico, *Longe illis abfuturum nomen populi Romani.* Ubi etiam emendari poteſt: *longe illis futurum.* Etſi nec improbem *abfuturum.* Sic *adſiſtere*, quod adeſſe ac præſentem eſſe ſignificat, recens Latinitas pro *adjuvare* poſuit. Et ita nos quoque nunc Francocelitæ in idiomate noſtro Romanenſi uſurpamus.

VARIORUM.

34. *Niſi quod hactenus*] Ita tres Pall. & e. v. *Gruterus.*

SALMASII.

Niſi quod hactenus profuere] Ita recte Gruterus noſter reſtituit ex veteri ſua editione, cum reliquæ recentiores haberent: *Quid niſi hactenus profuere?* cum interrogatione. Veteribus editis noſtri codices ſcripti ſuffragantur. Portum marmoreum, & fontem Arethuſæ, hactenus Syracuſis profuiſſe, ut victæ urbi parceretur, Flori ſomnium eſt. Pulcritudo urbis ac

ſcritudini victæ urbis parceretur. Sardiniam Gracchus arripuit. nihil illi gentium feritas, In-

ac vetuſta gloria, omnium ferme illa tempeſtate clariſſimæ ac pulcerrimæ, memoriæ præterea beneficiorum Hieronis, ſocii regis, potius effecerunt ut ne deleretur.

FREINSHEMII.

35. *Sardiniam*] De hac inſula quoad ejus fieri potuit, accuratiſſime ſcribit modo laudatus Cluverius, in Sardinia ſua antiqua. quo lectorem remiſſum volumus.

VARIORUM.

35. *Gracchus*] Tib. Sempronio Graccho quicquam hoc Punico bello in Sardinia imperii fuiſſe, haud facile invenias, cum neque prætura functus ſit, & prætores hoc fere tempore ſolum in eam provinciam (erat enim in provinciæ formam ante hoc bellum annis quatuordecim redacta, per M. Mathonem Coſ.) mittebantur. nam hunc Gracchum in ædilitate magiſtrum equitum a M. Junio Pera dictatore dictum fuiſſe, Livius 22, 57, 9. teſtatur; inde mox Coſ. deſignatum anno DXXXVIII. iterumque poſt biennium cum Annibale in Italia, idque in Lucania, mandatum fuiſſe, quouſque procos, ipſe anno DXLI. hoſpitis Lucani ſui fraude, inſidiis circumventus a Magone Pœno interfectus eſt. Sed Conſularis facta eſt, propter belli magnitudinem, Sardinia anno DLXXVI. hoc eſt annis XLI. poſt hujus belli initium, eamque tunc ſortitus eſt Sempronius Gracchus Coſ. hujus de quo diximus, nepos: deque iis procos. Gracchum triumphaſſe teſtantur triumphi Capitolini, tantumque captivorum Romam deportaſſe, ut in proverbium, abierit, *Sardi venales*. Quod ſi rem tanto intervallo geſtam cum hoc Punico bello confundit, intolerabilis eſt ἀνιστορησία. Verum iſto, quo cum Annibale bellatum eſt tempore, rem bene geſtam adverſus Pœnos & Sardos in Sardinia a T. Manlio prætore, qui Q. Mucio Scævolæ valetudinario ſucceſſor datus eſt, Livius 23, 40. teſtatur. ut qui captos a Manlio Aſdrubalem, Magonem, Annonum Pœnorum: Harſicoram & Hioſtum Sardorum duces cæſos eſſe ſcripſerit. *Inſanorum* etiam *montium* Livius 30, 39, 3. meminit: Ptolem. μαινόμενα ὄρη lib. ſecundo geograph. vocat. *Stadius*.

SALMASII.

35. *Sardiniam Gracchus arripuit*] In Sardinia tum quidquam egiſſe Gracchum, non reperio. Sardiniam a Graccho perdomitam poſt captas Syracuſas, ordo rerum, prout hic narrantur, poſtular. Atqui nihil in Sardinia geſtum eo anno, quo expugnatæ Syracuſæ. Tribus aut quatuor annis ante domita fuit Sardinia per T. Manlium prætorem, qui triginta millia Sardorum uno prælio cecidit, duce Hioſto filio Hamſicoris. Qui etiam altera acie Sardos cum Pœnis devicit, quibus præerat imperator Aſdrubal, Cornumque urbem totius gentis primam cepit. His perpetratis, ac debellata inſula, Manlius Romam navigavit, perdomitamque Sardiniam patribus nuntiavit. Vide Livium, lib. XXIII. Non poteſt de alia ſubactione Sardiniæ Florus intelligi, nec ipſe potuit intelligere. Sed primum Graccho tribuit, quod a Manlio geſtum eſt. Sempronius Gracchus, tum Conſul, Campanos cecidit: Epitome Liviana: *Sempronius Gracchus. Conſul Campanos*

Inſanorumque (nam ſic vocantur) immanitas montium profuere. Sævitum in urbes, urbemque urbium Caralim; ut gens contumax, viliſque morti, ſaltem deſiderio patrii ſoli domaretur. In Hiſpaniam miſſi Cnæus & Publius 36 Sci-

panos cecidit. Præterea in Sardinia feliciter, T. Manlio prætore, adverſus Pænos Sardoſque res geſtas conſtanet, a quo Aſdrubal dux, & Mago, & Hanno, capti. Multa igitur heic a Floro peccata. Primum, quod ſubactam Sardiniam a Graccho facit, quam Manlius ſubegit. Deinde, quod poſt captas Syracuſas id actum memorat, quo tempore conſtat nondum obſeſſas fuiſſe. At tres annos integros in obſidione Syracuſarum contrivit Marcellus. Poſtremo, quod in Caralim urbem ſævitum ait, quæ Romanorum tunc fuit, & ſedes erat belli Romano imperatori. Ducem Sardorum Livius in editis *Harſicoram* vocat. Sed vetuſtiſſimus liber Bibliothecæ Puteanorum modo *Hamſicoram* appellat, modo *Hapſicoram*, Græcis Ἀψικόρας. *Pellidos Sardos* ibidem commemorat, qui debent eſſe *pelliti*, a pellibus quas gerebant pro veſte. Sic *pelliti Scythæ*. Livius: *Hapſicora tum forte profectus erat in pellitos Sardos.* Ita ſcribendum. Pellitos fuiſſe Sardos aliquos vel *maſtruga* veſtis indicio eſt, quam a Sardis acceptam auctores ſcribunt, & pelliceam eſſe volunt.

Nihil illi gentium feritas, inſanorumque immanitas montium profuere] De Syracuſis idem dixerat alio modo: *Longe illi triplex murus, totidemque arces.* Hoc eſt, nihil illi triplex murus profuit, totidemque arces. Frigida porro & abſurda Flori hæc conceptio de Inſanis montibus, qui nihil Sardiniæ profuere quo minus ſubigeretur. Quaſi Inſani illi montes tam ardui, atque aſcenſu difficiles fuerint, ut prohibere potuerint inſulam adiri, vel domari. Ad mare illi montes, ac cognomine horrendi magis, quam re ipſa. Meminit eorum Livius, lib. XXX. ea inde accepit noſter, quamvis ibi de alia re mentio fiat, quam de Sardinia a Manlio ſubacta: *Ilvam inſulam, & ab Ilva Corſicam, a Corſica in Sardiniam trajecit. Ibi ſuperantem Inſanos montes multo & ſævior, & infeſtioribus locis, tempeſtas adorta diſjecit claſſem.* Ex eo loco arripuit Inſanos iſtos montes, quorum immanitatem heic nihil profuiſſe dicit Sardiniæ, cum a Graccho perdomaretur. Qua de re nihil ibi Livius, cum Sardiniam redactam in ditionem memorat. Et ſane ineptum eſt. Nullum enim impedimentum aut moram objeciſſe armis Romanis montes illos hiſtoria ipſa perhibet, haud ſane magis, quam fons Arethuſæ.

Gens contumax, viliſque mortis] Verius legerim, *viliſque morti*; *vilem morti*, eleganter vocat facilem ad mortem excipiendam, & mortem nihili facientem.

FREINSHEMII.

Viliſque morti] Sic quidem Pall. tres; non, ut editur, *mortis*. Gruterus. Sic *vilis ſibi juventus*, apud Lucan. 4, 516.

36. *Cn. & P. Scipiones*] Hiſtoriam hanc ſcribunt Livius, libris 23, 24, 25. Appianus, Libyco. Plut. in

Scipiones, pæne totam Pœnis eripuerant; ſed inſidiis Punicæ fraudis oppreſſi rurſus amiſerunt, magnis quidem illi præliis, quum Punicas opes cecidiſſent: ſed Punicæ inſidiæ alterum ferro caſtra metantem, alterum, quum evaſiſſet in turrim; cinctum facibus oppreſſe-
37 runt. Igitur in ultionem patris, ac patrui, miſ-
ſus cum exercitu Scipio, cui tam grande de
38 Africa nomen fata decreverant, bellatricem
illam,

in vita Scipionis. Valer. Max. 1, 6, 2: 3, 7, 1: Silius, 13, 381: & 15, 3. Servius, Æneidos 6, 843: Eutropius: Oroſ. 4, 17. *Camers.* Adde infra, 2, 17, 6.

SALMASII.

36. *Rurſus amiſerunt*] *Amiſerant*, Jordanes. *amiſerunt* probamus.

FREINSHEMII.

In turrim] Dubitat tamen Livius, 25, 36, 11.

38. *Bellatricem*] De bellica veterum Hiſpanorum gloria, pleni ſcriptorum libri, quos hic coacervare faſtidio fit. Occurrent aliqua infra, cap. 17, & 18. hujus libri.



Cui tam grande] *Scipio Africanus Major, ex marmore deſcriptus extat apud* F. Urſinum. *optime tamen è marmore ejus iconem nobis dedit* Henr. Goltzius.

VARIORUM.

37. *Scipio*] Quæ hic ſcribuntur de Scipione ſuperiori, habentur late a Livio, lib. 26. & ſeqq. Plut. in vita Scipionis, Val. Max. 3, 7, 4: 3, 9, 8: & ſæpe alibi. Plura Gell. 4, 18, 6: 8, 12, 8: (Nam reliqua quæ ex hoc auctore citat Camers, ad Æmilianum attinent) Plin. 7, 9, 7: 30, 16, 4: Auguſt. 3, 21. Civit. Silius, lib. 18. uſque ad finem operis. Virgil. Æn. 6, 842. Claudianus. *Camers.*

SAL-

illam, viris armiſque nobilem Hiſpaniam, illam ſeminarium hoſtilis exercitus, illam Annibalis eruditricem (incredibile dictu!) totam a Pyrenæis montibus in Herculis columnas & Oceanum recuperavit, neſcias citius, an facilius. quam velociter, quatuor anni fatentur: quam facile, vel una civitas probat. eodem quippe, quo obſeſſa eſt die, capta eſt: omenque Africanæ victoriæ fuit, quod tam facile victa eſt Hiſpana Carthago. Certum eſt tamen ad profligandam provinciam maxime profeciſſe ſingularem ducis ſanctitatem: quippe qui captivos pueros puellaſque præcipuæ pul-

39

40

SALMASII.

38. *Neſcias citius, an facilius*] Quod cito fit, etiam fieri facile puto. Scribendum igitur *felicius*, ex veteri editione & optimo Nazariano, utroque Palatino, & Jordane ipſo denique. Sic libro tertio, capite ſexto, *quid prius in hac mirere victoria, velocitatem, quod quadrageſimo die parta eſt; an felicitatem, quod ne una quidem navis amiſſa eſt?* Sic infra lege, *feliciter* pro *facile.*

FREINSHEMII.

Seminarium] Ita recte per appoſitionem, q. l. *ſeminariam*, quod vix probo. Sic Appuleius, in Apologia, Herennium Rufinum vocat *omnium malorum ſeminarium.*

Totam a Pyren. montibus, &c.] Nam hi ſunt utrinque ejus termini. Juſtinus, 44, 1, 3: *Hiſpania, inter Africam & Galliam poſita, Oceani freto, & Pyrenæis montibus, clauditur.*

39. *Felicius*] Sequenda erat turba, Mſſ. Pall. confirmata inſuper editionibus antiquitatis. Ceterum paullo poſt, retinui. *quam facile.* ſuadente majeſtate codicis Naz. neque enim *felicitas* heic aliud quam *facilitas*. itaque, ut ſupra dixerat, *citius*, ac poſtea tamen iterat *velociter*; ita & *felicitatem* mox mutat *facilitate*. Interim non ideo conceſſerim, quod cito fit, etiam facile fieri: immo fere eſt, ut arbitrer potius, heic convenire, *an facilius*. Grurerus. Similis omnino locus infra 3, 6, 15. *Quid prius in hac mirere victoria? velocitatem, quod quadrageſimo die parta eſt? an felicitatem, quod ne una quidem navis amiſſa eſt?*

Eodem quippe die] Vide Livium, 26, 42, &c. Eutrop. 3. 15: Oroſ. 4. 18: Polyb. 10, 9: Sil. 15, 220: Auctor. de vir. illuſtr. cap. 39: Plut. Scipione (ſi modo is auctor): Plin. 26, 4: Appian. Hiſpan.: & noſtrum, infra, 2, 17, 7.

40. *Captivos pueros puellaſque*, &c.] Hiſtoriam hanc habet Livius, 26, 49, & 50: Eutrop. 3, 5: Plut. in vita: Auctor de vir. illuſtr. cap. 49: Notanter Silius, 15, 268: Val. Max. 4, 3, 1. *Camers.* Quantæ autem ad conciliandos hoſtium ani-

pulcritudinis barbaris reſtituerit, ne in conſpectum quidem ſuum paſſus adduci; ne quid de virginitatis integritate delibaſſe ſaltem ocu-
41 lis videretur. Hæc inter diverſa terrarum populus Romanus: nec ideo tamen Italiæ viſceribus inhærentem ſummovere poterat Annibalem. Pleraque ad hoſtem deſciverant; & dux acerrimus contra Romanos Italicis quoque vi-
42 ribus utebatur. Jam tamen eum pleriſque oppidis & regionibus excuſſeramus. Tarentus ad nos redierat: jam & Capua, ſedes & domus,

animos efficaciæ ſit iſta continentia & humanitas, patet exemplo Alexandri & Darii apud Curt. 4, 10, 34: & Plut. Orat. de virtute Alex. cap. 14. Itemque Val. Max. 4, 1. toto capite.

SALMASII.

40. *Saltem oculis videretur*] Legebatur prius, *ſaltem vel oculis*. Inepte. alterutrum enim tantum probum eſt, alterum ejiciendum. in Flori libris certe omnibus, *vel oculis videretur*, ſcriptum extat.

42. *Tarentus ad nos redierat*] In veteribus Nazarii membranis ſcribitur: *Idem Tarentinus*. Facilis emendatio: *pridem Tarentinus ad nos redierat*. Sic fere ſemper loquitur Florus. *Tarentinus* pro *Tarentini*, *Romanus* pro *Romani*, *Germanus* pro *Germani*, & talia paſſim obvia ſunt multa hunc auctorem pervolventibus.

FREINSHEMII.

41. *Contra Romanos Italicis quoque viribus utebatur*] Nimirum hoc etiam inter cetera habet commodi bellum in hoſtili ſolo. *Quippe* (verbis Agathoclis apud Juſtin. 22, 5, 4.) verum eſt, *aliter domi, aliter foris, bella tractari: domi ea ſola auxilia eſſe, quæ patriæ vires ſubminiſtrent; foris hoſtem etiam ſuis viribus vinci, deficientibus ſociis, & odio diuturni imperii externa auxilia circumſpicientibus*, &c. Suadet hoc idem Antiocho expertus Annibal, apud Livium, 34, 59. Vide Ariſtidem, orat. 13. pag. 263.

42. *Ad nos redierat*] Qua arte Tarentum a Fabio recuperatum, docet Livius, 27, 17: Auguſt. 1, 6. Civit. Eleganter Silius, 15, 320. *Camers*. De hac re extat pulcer jocus Fabii apud Plut. apophth. cap. 5: *Cum M. Livius, qui Tarentinam arcem præſidio tutabatur, ſua opera eum Tarento potitum diceret: aliis ridentibus, vera, inquit Fabius, dicis. niſi enim tu urbem amiſiſſes, nunquam ego recepiſſem.*

VARIORUM.

40. *Saltem oculis*] Alii; *ſaltem vel oculis*, ſed iſtud *vel* non habet Jordanes: quod & gloſſarion eſſe ſuſpicor. *Saltem* namque hujus *vel* ſignificationem habet tam hoc loco, quam infra 5, 8, 3. ubi *vel* nulla ſubjiciunt exemplaria. *Vinetus*. Sed exemplar ejus Mſ. ut & editi ante, *ſaltem vel oculis*, quod etiam totidem literis in Pall. tribus. *Gruterus*.

SAL-

Digitized by Google

mus, & patria altera Annibalis, tenebatur: cujus amiſſio tantum Pœno duci dolorem dedit, ut inde totis viribus Romam converteretur. O populum dignum orbis imperio! di- 43
gnum omnium favore, & admiratione hominum ac deorum! Compulſus ad ultimos metus ab incepto non deſtitit: & de ſua Urbe ſollicitus Capuam tamen non omiſit; ſed parte exercitus ſub Appio conſule relicta, parte Flaccum in urbem ſequuta, abſens ſimul præſenſque pugnabat. Quid ergo miramur mo- 44
venti caſtra a tertio lapide Annibali iterum ip-

SALMASII.

43. *Dignum omnium favore*] Dele *omnium*, & lege: *dignum favore & admiratione hominum ac deorum.*

Compulſus ad ultimos metus] Quid videbitur, ſi legamus *ad ultimas metas*? Ita ſane elegantius multo cenſeam legi juxta ſcripturam Nazariani libri. *Ad ultimas metas compelli*, parœmiæ vicem obtinet, & ſimile eſt illi, *ad incitas redigi*. Cyrus Prodromus, libro v. amorum Rhodanthes & Doſiclis, ἔσχατον πίτυν ... eleganter dicit pro eodem. Senecæ *extrema tegula*. Notum illud Poëtæ:

His ego nec metas rerum,

FREINSHEMII.

Patria altera Annibalis] Silius, 11, 425:

Altera jam patria, atque æquo ſub honore vocatur,
Altera Carthago Capua. ——

Cicero in Verr. 4, 8: *Tua te altera patria, quemadmodum dicere ſoles, Meſſaria circumvenit.*

43. *Populum dignum orbis imperio*] Ob virtutem & conſtantiam. Pertinet huc, quod ſupra, 1, 13, 3. dixit: *Ea certe fuit vis calamitatis, ut in experimentum illatam putem divinitus, ſcire volentibus immortalibus diis, an Romana virtus imperium orbis mereretur.*

VARIORUM.

43. *Dignum omnium favore* &c.] Ita dudum editio accuratiſſima Vineti, quomodo poſtea legendum monuit, ex veteri ſuo codice Lipſius d. cap. 19. nec aliter ſane aut Pall. aut vett. editiones: aliæ; *& adminiſtratione*: ridicule. Ceterum ſciat lector, illa quæ præcedunt, *dignum orbis imperio*, omiſſa in vet. ed. cui anſam dedit repetitio vocis *dignum*. Gruterus.

Ultimos metus] Naz. a manu correctrice habet, *ultimas metas*, metaphora non inepta. Sed vulgatum propugnant ceteræ membranæ, item Jordanei codices MS. *Gruterus.*

SAL-

ipſos deos, deos inquam, (nec fateri pudebit) reſtitiſſe? 45 Tanta enim ad ſingulos illius motus vis imbrium effuſa, tanta ventorum violentia coorta eſt, ut divinitus hoſtem ſummoveri, nec cœlo, ſed ab Urbis ipſius mœni-

SALMASII.

45. *Non a cælo, ſed ab urbis ipſius mænibus*] Non dubitem ita concinnatam & deproperatam hanc eſſe lectionem manibus & ingenio correctorum, retentis quæ volebant, quæ nolebant rejectis. Vetus editio, ut nos docuit vir doctiſſimus, qui ea uſus eſt, habet: *Nec cælo, ſed ab urbis ipſius mænibus in Capitolio ferri videretur.* Vide facinus correctorum. *Ferri* ſuſtulerunt, in quo cardo erat ſententiæ. *Nec* in *non* perverterunt, & alia, quæ omitto, commiſerunt. Totum hunc locum ita ex veteri editione & libris ſcriptis emendamus: *Tanta enim ad ſingulos illius motus vis imbrium effuſa eſt; tanta ventorum violentia coorta, ut divinitus hoſtem ſummoveri, nec cælo: ſed ab urbis ipſius mænibus & Capitolio, ferri videretur.* Hoc ſenſu: tanta imbrium & ventorum vis coorta, ut divinitus hoſtem ſummoveri putares, nec illam vim imbrium cœlo ferri, ſed ab ipſis mœnibus urbis & Capitolio, diceres. Quid planius? An hæc pervertenda erant, ut intelligi poſſent? Iſne autem erat Hannibal, quem mœnia urbis Romæ fugarent & ſummoverent? Quod illa lectio omnino innuit. Satis & nobis & illis hæc diximus.

FREINSHEMII.

44. *Nec fateri pudebit*] Adjicit hoc ideo, quod probroſum videretur viris fortibus, deorum potius favore, quam ſua virtute victoriam conſequi. Quo reſpicit Aiax Sophocleus, v. 775. qui patri monenti;

— τέκνον, δορὶ
Βούλου κρατεῖν μὲν, σὺν θεῷ δ᾽
ἀεὶ κρατεῖν.

Satis ferociter reſpondet:

Πάτερ, θεοῖς μὲν κἂν ὁ μηδὲν
ὢν ὁμοῦ,
Κράτος κατακτήσαιτ᾽· ἐγὼ δὲ καὶ
δίχα
Κείνων πέποιθα τοῦτ᾽ ἐπισπάσειν
κλέος.

Sic ille *contemptor ſuperum Mezentius* apud Poëtam 10. 773.

Dextra mihi deus, & telum quod
miſſile libro,
Nunc adſint. ——

quem locum imitatur, ut ſolet Statius in Capaneo, Theb. 9. 547.

—— *Ades ô mihi dextera tantum,*
Tu præſens bellis, & inevitabile
numen:
Te voco, te ſolam, ſuperum contemptor adoro.

Eadem mens erat Auguſto, cum claſſibus tempeſtate perditis, exclamaret: *Etiam invito Neptuno victoriam ſe adepturum.* Suet. in vit. 16, 5.

45. *Neque cælo*, &c.] Reduxi lectionem Pall. utcumque firmatam ab editione primaria. *Gruterus.* Reſpexit huc Claudianus, de bello Getico, verſu 508. cum caneret:

Hanc urbem inſano nullus qui
Marte petivit,
Lætatus violaſſe redit: nec numina ſedem
Deſtituunt, jactata procul dicuntur in hoſtem

Ful-

Digitized by Google

nibus, & Capitolio ferri videretur. Itaque
fugit, & ceſſit, & in ultimum ſe Italiæ rece-
pit ſinum, quum Urbem tantum non adora-
tam reliquiſſet. Parva res dictu, ſed ad ma- 47
gnanimitatem populi Romani probandam ſa-
tis efficax: quod illis ipſis, quibus obſideba-
tur diebus, ager, quem Annibal caſtris inſe-
derat, venalis Romæ fuit haſtæque ſubjectus,
invenit emptorem. Voluit Annibal contra fi- 48
duciam imitari; ſubjecitque argentarias Ur-
bis tabernas nec ſector inventus eſt, ut ſcias,
etiam præſagia fatis fuiſſe. Nihil actum erat 49
tanta virtute, tanto favore etiam deorum. ſi-
quidem Aſdrubal frater Annibalis cum exer-
citu novo, novis viribus, nova belli mole ve-
niebat. Actum erat procul dubio, ſi vir ille 50
ſe cum fratre junxiſſet. ſed hunc quoque caſ-

tra-

Fulmina, divinique volant pro manibus ignes,
Seu cælum, ſeu Roma tonat.

S A L M A S I I.

48. *Etiam præſagia fatis fuiſſe*] In duobus Palatinis, *& præſagia fatis fuiſſe.* editam retinemus.

F R E I N S H E M I I.

46. *Adoratam*] Cum fateretur Vinetus, ita lectionem concipi in omnib. mſſ., eam quoque auſus ſum revocare; rationibus iis motus, quas poſui in Suſpicionum libellis. Vulgo erat *adortam*; quod & in Pal. tert.; nam reliqui, ut & membranæ Jord. ſtabiliunt ſcripturam primam. *Gruterus*. Idem in paneg. 587. p.

47. *Ager quem Annibal caſtris inſederat*] Refert hoc præter ceteros Frontinus, 3, 18, 2: & Plut. in vita Annibalis. *Camers*. Item Val. Max. 3, 7, 10: & Zonaras.

48. *Etiam præſagia fatis fuiſſe*] Interpretor, fata, quæ manſura erant utrumque (pop. Romanum, & Annibalem), his velut ominibus eſſe ſignificata.

50. *Si vir ille ſe cum fratre junxiſſet*] Sex. Ampelius: *qui ſeſe cum Annibali junxiſſet, dubitari non poteſt, patia eis præſtaturum non fuiſſe*. Quæ corrupta ſunt; & leg. *qui, ſi ſe cum Annibale junxiſſet, dubitari non poteſt, parem eis* P. R. (i. e. *populum Romanum*) *futurum non fuiſſe.*

V A R I O R U M.

49. *Aſdrubal, frater Annibalis*] Auctores hiſtoriæ ſunt Livius, 27, 38; &c. Valer. Maxim. 3, 7, 4: 7, 4, 4: Frontinus, 2, 3, 8: Eleganter Silius, 15, 494. Idem ſcribunt citati ſuperius. *Camers*.

SAL-

trametantem Claudius Nero cum Livio Sali-
51 natore debellat. Nero in ultimo Italiæ angulo ſummoverat Annibalem. Livius in diverſiſſimam partem, id eſt, in ipſas naſcentis Italiæ
52 fauces ſigna converterat. Tanto, id eſt, omni, qua longiſſima Italia, ſolo interjacente, quo conſilio, qua celeritate, conſules caſtra conjunxerint, inopinanterque hoſtem collatis ſi-

Salmasii.

51. *Nero in ultimos Italiæ angulos*] Optimus Nazarianus, *ultimo Italiæ angulo*. corrupte ſane: nam, *ultimos Italiæ angulos*, rectum eſt. ſic ſupra. *& pepulit in Campania ſua*, pro *in Campaniam ſuam*: ad quem locum annotationem noſtram delere debes, & pro nulla putare: nam vera lectio illius loci, *pepulit in Campaniam ſuam, & ab obſidione urbis Nolæ excuſſit*, quod tunc non videramus. tantum enim abeſt, ut Hannibalem a Campania pepulerit Marcellus, ut vel ad ultimas metas redactus, Capuam tamen, quæ caput eſt Campaniæ, non omiſerit. Nola urbs eſt Piceni; cujus obſidionem relinquere coactus eſt Hannibal, & in Campaniam ſuam refugere, vides ut perpetuo nobis cor non recte ſapiat.

In diverſiſſimam partem & in ipſas naſcentis Italiæ fauces] Lege ex libris: *Id eſt, in ipſas naſcentis Italiæ fauces*. Paulo ante dixerat, *ultimos Italiæ angulos*. Nunc diverſiſſimam partem opponit, id eſt, *naſcentis Italiæ fauces*. Nec dubium quin hæc ſit vera ſcriptura. cujus niſi auctores eſſent fidei non culpandæ libri, nec eam proponerem, nedum tueri vellem. Sic infra memini correxiſſe: *Senatus, id eſt, Pompeius*. Ubi vulgo: *Senatus, & Pompeius*.

52. *Conjunxerint*] Uterque Palatinus: *conjunxerant*. Sequitur: *inopinantemque hoſtem*. Optimæ membranæ: *inopinanterque*. Si verum licet dicere, *inopinantem* vix Latinum cenſeo. Jordanis veteres libri: *inopinatumque*. Gloſſæ *inopinanter*: ἀπροσδοκήτως. Certe aut *inopinatque* ſcribendum, aut *inopinanter*.

Freinshemii.

51. *In ultimo Italiæ angulo*] Ita omnino tres Pall. & vet. edd. male Vinetus, qui ſubſtituit; *in ultimos Italiæ angulos*. Gruterus. Infra 3, 20, 13. eſt *Bruttius angulus*.

52. *Caſtra conjunxerint*] Vide præter modo citatos egregie reſtitutum a Stewechio Frontinum, 1, 2. exemplo ultimo.

Inopinanterque] Ita optimæ membranæ: nam editi; *inopinantemque*. quod, ſi verum licet dicere, vix Latinum cenſeo. Jordanis veteres libri *inopinatumque*. etſi non improbem, malim tamen *inopinatoque*, vel *inopinatim*. gloſſa *inopinanter* ἀπροσδοκήτως. Salmaſius. cujus ſententiam firmat Gruterus auctoritate Palatinorum.

Variorum.

51. *Id eſt, in ipſas*] Ita recte Stadius, & probant Pall. tres. q. L. & *in ipſas*. perperam. *Gruterus*.

Freinſ-

ſignis compreſſerint, neque id fieri Annibal
ſenſerit, difficile dictu eſt. Certe Annibal, re- 53
cognita, quum projectum fratris caput ad ſua
caſtra vidiſſet, *Agnoſco*, inquit, *infelicitatem Carthaginis*. Hæc fuit illius viri, non ſine præſagio quodam fati imminentis, prima
confeſſio. Jam certum erat Annibalem etiam 54
ipſius confeſſione poſſe vinci: ſed tot rerum
proſperarum fiducia plenus populus Romanus
magni æſtimabat aſperrimum hoſtem in ſua
Africa debellare. Duce igitur Scipione in ip- 55
ſam Africam tota mole converſus imitari cœpit Annibalem, & Italiæ ſuæ clades in Africa
vindicare. Quas ille (dii boni!) Aſdrubalis 56
copias, quos Syphacis exercitus fudit? quæ
quantaque utriuſque caſtra facibus illatis una
nocte delevit? denique jam non a tertio lapide, ſed ipſas Carthaginis portas obſidione
quatiebat. ſic factum eſt, ut inhærentem at- 57
que incubantem Italiæ extorqueret Annibalem. Non fuit major ſub imperio Romano 58
dies, quam ille, quum duo omnium & antea & poſtea ducum maximi, ille Italiæ, hic
Hiſpaniæ victor, collatis cominus ſignis direxere

FREINSHEMII.

56. *Non a tertio lapide*] Comparat Annibalis factum, idque longe poſtponit huic Corneliano. Ille enim Romam non propius, quam a tertio lapide, vidit (quamvis Plinius, 34, 6. *intra muros* urbis *haſtam emiſiſſe* dicat): hic autem *ipſis* Carthaginis *portis inhærebat*, unde Regulo dixit auctor, 2, 2, 21. qui locus me movet, ut præ illo quod ſequitur, *portas obſidione quatiebat*; mihi placeat, *portas obſidio quatiebat*. quamvis nihil interſit quoad ſenſum.

57. *Sic factum eſt*] Adde Frontin. 1, 3, 8. de Langaro, ſupplem. Curt. 1, 12, 14. de Agathocle, Juſtin. 22, 6. Vide Scipionis orationem apud Liv. 28, 43.

FREINS-

Digitized by Google

xere aciem. Sed & colloquium fuit inter ipſos
59 de legibus pacis. Steterunt diu mutua admiratione defixi. ubi de pace non convenit, ſi-
60 gna cecinere. Conſtat utriuſque confeſſione *nec melius inſtrui aciem, nec acrius potuiſſe pugnari.* Hoc Scipio de Annibalis, Annibal de Scipionis exercitu prædicaverunt. Sed tamen Annibal ceſſit, *premiumque victoriæ* Africa fuit, & ſequutus Africam ſtatim terrarum orbis.

CAP.

FREINSHEMII.

60. *Hoc Scipio de Annibalis,* &c.] Si licet a viro magno diſſentire, dicam equidem, nec iſta, nec ultima hujus capitis verba, ſuppoſititia videri: Nam (hæc poſtrema præſertim) optime cohærent ſeqq. *Poſt Carthaginem vinci neminem puduit.*

VARIORUM.

59. *Steterunt diu,* &c.] Quæ hic ſcribuntur, lege apud Livium, 30, 30. Plut. Scipione. Silium, libro 17. *Camers.*

60. *Nec melius inſtrui aciem,* &c.] Pugnam hanc, & aciei ultro citroque inſtructionem, præter Livium, Plutarch., Silium, lege apud Frontin. 2, 3, 16. Latius Appian. in libro, qui Libycus inſcribitur. *Camers.*





Præmium victoriæ] *Scipio de Pœnis triumphans, anno U. C. DLII. occurrit in Corneliorum denar. apud citatum* Urſinum.

SAL

CAP. VII.

Bellum Macedonicum primum.

POſt Carthaginem vinci neminem puduit. 1
Sequutæ ſunt ſtatim Africam gentes, Macedonia, Græcia, Syria, ceteraque omnia, quodam quaſi æſtu & torrente fortunæ: ſed primi 2
omnium Macedones, affectator quondam imperii populus. Itaque quamvis tunc Philippus regno præſideret, Romani tamen dimicare ſibi cum rege Alexandro videbantur. Macedoni- 3
cum

SALMASII.

2. S*Ed primi omnium Macedones*] Num ex *ſed* ſit faciendum *ſic*, videamus. ita mihi videtur, adſtipulante veteri ſcriptura, & poſtulante ſententia. duabus enim ante lineis ſcribit, Africam ſtatim Macedones ſequutos eſſe. Recte igitur nunc, quaſi repetens, ait, *ſic primi omnium Macedones*, ſcilicet, cum quibus bellum, Africa devicta, aut pacata Romani geſſerint. Sequitur, *affectator quondam imperii populus. quondam*, retineo, nec otioſum arbitror, imo maxime ἐνεργεῖ hoc loco. reſpicit ad tempora Philippi & Alexandri Macedonis, poſt quos, reges nulla imperia inveniuntur affectaſſe, ut qui multum a viribus & virtute majorum excidiſſent.

VARIORUM.

EA quæ hoc capite continentur, ſcribunt Livius, libris 31, 32, 33, 34: Val. Max. 4, 8, 5: & 5, 2, 6: Juſtin. lib. 29, & 30: Eutrop. 4, 1: Oroſ. 4, 20: Plut. Flaminino, cap. 5, &c. Silius, 15, 286. Geſtum autem eſt bellum hoc, anno DLI. ab urbe condita, ſecundum Eutropium. Oroſius dicit anno DLV. *Camers.*

FREINSHEMII.

2. *Quondam*] Retineo, nec otioſum arbitror: immo maxime ἐνεργεῖ hoc loco, reſpicit ad tempora Philippi & Alexandri Macedonis, poſt quos reges nulla imperia inveniuntur affectaſſe, ut qui multum a viribus & virtute majorum excidiſſent. Salmaſius. & firmant Pall. o. vetus tamen ed. Gruteri vocem iſtam omittit. in cujus favorem allegari poſſit, quod infra 2, 12, 2. hos ipſos Macedonas *fortiſſimum populum* vocat. Juſtino quin etiam teſte 29, 3, 8. *Philippus* hic *ſtudio Alexandri æmulationis incenſus* erat, *promptuſque in bella & induſtrius.* Pro priori tamen opinione faciunt ſequentia.

Itaque quamvis, &c.] Explicationem hujus loci pete ex Grutero, diſcurſuum in Tacitum ſeptimo. §. 4.

cum bellum nomine amplius, quam ſpectatio-
4 ne gentis fuit. Cauſa cœpit a fœdere Philip-
pi, quo rex jam pridem dominantem in Italia
Annibalem ſibi ſociaverat: poſtea crevit, im-
plorantibus Athenis auxilium contra regis in-
jurias, quum ille ultra jus victoriæ, in templa,
aras, & ſepulcra ipſa ſæviret. Placuit ſenatui
5 opem tantis ferre ſupplicibus. Quippe jam
gen-



Philippus] *Imago regis hujus eſt ex nummo arg. F. Urſini. alibi tamen ejus icon melius exprimitur.*

SALMASII.

3. *Nomine amplius, quam exſpectatione*] Hanc pridem vocem explodendam judicaveram, ſubſtituta meliore, quam extare in veteri editione, indicante magno viro, cognoveram: nempe, *ſpectatione*. *exſpectatione*, ut vulgo legitur, quid heic ſonat? *ſpectatio* eſt conſideratio, & reſpectus, ut dicas, amplius illud bellum nomine fuiſſe, propter nomen & memoriam olim virtutis Macedonum, quam conſideratione, & reſpectu ipſius gentis, quæ illo tempore non multum laudata erat. *Exſpectare*, pro *ſpectare*, ſcriptum, millies in veteribus libris animadverti.

FREINSHEMII.

3. *Spectatione*] Ita ſcripſi volentibus trib. Pall. atque editis vetuſte. nam ſeqq. *exſpectatione* alterum ipſum Latinum eſſe, oſtendi alibi ad Senecæ animadverſiones. *Gruterus*. Ita apud Plinium 37, 9. de pæderote gemma; *eſt & ſuum genus exſpectatione ſua dignum* ubi mſſ. *ſpectatione*.

4. *Ultra jus victoriæ, in templa*, &c.] Conſule ſcriptores juris bellici, Grotium, 3,12,6, & 7: & Gentilem, 2, 24.

5. *Quippe jam gentium reges*, &c.] Clare teſtantur hoc Rhodii apud Livium, 37, 54. 11: *omne genus humanum veſtrum nomen* (an *numen*?) *imperiumque*, *juxta ac Deos immortales*, *jam pridem intuetur*.

SAL-

gentium reges, duces, populi, nationes, præſidia ſibi ab hac urbe petebant. Primo igitur, 6
Lævino conſule, populus Romanus Ionium mare ingreſſus, tota Græciæ littora veluti triumphanti claſſe peragravit. Spolia quippe 7
Siciliæ, Sardiniæ, Hiſpaniæ, Africæ præferebat: & manifeſtam victoriam nata in prætoria puppe





Lævino conſule] *De Lævino extat hic nummus, apud* Goltzium *in Faſtis.*

VARIORUM.

7. *Africæ*] Annibal tamen adhuc in Italia erat, Africa nondum ſpoliata, & debellata, quum Lævinus illa gerebat. *Vinetus.*

FREINSHEMII.

6. *Lævino conſule*] Legendum videtur, *Læv. prætore*, ex Livio, 31, 3, 2: (& 24, 40.) Juſtino, 29, 4, 4. Item ex Floro hoc ipſo cap. *manifeſtam*, inquit, *victoriam nata in prætoria puppe laurus pollicebatur.* Hujus hiſtoriæ meminit Claudian. bello Getico, v. 386. *Camers.* Claudianus tamen eo loco conſulem vocat Lævinum.

7. *In prætoria puppe laurus*] T. Livius paulo aliter refert, 32, 1, 7. Prætoriam puppem non intelligo cum Camerte, præced. nota f. qua prætor vehitur, ſed eam quam Græci ναυαρχίδα, hodie vocant *Admiralem*, hoc eſt, qua dux vehitur, quiſquis ille ſit, & quemcunque magiſtratum gerat. ut *prætorium* dicitur tabernaculum ducis, quod de regum etiam tabernaculis dicunt Curt. 5, 2, 7: & Juſtin. 2, 11, 15. Sic poſtea ſub imperatoribus *prætoriani milites*, & *præfecti prætorio*, dicti. ſed hoc ſatis liquet. De ſinceritate ſcripturæ paullulum addubito, magiſque propendeo, ut pronuntiem ſcribendum, *prætoriæ* (ſcilicet navis) *puppe*. ut non modo navis, ſed

8 puppe laurus pollicebatur. Aderat ſponte in auxilium Attalus rex Pergamenorum. aderant Rhodii, nauticus populus, qui a mari navibus Conſul, a terris omnia equis viriſque quatie-
9 bat. Bis victus rex, bis fugatus, bis exutus caſtris: quum tamen nihil terribilius Macedonibus fuit ipſo vulnerum aſpectu: quæ non ſpiculis, non ſagittis, nec ullo Græculo ferro, ſed ingentibus pilis, nec minoribus adacta gladiis,

ſed & locus ejus annotetur: & vero in puppi navis enatam laurum etiam Livius prodit. Laurum autem victoriæ gloriæque omen fuiſſe, quis ignorat? quale etiam Cæſari obtigit: *Trallibus in templo victoriæ ſub Cæſaris ſtatua palma enata*, ut referunt, Cæſar ipſe de B. C. 3, 105: Dio, lib. 41. pag. 205: & Obſequens, cap. 24: & quidem, ut hic addit (penes ipſum fides ſit), *magnitudine mutara*. Sic enim ibi legendum puto, non *mutare*, ut editur; nam & ſic Val. Max. 1, 6, 12. *juſtæ magnitudinis*. Adde Sueton. Aug. 92, 3. Narrat etiam Plutarch. in Sympoſ. 5, 3. in prætoriæ Antigoni navis puppi ſponte enatum eſſe apium, quo victores Iſthmiorum ſolebant coronari.

SALMASII.

8. *Quibus a mari Conſul, a terris omnia equis*] Praviſſima hujus loci diſtinctio, quam jam pridem non meliorem factam miror. omnino diſtinguendum, *aderant Rhodii, nauticus populus, quibus a mari, conſul a terris omnia equis viriſque quatiebat*. aliquid tamen ſubintelligendum, quibus a mari, omnia infeſtantibus & quatientibus; conſul a terris, equis & viris omnia quatiebat & infeſtabat. qui Florum leget, videbit illum ſæpe ita loqui.

9. *Nec ullo Græculo ferro*] Ita in omnibus ferme libris: & haud dubie rectum eſt. verum in quodam Jordanis antiquiſſimo Codice, *gracili* legitur pro *Græculo*: ſed perperam, ut arbitror. Græci levioribus & brevioribus utebantur armis & telis: contra Macedones vaſtis clipeis & longis ſariſſis. Inde *Græculum ferrum* dicit, per contumeliam. nam & *Græcos Græculos* ignominioſe vocabant.

FREINSHEMII.

8. *Qui navibus a mari*] Puto licere ſubvenire bonis auctoribus, etiam ſine libris; quapropter hanc lectionem auſus ſum reſtituere: naves enim viris equiſque opponit, ut conſulem Rhodiis, terram mari. ſimilis antitheſis ſupra, 2, 2, 4. Nec rarum eſt, duas voces in unam coaleſcere, extritis mediis literis. Et ſunt eadem verba apud Livium, 38, 32, 2: Adde eundem, 29, 35, 6.

9. *Ingentibus pilis*] Vide omnino Lipſium de Mil. Romana, libr. 3. dialogo 4.

VARIORUM.

8. *Rhodii, nauticus populus*] Scribit Euſebius, lib. temporum, Rhodios ſæpe maris imperium obtinuiſſe. Faciunt ad hoc, quæ ſcribit Gellius, 7, 3. *Camers.*

SAL-

Digitized by Google

diis, ultra mortem patebant. Enimvero Flaminio duce invios antea Chaonum montes, Aoumque amnem per abrupta vadentem, id eſt,

SALMASII.

10. *Chaonum montes, Aoumque amnem*] Egregie nomen hujus amnis reſtitutum ab optimo, & doctiſſimo Vineto, cum prius in omnibus editis corruptum haberetur. *Aum* vetus lectio in optimo Nazariano, poſtea facili mutatione *a* in *d* mutavit: ex eo alter Palatinus *dum amnem* exhibet. ex quo poſtea *indum*, & *pindum*, & alia quæ neſcio, fecere correctores. Jordanes *ſavum* in editis; in ſcriptis *ſaum*: ſed male *ſ* adhæſit ex præcedentis vocis ultima ſyllaba. Ἀῶος etiam fluvius Cypri, & mons Aous apud Iſidorum. perperam, ſi recte memini, ſcriptum eſt *Alous*, aut alio modo etiam corruptius.

FREINSHEMII.

Ultra mortem] Ita malui, quam ut edidit Vinetus, Jordanis libros ſequutus, *morem*; tum quod illud *mortem* & defendant aliæ edd. (quæ tamen perperam *potebat*) & Pall. membranæ omnes, & imprimis ratio. de ea loquutionis elegantia, nos alibi in Opinionibus noſtris. *Gruterus*. Lege quæ notavit iſte doctorum, etiam doctiſſimorum confeſſione, princeps Caſaubonus, ad Perſ. 6, 41. Confer cum hoc loco Livium, 31, 34, 4.



Flaminio duce] T Quinctius Flamininus eſt e gemma, F. Urſini.

FREINSHEMII.

10. *Aoum*] Sicut Philippus Beroaldus repererat, ita ſcriptum hic reliquit, *Indum*. ceterum quiſquis locum iſtum fœdius poſtea corrupit. Indum, puto, nullum in Europa eſſe audierat, ſed in illo Europæ tractu, montem, fluvium, urbem, *Pindum*. *Aoum* autem, non Indum, neque *Pindum*, exiſtimavimus legendum. Primum enim T. Livius 32, 5, 10, & 32, 10, 1. unde hæc fuerunt excerpta, ita flu-

eſt, ipſa Macedoniæ clauſtra penetravimus.
11 Introiſſe victoria fuit. Nam nunquam poſtea auſus congredi rex, ad tumulos, quos Cynoſce-

fluvium appellat; non procul Apollonia in mare Ionium exeuntem. ad quem Flaminino res primum cum Macedone fuit, non *Pindum*, nec *Indum*. Denique Jornandes, qui hæc tranſcripſit, uti monuimus, *Savum* hic habet. Cujus vocabuli primam literam S. video ex fine præcedentis vocis, *montes*, huc eſſe adjectam, ut *molientibus ſedem* fuit ſupra 1, 7, 8. pro *molientibus ædem*, poſteaque *o* in *u*, negligentia imperitiaque ſimili mutatam: Ut *Aous*, *Savus* ſcilicet omnino eſſet: qui infra 4, 2, 8. memorabitur. Quod autem Plutarchus in Flaminio cap. 4, & 5. *Apſum* nuncupare videtur, quem Livius *Aoum* (*Apſi* etiam meminit idem Livius 31, 27, 1. ſed in rebus Sulpicii Galbæ, prioris anni conſulis) Item Georg. Agricola de natura eorum quæ effluunt ex terra pag. 129. hoc quid ſit, ex Polybio, puto, cognoſci poſſet: ſi extaret integer. Utriuſque fluminis mentionem facit Strabo lib. 7. pag. 219. facit & Ptolomæus lib. 4. Geograph. ſed apud quem, ſicut & in Strabonis epitome Λῶος ſit, pro Ἀῶος, Λ. pro A *Vinetus*. Sic igitur etiam ſcribendum apud Livium lib. 33. nuper reperto, ubi; *acceptæ ad Aovum fluvium in anguſtiis cladi*, pro *ad Aoum fluvium*. Nominat etiam Polyb. apud Vales. τ̃ λωὸν ποταμὸν in rebus Perſei. ubi in mſ. Ἀῶον ubi forſan etiam hic fluvius intelligitur.

10. *Id eſt, ipſæ*] Sic auſus ſum reponere, ex ingenio quidem, ſed juvantibus aliis locis doctorum virorum Mſſ. quæ pares corruptiones eadem medicina ſanant. Vide ſupra, 2, 6, 51: & infra, 4, 2, 15. ſed nemo, puto, dubitabit; nam planiſſima eſt ſententia. Similis locus infra, 3, 5, 6.

Introiſſe, victoria fuit] Confer, quæ notamus infra, 4, 2, 63. vet. ed. noſtra, *victoriæ*. non ita bene, nec male tamen.

11. *Cynocephalas*] Vide Liv. 33, 1, 7.

SALMASII.

11. *Quos Cynecephalas vocant*] Scribendum contendo, *Cynoſcephalas*: Græce enim κυνὸς κεφαλαὶ illi tumuli vocantur. Stephanus meus, κυνὸς κεφαλαὶ λόφος τ̃ Θεσσαλίας erat & locus Thebis hoc nomine, unde quidam illum Lyrices Principem ortum volunt. Stephanus, ἦν δὲ κ̀ χωρίον Θηβῶν, ἀφ' ȣ̃ Πίνδαρος Δαϊφάντου παῖς βοιώτιος ἐκ κυνὸς κεφαλῶν μελῶν ποιητής. quem locum vir doctiſſimus & diligentiſſimus, Lilius Giraldus, in vita Pindari vertens, male ſcribit, *vicum Cynocephalorum*. non enim κυνοκέφαλοι, ſed κυνὸς κεφαλαὶ, vicus ille appellabatur. debuit igitur dicere, *vico Cynoſcephalis* quinam populi ſint, qui dicuntur κυνοκέφαλοι, notiſſimum eſt. quos ita deſcribit Apollonius his verſibus, qui, quia corruptiſſimi vulgo leguntur, ut emendari debent, obiter ponam.

Ἡμικυνῶν τ' ἐνέπουσι γένος περιώσιον ἀνδρῶν
Τοῖς ὤμων καθύπερθεν ἐϋστρεφέων κυνὸς κάρη
Τέτραφε γαμφηλῇσι παλιγκροτέουσιν ἐρυμνός,

Τῶν-

ſcephalas vocant, uno, ac ne hoc quidem juſto prælio opprimitur. Et illi quidem Conſul pa- 12
cem dedit, regnumque conceſſit: mox, ne quid eſſet hoſtile, Thebas, & Eubœam, & graſſantem ſub Nabide ſuo Lacedæmona compeſcuit. Græciæ vero veterem ſtatum red- 13
didit, ne legibus viveret ſuis, & avita libertate frueretur. Quæ gaudia, quæ vociferationes 14
fuerunt, quum hoc forte Nemeæ in theatro quinquennalibus ludis a præcone caneretur? quo certavere plauſu? quid florum in Conſulem

Τῶν μὲν ὅτε κιχὼν ἐλάσας πέ-
λας ἤδη τι τοίγε
Ἄλλων ἀγινώσσοι βρεχμὸν ἐυ-
μάχλυτον ἀέθλῳ.

Elegantiſſimi hi verſus, nec ſatis ſcio, ex quo Apollonii opere ſumpti ſint, nunc ad ordinem redeo.

12. *Lacedæmoniam compeſcuit*] Non damno *Lacedæmoniam*, ſed Florum ſcripſiſſe dico *Lacedæmona*, præeuntibus libris. Sic ſuperiori capite: *cum Xanthippum illis ducem Lacedæmon miſiſſet.*

VARIORUM.

12. *Lacedæmona*] Reſtitui quod erat in binis Pall. nec abibat tert. quam quod is, *Lacedæmonia*, editi *Lacedæmoniam*. Gruterus. Hiſtoriam habes ex Livio 34, 26. &c. Juſtino 31, 3, 1. Eutropio & Oroſio ubi ſupra. *Camers.*

14. *Nemeæ*] *Nemea* ſilva, locus, urbs, ludi. Quatuor Græciæ certamina ſacra fuerunt, quos illi *ἀγῶνας* dictitabant: *Nemea, Pythia, Iſthmia, Olympia.* Quod ergo auctor hic dicit factum in Nemeis, Livius, 33, 18: & 34, 40: & Plut. Flaminino, cap. 17. id dicunt factum in Iſthmiis primum, deinde in Nemeis, & magis etiam in Iſthmiis. *Vinetus,*

FREINSHEMII.

Uno, ac ne hoc quidem juſto, prælio] Eleganter in hunc ſenſum infra, 4, 2, 63. *uno (& ut ſic dixerim) non toto prælio.*

13. *Græciæ veterem ſtatum reddidit*, &c.] Quantum proſit iſta victoribus clementia, prolixe oſtendit Gruterus diſc. ad Tacitum, 27. Grotius de jure pacis & belli, 3, 15.

14. *Quæ gaudia*] Nec immerito vide ſupra, 1, 9, 3.

Quid florum in conſulem profuderunt?] Vide omnino Polyb. excerpt. leg. 9, 5. & Appian. Hoc autem fieri ſolitum honoris atque benevolentiæ cauſa, *diis, hominibuſque* bene meritis. *Diis* ut apud Capitolinum M. Antonino cap. 4. *coronas omnibus in pulvinar ex more jacientibus, hominibus*, aut *vivis & videntibus*, ut hoc loco: & apud Pauſan. Meſſen. *Ariſtomenem Andaniam reverſum, acceperunt matronæ, tænias in eum quacunque incederet, & ut anni ferebat tempeſtivitas, flores & fructus jacien-*

15 lem profuderunt? Et iterum iterumque præconem repetere illam vocem jubebant, qua libertas Achaiæ pronuntiabatur: nec aliter illa conſulari ſententia, quam modulatiſſimo aliquo tibiarum, aut fidium cantu fruebantur.

CAP.

jacientes. Adde Arrian. 3, 2, 28. & eundem de reb. Ind. 6. 15, 7, 12. Sic apud Herodian. 4, 15. Alexandrini *florum ſparſionibus imperatorem* (Caracallam) *honorabant*. aut *mortuis*, idque *in feretro*, dum efferrentur, ut apud Plinium 21, 3. cujus locum aliquanto meliorem quam accepi reddam: *Florum quidem Pop. Rom. honorem Scipioni tantum habuit. Serapio cognominabatur, propter ſimilitudinem ſuarii cujuſdam negotiatoris. Obierat* (male lectum hactenus *Ob id erat*) *in Tribunatu plebei admodum gratus, dignuſque Africanorum familia. Nec erat in bonis funeris impenſa. Aſſes ergo contulit populus, ac funus elocavit, quaque proferebatur, flores e proſpectu omni ſparſit*. vel *in ſepulcris*, quem ritum indicant plurimi omnium fere Poëtarum loci. quomodo & Auguſtus *corpus Alexandri floribus aſperſis veneratus eſt*. Sueton. Aug. 18, 1. Sed iſta luculenter explicat Kirchmannus de funeribus Romanorum. Denique etiam *imagines* floribus ſparſas legimus apud Tacitum 14, 61, 1, & H. 2, 55, 3.

CAP. VIII.

Bellum Syriacum regis Antiochi.

MAcedoniam ſtatim, & regem Philippum Antiochus excepit, quodam caſu, quaſi induſtria, ſic adgubernante fortuna, ut quem- 1

VARIORUM.

BEllum adverſus Antiochum Regem a Romanis geſtum, ſcribunt Livius, lib. 34, & ſeqq.: Juſtinus, lib. 31: Appianus, Syriaco: Val. Max. 2, 5, 1: 3, 5, 1: 4, 1, 9: ext. 7, 3, 4: 8, 1, 1: in damnat. 9, 1, 4. ext. Gellius, 5, 5: Plutarchus, Scipione (& Cat. maj. cap. 22.): Auctor de vir. illuſtr. cap. 34: Eutrop. 4, 1: Oroſ. 4. 20: Frontinus, 4, 7, 30. Quo geſtum ſit tempore, docet Euſebius lib. temporum. *Camers.*

FREINSHEMII.

1. *Macedoniam ſtatim*, &c. Videtur inſerenda vox, *Mac. ſtatim Syria*, &c. nam regnum regno, opponit regi.



Antiochus] *Regis effigies, in numiſmate aureo; apud* F. Urſinum; *verum vide & ejus faciem apud* Vaillant. in Seleucid.

FREINSHEMII.

Philippum Antiochus] L. Ampelius: *per Paulum Conſulem, Perſen in Syria vicit regem Antiochum. Per Scipionem Æmil.* Legas *per Paul. Conſulem, Perſen; in Syria vicit regem Antiochum per Scipionem. Per Scip. Æmil. &c.*

Quodam caſu, quaſi induſtria] Neſcio quomodo minus placet, an aliunde quid acceſſit, & Florus tantum ſcripſit, *quadam quaſi induſtria.* ſupra, 1, 8, 1. *quadam fatorum induſtria*, infra, 4, 2, 61. *Plane quaſi de induſtria captante fortuna, &c.* Similis obſervatio in Juſtino, 11, 15, 2: Curt. 6, 1, 10: 8, 10, 42. Tac. H. 2, 1. 1: Adde Acidal. ad Curt. 9, 7, 2.

SAM

quemadmodum ab Africa in Europam, ſic ab Europa in Aſiam, ultro ſe ſuggerentibus cauſis, imperium procederet; & cum terrarum orbis ſitu ipſe ordo victoriarum navigaret.
2 Non aliud formidoloſius fama bellum fuit; quippe quum Perſas & orientem, Xerxem atque Darium cogitarent; quando perfoſſi invii montes, quando velis opertum mare nuntiare-
3 tur. ad hoc cœleſtes minæ territabant, quum hu-

SALMASII.

3. *Ad hoc cæleſtes minæ*] *Ut hoc* ex Nazarii libro. *ut* pro *in*, ut multis locis ſcriptum in illo Codice deprehendi. libro quarto, *totus ut monſtrum illud deſciſcebat*, pro, *in monſtrum illud*. ſic hoc loco, *in hoc cæleſtes minæ*. nihil moverim tamen. *at* pro *ad*. deinde *a* in *u*. ita corruptum *ut* pro *ad*.

FREINSHEMII.

Ultro ſe ſuggerentibus cauſſis] Hoc etiam felicitatis magnæ eſt, acquirere regna alieno juſto titulo, & abſque noſtra invidia. Eadem ſententia ſupra, 2, 2, 3: *Sed ecce, ceu ultro ipſis viam pandentibus fatis, nec occaſio defuit*. Senſerunt hoc Romani, quantum intereſſent famæ, & per hanc potentiæ, iniqua bella non gerere. Quapropter etiam, quos inviſiſſimos habebant, bello non petebant, niſi cauſſa oblata. Claret hoc loco Juſtini, 30, 3, 1: *Grata legatio* (Alexandrinorum de Philippo querentium) *Romanis fuit, cauſam belli adverſus Philippum quærentibus*.

2. *Non aliud formidoloſius fama bellum fuit*, &c.] Confer hæc cum ſuperiori cap. num. 3. &c.

Xerxem] De terribili hujus apparatu lege Juſtinum, 2, 10. & ſeqq. Ceterum tria iſta verba, *Xerxem atque Darium*, non injuria ſuſpecta habeas gloſſæ.

3. *Quum humore continuo Cumanus Apollo ſudaret*] Quod hic ſcribit Florus lege apud Divum Auguſt. Civit. 3, 11. Cicero autem de divin. lib. 2. docet hujus rei cauſam: ſed locum aſſignaſſe ſufficiat. Advertendum ſimile prodigium ſæpe viſum ut ibidem Auguſt. annotat. Lege Euſebium in præparat. Evangelica. *Camers.* Meminit hujus prodigii Cicero de divin. 1, 43. f. Aliis etiam temporibus ſudaſſe ſimulacra annotatum eſt, ut ejuſdem *Apollinis* bello ſociali. Obſequens cap. 114. apud eum enim pro *Cujus in arce*, non dubitem legere; *Cumis in arce*. *Antonii* Albæ ante bellum Actiacum, per multos dies, nec cum abſtergeretur ſudore ceſſante. Plut. Anton. cap. 78. *Calypſus, ſive alterius cujuſdam heroinæ*. Cumis bello Auguſti cum Sex. Pompeio. Dio lib. 48. prope a fine. qui naturali cauſſæ videtur id tribuere, quod etiam facit Plutarch. Coriolano cap. 37. *Dei cujuſdam Siculi*, Adrani. ſub adventum Timoleontis. Plut. Timol cap. 17. *Delubro aut heroum quorumcumque*, ante Marſicum. Siſenna ſecundo Hiſtor. *Item* Thebis, ſub adventum Alexandr. Diod. 17, 10.

Aver-

humore continuo Cumanus Apollo ſudaret.
Sed hic faventis Aſiæ ſuæ numinis timor erat.
Nec ſane viris, opibus, armis quicquam co- 4
pioſius Syria: ſed in manus tam ignavi regis
inciderat; ut nihil fuerit in Antiocho ſpecio-
ſius, quam quod a Romanis victus eſt. Im- 5
pulere regem in id bellum, illinc Thoas Æto-
liæ princeps, inhonoratam apud Romanos
que-

Averni. [1] Philargyrus ad Virg. Georg. 2, 162. *Eliſæ* Carthagine. Silius 1, 98. *Herculis* Lacedæmone, ante Leuctricam calamitatem. Cicer. de divin. 1, 34. *Martis* Romæ, inrumpente Italiam Pœno. Livius 22, 1, 12. iterum C. Antonio Coſ. Obſequens cap. 122. *Mercurii* Arretii, C. Valerio M. Herennio Coſſ. idem Obſequens cap. 111. *Orphei* apud Libethra. Plutarch. Alexandro cap. 23. *Victoriæ* Capuæ. Cicer. de divin. 1, 43. *Adferunt præterea, ſæpe ſimulacra ſudaſſe, aliquando gemitus edidiſſe, viſaque etiam advertiſſe, & nictata eſſe.* Plut. Camillo cap. 10. Sic etiam ante mortem Africani minoris flevit Apollo per triduum continuum: ſi fides Dioni in Excerpt. Valeſ. pag. 625. Sic apud noſtratia ſimulacra ante duo tria ſecula adeo hæc omnia in conſuetudinem verterant, ut prope ſæpius quam homines flerent, riderent, loquerentur etiam & ambularent, aliaque peragerent opera, quæ noſtri homines vix credere poſſunt. Idem Apollo Cumanus etiam lacrumaſſe legitur apud Livium 43, 13, 4. idque triduum ac tres noctes.

Aſiæ ſuæ] Quid ſibi velit hic Florus, intelligas ex Obſequente, cap. 87: *Apollinis ſimulacrum lacrumavit per quatriduum. vates portenderunt, Græciæ fore exitium, unde deductum eſſet.*

4. *Sed in manus tam ignavi regis*] Quantum momenti ſit in bono duce, teſtatur noſter infra, 2, 18, 11. ubi vide. De Antiochi vero moribus & indole vide judicium Polybii in Excerpt. Valeſ. pag. 66.

Nihil ſpecioſius, quam quod a Romanis victus eſt] Nam (quod alibi vetus Comicus Accius ait, *trophæum ferre me a forti viro pulcrum eſt. Sin autem & vincar, vinci a tali nullum eſt probrum.* Eodem redit iſtud Livii præf. 4. *Si in tanta ſcriptorum turba mea fama in obſcuro ſit; nobilitate ac magnitudine eorum, qui nomini officient meo, me conſoler.* Hinc illud apud Poëtas. Virg. 10, 829.

Hoc tamen, infelix, miſeram ſolabere mortem,
Æneæ magni dextra cadis.

Ovid. Metam. 12, 80.

Quisquis es, ô juvenis, dixit, ſolamen habeto
Mortis, ab Æmonio quod ſis jugulatus Achille.

Stat. Thebaïd. 9, 556.

—— non inficiamur honorem
Mortis, ait, refer huc oculos, ego vulneris auctor
Lætus abi, multumque aliis jactantior umbris.

Adde Juſtin. 5, 12, 8.

SAL-

Digitized by Google

querens adverſus Macedones militiæ ſuæ ſocietatem: hinc Annibal, qui in Africa victus, profugus, & pacis impatiens, hoſtem populo
6 Romano toto orbe quærebat. Et quod illud fuiſſet periculum, ſi ſe conſiliis ejus rex tradidiſſet, id eſt, ſi Aſiæ viribus uſus fuiſſet miſer Annibal? Sed rex ſuis opibus, & nomine re-
7 gio fretus, ſatis habuit bellum movere. Europa jam, dubio procul, jure ad Romanos pertinebat. hic Lyſimachiam urbem, in littore Thracio poſitam a majoribus ſuis, Antiochus
8 ut hereditario jure repoſcebat. hoc velut ſidere Aſiatici belli mota tempeſtas. Et maximus regum contentus fortiter indixiſſe bellum, quum ingenti ſtrepitu ac tumultu moviſſet ex Aſia, occupatis ſtatim inſulis, Græciæque littoribus, otia & luxus tanquam victor agita-
9 bat. Eubœam inſulam continenti adhærentem tenui freto reciprocantibus aquis Euripus abſcidit. Hic ille poſitis aureis ſericiſque tentoriis,

SALMASII.

7. *Hereditario jure repoſcebat*] *Repetebat*, in aliis.

FREINSHEMII.

6. *Satis habuit bellum movere*] Tac. H. 4,69,1: *ſumi bellum etiam ab ignavis, ſtrenuiſſimi cujuſque periculo geri.*

7. *Poſitam a majoribus ſuis*, &c. *repetebat*] Quam ineptus hic ſit belli titulus, tetigimus ſupra, 1, 2, 4. & latius exſequitur Gentilis, de jure belli, 1, 22.

8. *Et maximus*] Malim, *Sed maximus.*

Contentus fortiter indixiſſe bellum] Reduxi ſcripturam v. e., quomodo pridem etiam legendum conjecerat Lipſius, d. c. XIX. cum offendiſſet in mſ. ſuo, *conventus fortiter indixiſſe*, &c. *Gruterus*. Confer cum hoc loco Tacit. H. 4,69, 1.

9. *Continenti adhærentem*, &c. *Euripus abſcidit*] Inde Plinius, 4, 12. *Eubœa & ipſa avulſa Bœotia, tam modico interfluente Euripo, ut ponte jungatur*. Talis Sicilia, de qua multa Juſtinus, lib. 4.

Reciprocantibus aquis] *Quorundam æſtuum privata natura eſt, velut Taurominitani Euripi ſæpius, & in Eubœa ſepties die ac nocte reciprocantis*. Plinius, 2, 97.

SAL

riis, ſub ipſo freti murmure, quum inter fluenta tibiis fidibuſque concineret; collatis undique, quamvis per hiemem, roſis, ne non aliquo ducem genere agere videretur, virginum puerorumque delectus habebat. Talem ergo 10
regem jam ſua luxuria debellatum populus Romanus, Acilio Glabrione conſule, in inſula aggreſſus, ipſo ſtatim adventus ſui nuntio coëgit ab inſula fugere. Tum præcipitem apud 11
Thermopylas aſſequutus, locum trecentorum Laconum ſpecioſa cæde memorandum, ne ibi quidem fiducia loci reſiſtentem, mari ac terra cedere coëgit. Statim & eveſtigio itur in Syriam. Claſſis regia Polyxenidæ Annibalique 12
commiſſa. nam rex prælium nec ſpectare poterat.

SALMASII.

11. *Tam præcipitem*] Non dubito ſcribere, *tum præcipitem*. ipſa poſtulante ratione & ſententia.

12. *Polyxenidæ*] *Polyxenidas* hic dicitur, ut *Leonidas*, *Palladas*. ita recte igitur *Polyxenidæ*, dandi caſu. Nazarianus tamen *Polyxenidi*. cujus rectus caſus eſſet Græcis, πολυξενίδης, ut λεωνίδης, σιμωνίδης. Vide Priſcian. lib. 3. Σιμωνίδα fere ſemper ſcribitur pro Σιμωνίδης. Sic Maro dixerat *Belida Palamedis*, , pro *Belidæ*; ut annotat Cariſius.

FREINSHEMII.

Per hiemem roſis] Lucian. Nigrino, pag. 42: τὰς μέσου χειμῶνος ἐμπιπλαμένους ῥόδων καὶ τὸ σπάνιον αὐτῶν καὶ παράκαιρον ἀγαπῶντας.

Ne non aliquo ducem genere agere videretur] Simile dicterium huic eſt illud in Auguſtum, apud Sueton. cap. 70, 7:

Poſtquam bis claſſe victus naves perdidit,
Ut aliquando vincat, ludit aſſidue aleam.

11. *Apud Thermopylas*] In hac narratione mendoſus eſt Eutrop. 4, 3: *Habuiſſe fertur armatorum ſexaginta millia, e quibus quadraginta millia cæſa, pluſquam quinque millia fugiſſe referuntur*. Non dubito excidiſſe vocem, & aliam mutatam eſſe, reſtituendumque; *pluſquam quinque millia capta fuiſſe referuntur*. quis enim non videt, excerpta hæc ex Livio. 36, 19, 13; & quam abſurda ſit recepta lectio?

VARIORUM.

11. *Tum præcipitem*] Ita v. c. & Pall. tres. *Gruterus*.

SAL-

Digitized by Google

terat. Igitur, duce Æmilio Regillo, adremi-
13 gantibus Rhodiis, tota laceratur. Ne ſibi pla-
ceant Athenæ; in Antiocho vicimus Xerxem;
in Æmilio Themiſtoclem æquavimus; Ephe-
14 ſiis Salamina penſavimus. Tum conſule Sci-
pione, cui frater ille, modo victor Carthagi-
nis, Africanus, voluntaria legatione aderat,
de-

SALMASII.

A remigantibus Rhodiis] Ex duabus vocibus unam faciendam cenſeo, *adremigantibus*. & diſtinguendum: *igitur, duce Æmilio Regillo, adremigantibus Rhodiis, tota laceratur*. Libro tertio: *adremigantem littori Romanorum vident claſſem*. Sic, *adgubernare* alibi dixit.

FREINSHEMII.

11. *Ne ibi quidem fiducia loci*] Sic de Critolao Pauſanias in Achaïcis, pag. 424, 40.





Conſule Scipione] *Hic L. Corn. Scipio Aſiaticus; cujus triumphum exhibetur, in Corneliorum gente, apud* Urſinum.

FREINSHEMII.

14. *Voluntaria legatione*] Amore fratris, utque ei provincia iſta extra ſortem daretur, ut refert Livius, 37, 1, 10. imitatus hac in re Fabium Maximum, Gurgitis patrem, qui eodem modo obtinuit, ne filius, qui male adverſus Samnites pugnaverat, ab exercitu removeretur. apud Epitomatorem Livii, libro 11.

VARIORUM.

12. *Adremigantibus*] Sic repoſui, ſequutus fidem codicis Nazar. utique cum & Pal. tert. haberet diviſis vocibus *ad remigantibus*. Gruterus.

13. *Themiſtoclem*] V. c., immo & Pall. tres, *Alcibiadem*. non valet animus perpendere, utra melior lectio; niſi quod cæco appareat, *Themiſtoclem* magis propriè opponi Perſarum regi *Xerxi*, quam Alcibiadem. *Gruterus*.

SAL-

debellari regem placet : & jam toto ceſſerat
mari : ſed nos imus ulterius. Mæandrum ad 15
amnem montemque Sipylum caſtra ponuntur.
Hic rex, incredibile dictu ; quibus auxiliis,
quibus copiis conſederat. Trecenta millia pe- 16
ditum : equitum, falcatorumque curruum non
minor numerus. Elephantis ad hoc immenſæ
magnitudinis, auro, purpura, argento, & ſuo
ebore fulgentibus aciem utrinque vallaverat.
Sed hæc omnia præpedita magnitudine ſua ; 17
ad hoc imbre, qui ſubito ſuperfuſus, mira fe-
licitate Perſicos arcus corruperat : primum tre-
pida-

SALMASII.

15. *Montemque Sipylum*] Divi Nazarii liber : *montemque Sipylum & Spilum*. In quo fruſtra quis ſe torqueret. *Spilum* enim varia lectio eſt, ſed mendoſa, quam adpoſuit antiquarius more ſuo, ut nos aliis locis notavimus.

17. *Mira facilitate Perſicos arcus*] Lego : *felicitate*. Non enim mirum, ſi imber ſubito ſuperfuſus arcum facile potuit corrumpere. Magis mirum deberet videri, ſi arcus ab imbre & madore vitiati non eſſent. Sed mira profecto felicitas illa Romanorum, pro quorum partibus cœlum ſtare videbatur, cum effuſus imber hoſtium arcus inutiles reddidit. Libri ſane veteres, Nazarianus, & Palatinus, *felicitate* retinent.

FREINSHEMII.

16. *Equitum, falcatorumque curruum, non minor numerus*] Cave intelligas iſta verba, *non minor numerus*, juxta proportionem, ut loquuntur, Arithmeticam ; quæ enim hæc abſurditas ? ſed ut ita capias, non minorem equitum curruumque vim adfuiſſe, quam multitudo pedeſtrium copiarum requireret.

17. *Sed hæc omnia præpedita magnitudine ſua*] Scilicet omnibus in rebus ſuus eſſe debet modus. Et bene Tiberius exercitum ſuum, *cum eum majorem, quam ut temperari poſſet, neque habilem gubernaculis cerneret, dimittere ſtatuit*, ut loquitur Vellei. 2, 113, 4. Sed & legimus, Panegyrico dicto Constantino, Conſtantii filio, cap. 5 : *Magnus Alexander, cum præter Macedonas ſuos, cuncta Græcia, univerſo Illyrico, innumerabilem delectum poſſet indicere ; nunquam majores quadraginta millium copias duxit ; inhabile regenti ratus, quicquid excederet, & turbam potius, quam exercitum.* Verum de hiſce talibus, plura diſſeruimus ad illa Taciti, 14, 36, 3 : *Etiam in multis legionibus, paucos eſſe, qui prælia profligarent*, Gruterus. Adde ſupra, 2, 2, 34.

Felicitate] Sic omnes Mſſ. & noſtri, & aliorum. nam editi *facilitate*, ſimilia exempla ubi humor arcus fundaſque & jaculorum amenta

pidatio, mox fuga, dehinc triumphus fuerunt.
18 Victo & ſupplici pacem atque partem regni dari placuit, eo libentius, quod tam facile ceſſiſſet.

menta emolliit, victoriamque tradidit adverſariis, poſuimus libro Livii 36. cap. 41. *Gruterus*. Vide etiam Frontinum 4, 7, 30. & Eutrop. 4, 32. Item Leonis Tactica c. 18, 125. & c. 20, 115.

18. *Eo libentius, quod tam facile ceſſiſſet*] Apud Juſtinum etiam, 1, 7, 6: *quanto bellum minoris periculi, tanto & mitior victoria fuit*. Livius, 28, 20, 10: *Mitior ea victoria fuit; nec tantundem noxæ admiſſum erat, & aliquantum iræ lenierat voluntaria deditio*. Adde Polyb. apud Valeſium pag. 189: Liv. 45, 27, 2. Suppl. Curt. 1, 3. 14. Item Sueton. in vita Tiberii, ubi de Batone.

CAP. IX.

Bellum Ætolicum.

1 SYriatico bello ſucceſſit, ut debebat, Ætolicum. Victo quippe Antiocho, Romanus faces Aſiatici belli perſequebatur. Ergo
2 Fulvio Nobiliori mandata ultio eſt. Hic protinus caput gentis Ambraciam, regiam Pyrrhi

SALMASII.

1. S*Yriaco bello*] Non temere reperi ullum veterem codicem, in quo non frequentius *Syriaticum*, quam *Syriacum* ſcriptum occurreret. Ita ſcribi in Solini vetuſtis exemplaribus, ita in Iſidori, ita denique in Flori libris ſemper viſus ſum animadvertere. Ut hoc loco, *Syriatico bello*, non *Syriaco*, legebatur. Ἐθνικὰ τοῦ σύρος, σύριος, συριάτης. Inde συριατικός. Nec horum tamen mentio in ἐθνικῶν Scriptore, apud quem θεοῦ διδόντος. περὶ τῶν τοῦ ἐθνικῶν ἤτοι τεχνικῶν τόνου multis diſputabimus. Sic *Aſiaticus* dicitur, ut *Syriaticus*.

Ut debebat] *Et debebat*, veteres quidam, non male.

VARIORUM.

HOc bellum deſcribunt, Livius, libro 38: Juſtinus, lib. 32: Appianus, Syriaco: Eutropius, 4, 1: Auctor de vir. illuſtr. cap. 52. De Ætolia Plinius, 4, 2: Strabo, lib. 10. *Camers*.

2. *Fulvio*] Cujus victoriam Q. Ennius, amicus ejus, inſigni laude celebravit. *Camers*.

FREINSHEMII

1. *Faces*] Hoc eſt, auctores, de quibus ſupra, 2, 8, 5. Adde ſupra, 1, 19, 1.

2. *Caput gentis*] Quanti momenti ſit, initio belli, ſi fieri poſſit, occupare caput hoſtium, abunde docet

Digitized by Google

rhi machinis quatit. Sequuta deditio eſt. Aderant 3
Ætolorum precibus Attici, Rhodii: & meminerarnus auxilii. ſic placuit ignoſcere. 4
Serpſit tamen latius in proximos bellum, omnemque late Cephaleniam, Zacynthon, & quicquid inſularum in eo mari inter Ceraunios montes jugumque Maleum, Ætolici belli acceſſio fuerunt.

cet Gruterus, ad Tacit., diſcurſ. 8. §. 1.

Regiam Pyrrhi] Sic etiam vocatur a Polyb. in Excerpt. Legat. 28, 2. f. *Διὰ τὸ γεγονέναι βασίλειον Πύῤῥου τὴν Ἀμβρακίαν.*

3. *Memineramus*] Quod rarum. Tacitum vide, H. 4, 3, 3.

Auxilii] Contra Philippum præſtiti, cui tantum tribuit Annibal, apud Livium, 36, 7, 7: & ipſe Livius, lib. 33. recens invenio, ut ei victoriam Romanorum imputet. Sed & Julianus, de Cæſaribus, extollit Ætolos, eoſque *non ſine ingenti diſcrimine* victos a Romanis aſſerit.

4. *Omnemque late Cephaleniam, Zacynthon, & quicquid*] Contendo ſcribendum: *Serpſit tamen latius in proximos bellum: omniſque late Cephalenia, Zacynthos, & quicquid*, &c. Mentio horum locorum eſt, en el viaie de la tierra Santa, del Ceverio, cap. 5. *Paſſamos poi la Iſla de Chefalonia, y fuimos a dar fondo a la Iſla del Zante, que fue la antigua Zazinto del ſagas Uliſſes, muy fertil de azeyte, y vino, y eſterie de pan y carne.*

Cap. X.

Bellum Hiſtricum.

Hiſtri ſequuntur Ætolos: quippe bellantes eos nuper adjuverant. & initia pugnæ pro- 1 2

Salmasii.

2. *Initia pugnæ proſpera*] Addit particulam *&* Nazarianus, *& initia pugnæ.* quod etiam aliæ editiones retinebant. malim, *ſed initia pugnæ proſpera hoſti fuerunt.* errori cauſam præbuit, *ſet* veteri conſuetudine ſcriptum, pro *ſed.*

Variorum.

Istris, quia maritimos populi Romani agros latrociniis infeſtaſſent, bellum indictum eſt anno DLXXV. quo A. Manlius Vulſo ſine SCto profectus, ad lacum Timavi fontis caſtris, incurſu Iſtrorum, magna cum militum trepidatione, exutus eſt. Iſtri, cum in Quæſtorio omnium rerum apparatum viderent expoſitum, ſeſe magna ſecuritate ad epulandum convertunt. interim Romanus miles ex fuga collectus, vino epuliſque ſopiros

proſpera hoſti fuerunt, eademque exitii cauſa. Nam quum Cnæi Manlii caſtra cepiſſent, opimæque prædæ incubarent, epulantes, ac ludibundos pleroſque, ac ubi eſſent præ poculis
3 neſcientes, Appius Pulcer invadit. Sic cum ſanguine & ſpiritu male partam revomuere victo-

pitos invadit; ad VIIIM Iſtrorum in caſtris ſunt cæſa. Æpulo rex raptim a ſuis in equum impoſitus, Neſactium fuga elapſus eſt, quem inſecuti Manlius & Junius Coſſ. oppidum vi capiunt: Rex, ne vivus in hoſtium poteſtatem veniret, ſeſe gladio trajecit. Iſtria inde duorum adhuc oppidorum excidio pacata eſt, ita fere Livius, libro 41. ita ut, antequam C. Claudius Pulcer Coſ. in provinciam cum imperio legitimo veniſſet, bellum ab iſtis Coſſ. confectum fuerit. Capitolini tamen triumphi cum Floro conſentiunt, utpote qui C. Claudium Pulcrum de Iſtris triumphaſſe teſtentur, anno DLXXVI. Iſtria a Carnis, ſive Occidente, oppido Tergeſte; ab Ortu, Arſia amne; e Septemtrione, Alpibus, & lapidibus populis; Meridiem claudit Adriaticus ſinus. Iſtam provinciam fuiſſe factam, anno DCXXV. C. Sempronio Tuditano Coſ., & cum Illyrico conjunctam, quouſque Auguſtus illam, in decima regione relatam, Italiæ cum Carnis & Venetis, teſtibus Strabone, lib. 5. pag. 149; & lib. 7, pag. 217; & Plinio, 3,1. conjunxerit. *Stadius.*

FREINSHEMII.

2. *Initia pugnæ proſpera, eademque exitii cauſa*] Nam, verbis Livii, 21,61,2: *ferme fit, ut ſecundæ*

res negligentiam creent. Ideoque ſæpius accidit aliis, quod hic Iſtris, ut apud Tacit. H. 2, 15. Inde conſilium Neoptolemi, apud Juſtinum, 13,8,5: *læto ex victoria, & ſecuro fuga ſua, Eumeni ſuperveniant.* Quapropter non imprudenter diſputat Appianus, Civil.2: *Clade Dyrrachina nihil accidiſſe rebus Cæſaris opportunius : propter eam enim,* inquit, *inflati Pompeiani, contra ſuum imperatorem pervicaces ſunt redditi, & ſine arte ad certamen ferebantur.* Sic Plut. in Craſſo, cap. 21. *Hæc victoria, quod nimios ſpiritus feciſſet fugitivis, perdidit Spartacum.*

Prædæ] Vide Homer. Iliad. 15, 346.

Ubi eſſent, præ poculis neſcientes] Hoc modo Scythæ etiam perierunt, apud Juſtinum, 1,8,7: & temporibus Longobardicis Franci, qui Pertharitum, a Grimoaldo pulſum, reſtituere ſatagebant, apud Sigon. lib. 2. regni Italici. Nempe, quod Juvenalis, Sat. 15, 47, ait:

—— *Facilis victoria de madidis &*
Blæſis, atque mero titubantibus.

SALMASII.

2. *Cnæi Manlii*] *Mallii*, an aliis? Græci Romanorum *Manlium*, *Μάλλιον* fere ſolent ſcribere.

SAL-

ctoriam. Ipſe rex Apulo equo impoſitus, quum ſubinde crapula, & capitis errore lapſaret, captum



Appius Pulcer] *Hujus victoriam refert argenteus Nummus ex* Urſino: *in quo notabis etiam veteres* P. *hac quoque forma* Г *conſignaſſe; uti quoque videre eſt in nummo qui P. Scipionis triumphum nobis ſervavit, & ad Cap. VI. Libri hujus, poteſt conſpici.*

SALMASII.

3. *Ipſe rex Apulo equo impoſitus*] Dubitant docti, regis ſit iſtud nomen, an mutari in aliud quid debeat. Lipſius *ab epulo* emendabat. Fuit quando putarem, Apulum equum dici, ex Apulia. De quibus Lucillius apud Feſtum: *Apulidæ pedibus ſtlembi.* Nunc vix auſim dubitare, quin *Apulo* ſit Reguli illius nomen. Apulonis mentio in veteri inſcriptione: CAMURIUS APULONI FECIT. *Apulo* igitur nomen proprium reguli hujus, & ſic malim ſcribere, quam *Æpulo*, ut apud Livium legitur, ubi ſic vocatur, lib. XLI.

Quum ſubinde crapula, & capitis errore, lapſaret] Κραιπαλῶν, καὶ ἀλύων, καὶ γῆρα σφαλλόμενος. Liber Nazarii verbum *jactaret*, interſerit, in hunc modum; *quum ſubinde crapula, & capitis jactaret errore lapſaret.* Nec, qui poſſit retineri aut emendari, video; niſi legimus: *quum ſubinde crapulæ caput jactaret, & errore lapſaret*: vel, *& capitis jactatus errore lapſaret.* Proprium eorum qui crapula laborant, caput jactare & motare. Cui convenienter Grammatici veteres, κραιπάλην dictam aiunt, ἀπὸ τοῦ κάρα πάλλειν τοὺς μεθύοντας. Illa conjectura non leviter mihi placet.

VARIORUM.

3. *Apulo*] Ita v. c. al. *Æpulo*] Lipſius d. cap. XIX. non vult hic ullum regis nomen poſitum a Floro, ſed ſcripſiſſe, *ab epulo*, quod ſcilicet Claudius eum epulantem invaſiſſet. defendi ego illud *Apulo* in Suſpicionibus meis, quæ videantur, ſi cui tanti. certe illud *Apulo* conſtanter remanet in Pall. tribus, niſi quod tert. *Appulo*. Gruterus.

FREINSHEMII.

3. *Crapula & capitis errore lapſaret*] Locus vitioſus. nam Pal. pr.

Digitized by Google

ptum ſeſe vix & ægre, poſtquam experrectus eſt, didicit.

habuit a manu priore, *& capitis & jactaret, errore lapſaret*, ſuperſcriptumque deinde: *& capitis jactatus errore lapſaret*: an fuit? *cum ſubinde, e crapula, capitis jactatus errore lapſaret*. Gruterus. Salmaſius conjicit legendum; *cum ſubinde crapula caput jactaret, & errore lapſaret*. proprium enim eſſe eorum, qui crapula laborant, caput jactare & motare. cui convenienter Grammatici veteres, *κραιπάλην* dictum aiunt. ἀπὸ τοῦ κάρα πάλλειν τοὺς μεθύοντας.

Vix, & ægre] Similia legas in Hiſt. Scot. Buchanani, pag. 211. f. edit. in 8o.

Cap. XI.

Bellum Gallogræcum.

1 Gallogræciam quoque Syriatici belli ruina convolvit. fuerint inter Auxilia regis
2 Antiochi, an fuiſſe ac cupidus triumphi Manlius

Salmasii.

1. *Syriaci belli ruina*] Et hoc loco *Syriatici* veteres agnoſcunt. Vide quæ ſupra notamus.

2. *An fuiſſent, an viſos eo ſimulaverit*] De ſinceritate hujus lectionis nolim dubitare, quia tamen ab ea paulo in diverſum abeunt veteris ſcripturæ veſtigia, dubium excitabimus in re ſatis dubia. Hæc eſt lectio veterum, & inter eos Nazariani vetuſtiſſimi: *an fuiſſet cupidus Triumphi Manlius, an eos viſos ſimularit, dubium eſt*: quæ ſtare non poteſt, ſi ſententiam ſpectes. Nihil conſultius mihi viſum eſt, quam ſi ſcribas, pro *an eos viſos, ac eos viſos*; & ita legas, *an fuiſſet cupidus triumphi Manlius, ac eos viſos ſimulaverit*, optima nunc ſententiæ ratio eſt. præcedit, *fuerant inter auxilia regis*. Hoc in dubium revocat, iis quæ ſequuntur: an, inquit, triumphi cupiditas eo Manlium impulerit, ut iis attribueret quod fuiſſent in auxiliis Regis Antiochi, ac eos viſos ſimulaverit, dubium. video quid poſſit opponi. nos veterem ſcripturam, qua licet, & quam poſſumus, tueri, ſatis tutum putamus. alter Palat. *an fuiſſet cupidior triumphi Manlius*.

Variorum.

Hoc bellum late ſcribit Livius, lib. 38: meminit Juſtinus, lib. 23: Auctor de vir. illuſtr. cap. 55: Val. Max. 6, 1, 2. ext.: Oroſ. 4, 20. Pauca Euſeb. lib. temp. De origine: moribus, &c. Gallogræcorum, lege Dionyſ. in 6. Faciunt huc, quæ ſcribit Juſtinus, lib. 24, & 25. *Camers*.

Freinshemii.

1. *Fuerant inter auxilia*] Ita nulla litera minus v. c. & Pal. tert. niſi quod diſtinctiones eis aliæ: & hanc puto veriſſimam ſcripturam. ut velit eis illatum bellum fuiſſe, quod auxilia tuliſſent Antiocho. illud tamen, inquit auctor, an prætextus fuerit tantum, an veri-

mus

Digitized by Google

lius eos viſos ſimulaverit, dubium eſt. Certe negatus eſt victori triumphus: quia cauſam
belli non approbavit Senatus. Ceterum gens 3
Gallogræcorum, ſicut ipſum nomen indicio eſt, mixtæ, & adulteratæ reliquiæ Gallorum, qui Brenno duce vaſtaverant Græciam; mox Orien-

tas ipſa; ambigitur. verum de eo loco nos quoque certiora in Suſpicionibus. Pal. pr. expreſſit: *fuerant inter aux. regis Ant. an fuiſſet cupidus triumphi Manlius, an eos viſos ſimulaverit.* nec aliter Pal. ſec. niſi quod is *cupidior*. Lipſius d. cap. XIX. alia diſtinctione & correctione ſententiam ait expedire: *fuerint inter auxilia regis Antiochi, an fuiſſe, cupidus triumphi Manlius, ac eos viſos ſimulaverit, dubium.* Gruterus. Lipſii emendatio valde probabilis mihi videtur. De ejuſmodi vincendi cupiditate vide infra 3, 7, 1.

2. *Manlius*] Adſcribere libet optimi & clariſſimi viri Jacobi Bongarſii notam ad Juſtini Prol. 32. Miror, inquit, in hiſtoria miſcella Pauli Diaconi, 4, 5. Fulvio hoc tribui, cum Fulvius, qui collega erat Manlii, pæne iiſdem diebus cum Ætolis bellum geſſerit, quibus Manlius cum Gallis Plutarchus, de virtut. mul. cap. 43. Γναῖον vocat, quod Manlii prænomen eſt: Interpres noſtras, de Cnæo Scipione Plutarchum loqui arbitratus eſt. Hactenus Bongarſius.

SALMASII.

3. *Mixta, & adulteratæ reliquiæ*] Placet ut ita ſcribamus: *ceterum, gens Gallogræcorum, ſicut nomen indicio eſt, mixta & adulterata eſt: reliquiæ Græcorum, qui Brenno duce vaſtaverant Græciam.* mixtam & adulteratam gentem Gallogræcorum, & reliquias eſſe Gallorum, qui Brenno duce in Græciam venerant, dicit, plana ſententia & lectione; nec neminem mihi aſſenſurum ſpero.

Mox Orientem ſequuti] In altero Palatino, *in Orientem ſequuti*, perperam.

FREINSHEMII.

Negatus eſt victori triumphus] Immo decretus, non tamen ſine controverſia, Livius, 38, 50. Negatus igitur eſt; non pernegatus. Quamquam ſane Florum hoc ſenſiſſe, ſequentia ſunt indicio.

3. *Qui Brenno*] Non aliter v. e. Sequentes, *quibus Brenno, &c.* quomodo & Pal. ſec. Sed tert. ſtat a noſtra ſcriptura. Naz. heic deficit, & annectit alia ex cap. 18: ſcribit, inquam, *reliquiæ Gallorum. Non temere, ſi fateri, &c.* quæ jactura ſane dolenda eſt. *Gruterus.* De Brenno vero quod hic legitur, contra Juſtinum eſt, qui ſcribit, omnes Gallos, qui cum eo fuiſſent, internecione cæſos eſſe. Vide etiam Athenæum, 6, 6. in fine.

VARIORUM.

2. *Non approbavit*] Ita rurſus v. e. ſine dictione ſequenti, *non approbavit Senatus.* approbat enim & is, qui cauſam ſuam ita aliis probat, ut eidem acquieſcant, & ratam habeant: & vero illud *Senatus* in nullo viſitur Palatinorum. *Gruterus.*

3. *Mixta, & adulteratæ reliquiæ*] Et hoc a veteri editione noſtra; aliæ enim *mixta, & adulterata eſt. reliquiæ &c.* quibus quidem

Orientem ſequuti, in media Aſiæ parte ſederunt.
4 Itaque, ut frugum ſemina mutato ſolo degenerant, ſic illa genuina feritas eorum,
5 Aſiatica amœnitate mollita eſt. Duobus itaque præliis fuſi fugatique ſunt: quamvis ſub adventu hoſtis relictis ſedibus, in altiſſimos ſe montes recepiſſent, quos Toloſtobogi, Tectoſagique jam inſederant. Utrique fundis ſagittiſque acti, in perpetuam ſe pacem dediderunt.
6 Sed alligati miraculo quodam fuere, quum

dem accedit Pal. pr. at enim ſec. ac tert. alteram tuentur; cujus bonitas magis appareret, ſi abjiceretur particula *&*. Gruterus.

SALMASII.

5. *Quos Toloſtobogi, Tectoſagique jam inſederant* Multa habentur in editionibus, de quibus alias dubitare ineptum eſſet, niſi diſcrepantiam oſtenderent antiqui libri. Ut hoc loco ſcripti omnes cum veteri editione concorditer ſcribunt: *Toloſtobogiorum Tectoſagi jam inſederant.* Tres ſane partes, ſive μοίρας, τοῦ γαλατικοῦ ἔθνους facere auctores ſcio, & unam partem, qui τολοστοβώγιοι dicuntur, alteram τεκτοσάγας, tertiam τρόκμους, obtinere. At ex hac lectione videretur Florus τεκτοσάγας inter τολοστοβώγους reponere, ita ut in his comprehenderentur. An ita auctor ſcripſerit, & hoc, ut alia nonnulla, peccarit, neſcio. Sed juvat potius inclinare in favorem antiqui auctoris, eumque menda ſimul & culpa abſolvere, ſcriptam lectionem ad hunc modum, quem ipſa præmonſtrat, reformando: *Toliſtobogi, Trocmi, Tectoſagæ, jam inſederant.* Pro *Toliſtobogi, Trocmi*, imperiti librarii fecerunt, *Toliſtobogiorum*.

FREINSHEMII.

4. *Itaque, ut frugum ſemina*] De generatione ſeminum mutato ſolo notanter Livius, 38. 17, 11. Lege dictum Cyri, Perſarum regis, apud Plut. in Apophth. cap. 3. (itemque Herod. in Calliope, & Xenophontem) lege quæ poſui ſupra, 2, 4, 3. *Camers.* plura in hunc ſenſum ne adjiciamus, vetat clariſſ. Gruteri diſcurſ. 45. in Tacitum, ubi pulcerrime more ſuo docet, *Tales eſſe hominum mores, qualis eſt locorum ſitus, ubi degunt.* Adde ſupra, 2, 4, 2.

5. *Quos Toloſtobogi, Tectoſagique jam inſederant*] Mire hic turbant libri, quorum varietatem vide ſuo loco. Jordanei quidem quorum lectionem Gruterus exhibuit propius a vero ſunt. illi enim: *Coleſob egit Olympum tectos agimaguba inſederant.* Totum locum ita conſtituo: *recepiſſent. Toloſtobogii Olympum, Tectoſagi Magaba inſederant: utrimque Magaba* enim ſive *Magava*, quod idem eſt, literis iſtis ſæpiſſime invicem mutantibus, nomen montis quem inſederunt Tectoſagi. Vide Livium 38, 19, 1. ubi male recentius impreſſi *Magana*.

SAL-

quum catenas morſibus & ore tentaſſent: quum offocandas invicem fauces præbuiſſent. Nam Orgiagontis regis uxor a Centurione 7 ſtuprum paſſa, memorabili exemplo cuſtodiam evaſit, revulſumque militis caput ad maritum ſuum retulit.

SALMASII.

7. *Orgiagontis uxor*] Male ſcriptum, pro *Ortiagontis*. & hoc ex priſca ſcriptura, *Orciagontis*, *c* pro *t*. deinde etiam *c* in *g*, ut alias, degenerante.

FREINSHEMII.

6. *Quum catenas morſibus & ore tentaſſent*] De feritate Gallorum, plenæ omnes hiſtoriæ, quæ res originem dedit proverbio, quo Plutarchus de Stoïcor. repugn. cap. 52. utitur, ut *facta Galatica* dicantur pro ſævis & barbaris.

VARIORUM.

7. *Orgiagontis regis uxor*] Hiſtoriæ meminerunt Val. Max. 6, 1, 2. ext. Auctor. de vir. illuſtr. cap. 55: Livius autem, 38, 24. dicit, non evaſiſſe cuſtodiam, ſed a centurione eductam ad duos neceſſarios mulieris, qui ad flumen eam ſpectabant: a quibus duobus centurio, aurum penſans, interfectus eſt. Idem ſentit Valerius. (Ego autem eos auctores a noſtro diſcrepare non puto, nam iſtis verbis, *cuſtodiam evaſit*, non dicit, eam evaſiſſe inſcio cuſtode, ſed hanc ipſam technam, quam, tanquam notam, longius recenſere noluit, præſupponit. *Freinſh.*) Hæc ex Galatia oriunda fuit, Chiomara nomine, auctor Plutarchus de virtut. mul. cap. 43. *Camers.*

CAP. XII.

Bellum Macedonicum ſecundum.

DUm aliæ aliæque gentes Syriatici belli 1 ſequuntur ruinam, Macedonia ſe rurſus erexit. Fortiſſimum populum memoria & re- 2 cor-

SALMASII.

1. SYriaci belli] *Syriatici belli*. ſupra de hoc diximus.

VARIORUM.

BEllum Macedonicum ſecundum ſcribunt paſſim omnes. Livius, lib. 40, & ſeqq. Juſtinus, lib. 33. Plut. Paullo Æmilio. Auctor de vir. illuſtr. cap. 36. Appianus, Mithridatico. Euſeb. lib. tempor. Valer. Max. 2, 1: 2, 2, 1: 4, 3, 8: 5, 1, 8: Eutrop. 4, 1: Oroſ. 4, 20: Meminit Plinius, 33, 3: & Gell. 7, 3. *Camers.*

Digitized by Google

cordatio ſuæ nobilitatis agitabat: ſucceſſerat Philippo filius Perſes; qui ſemel in perpetuum victam eſſe Macedoniam, non putabat ex gentis dignitate. 3 Multo vehementius ſub hoc Macedones, quam ſub patre conſurgunt. quippe Thracas in vires ſuas traxerant: atque ita induſtriam Macedonum viribus Thracum: ferociam Thracum diſciplina Macedonum, tempe-

pe-

SALMASII.

3. *Diſciplina Macedonum temperaverunt*] Nazarianus liber, *diſciplinam Macedonicam*. lege, *diſciplina Macedonica temperarunt*.

FREINSHEMII.

2. *Sua nobilitatis*] De vetuſtate & nobilitate Macedonum Solinus, cap. 14: Juſtin. lib. 7: Euſeb. lib. temp.: Dionyſ. lib. 1. ab init. *Camers*. Quos autem ſpiritus faciat populis avita nobilitas, diſce a Grutero, quem citavimus ſupra, 2, 17, 14: b. & a noſtro ſupra, 2, 6, 3.

3. *Ferociam Thracum*] *Illud in confeſſo eſt*. (Verba ſunt Juſtiniani, in pr. Novellæ XXVI.) *quod ſi quis Thracum regionem nominet, ſtatim una cum dicto virilitas quædam animum, & militarium copiarum, bellorum ac pugnæ cogitatio ſubeat. Sunt enim iſta ingenita, & quaſi patrio quodam jure huic regioni attributa.*



Filius Perſes] *Rex ille in argenteo numiſmate*, apud Begerum, Theſaur. Brandenburgic. 249. pag.

VARIORUM.

3. *Induſtriam Macedonum*, &c.] Ita & Vineti editio, & noſtra, quomodo & monuerat ex mſ. ſuo Lipſius, d. cap. XIX. Inepte recentiores: *induſtria Macedonum, viribus Thracum, diſciplinam Macedonum temperavere*. neque multo melius Pal. tert.; retinet tamen lectionem meliorem Pal. ſec. De

ſimili

peraverunt. Acceſſit his conſilium ducis, qui ſitum regionum ſuarum ſummo ſpeculatus Hæmo, poſitis per abrupta caſtris, ita Macedoniam ſuam armis ferroque vallaverat, ut non reliquiſſe aditum, niſi a cœlo venturis hoſtibus videretur. Nam Marcio Philippo conſule eam provinciam ingreſſus populus Romanus, exploratis diligenter acceſſibus, per Aſtrudem 4 5

ſimili re dixerat auctor & ſupra, f, 8, 4: *Quid ille militiæ artifex Tullus, bellatoribus viris quam neceſſarius, ut acueret ratione virtutem.* de hac mixtura artis ac virtutis, multa diximus in libris Livii. *Gruterus.*

SALMASII.

5. *Per Aſtrudem paludem*] Hæc Aſtrudis palus, ſive Aſtruda ſit, ut alii volunt, mihi inaudita eſt, & omnibus Scriptoribus, ſi bene ſcio, indicta. *Aſtimidam, Aſtiundam, Aſtomdam*: his tot modis variatum habent libri. quarum ſcripturarum varietate bene perpenſa, corrigendum putavi, *Biſtonidam paludem*, vel *Biſtonidem*, quod idem eſt. Hac lectione non longo intervallo relinquimus antiquæ veſtigia. *Biſtonis palus* in illis tractibus notiſſima ex Scriptoribus. *Biſtonidam* autem, ut, *Elidam, Perſidam, Leucadam, Chalcidam*, & alia, quæ ſupra notavimus.

FREINSHEMII.

4. *Niſi a cœlo venturis*] In eadem opinione erat Arimazes, qui altitudine petræ, quam occupaverat, fretus, interrogavit, *an Alexander volare poſſit?* Curt. 7, 11, 5.

5. *Marcio*] Male apud L. Ampelium, *Marco.*

Aſtrudem] Livius 44, 2, & 3. *Aſcuridem.* quam Ortelius putat fuiſſe *Lychnitum* lacum. hodie *Lago di Lochrida.* A qua ſententia non abhorret iter Coſ. ſicut a Livio deſcribitur, cum tabulis Geographicis collatum. Salmaſius *Biſtonidem* legi vult hoc loco, paludem in illis tractibus notiſſimam ex ſcriptoribus; cum præſertim iſta lectio non longe diſcedat a libris. Valde diſſentit L. Ampelius, qui *Scyriam paludem* præfert.

VARIORUM.

4. *Summo ſpeculatus Hæmo*] Hæmus mons qui Thraciam a Myſia dividit, tantæ altitudinis eſſe putatur, ut ex ejus ſummo vertice Adria verſus occaſum, Euxinus verſus ortum cernatur: ita enim Pomp. Mela lib. 2. & apud Strabonem lib. 7. Polybius teſtatur, quod ideo non poſſe fieri Strabo contendit, quia ingens terræ tractus & montoſus viſum abrumpit, bene quidem & recte Strabo: quum namque per Mædicam Thraciæ Philippus cum Perſeo ad Hæmum contenderit, ut ex conſpectis locis de bello conſultaret, quod Livius lib. 40, 22. narrat, non potuit longus eſſe proſpectus: obſtant enim verſus Adriam Rhodope, Orbelus, Scardus, montes altiſſimi & perpetui. At ut nihil ſit, quod viſum impediat, cum Hæmus centum Germanicis milliaribus ab Adriatico in ortum diſtet, non attollitur ejus perpendiculum ad eam altitudinem, quæ de-

Digitized by Google

dem paludem, per acerbos dubioſque tumulos, illa, quæ volucribus quoque videbantur invia, acceſſit: regemque ſecurum, & nihil tale metuentem, ſubita belli irruptione ter-
6 ruit. Cujus tanta trepidatio fuit, ut pecuniam om-

devexitatem terreni globi tanto intervallo tribus milliaribus Germanicis cum ſextante intumeſcentem, deſpiceret. ſiquidem Plinius 4, 11. Hæmi altitudinem VI. M. paſſuum ſupputat: at in tanta ſpecula opus erat XIII. M. paſſuum altitudine. Iſta paullo latius ſum hoc loco proſecutus, ut lector benignus intelligeret, multam veritatis lucem, apud veteres ex tradentium auctoritate eſſe obſcuratam, quæ Geometriæ beneficio illuſtretur: ita eadem erroris labe Ariſtoteles in meteoris lib. 1. cap. 13. de Caucaſo contaminatur & Plinius de Caſſio monte, & alii aliter. Quod ad hunc locum attinet, bene Florus conſilium ab ipſo Perſeo inſtitutum narrat, ut aditus obſtrueret commodius Romanis, propter invios ſaltus & præruptos montes. *Stadius.*

SALMASII.

Subita belli irruptione] Quidam, *eruptione, irruptione* retinendum.

FREINSHEMII.

Volucribus invia] Similem de altis ac præruptis locis loquendi modum Græcis fuiſſe, teſtimonio eſt Ἄορνος petra, quam Alexander cepit, apud Arrian. fin. lib. 4: Curt. 8, 11. Nicephori dictum apud Cedrenum, pag. 396: *Nemo noſtrum perniciem evitabit, ne ſi volucres quidem fiamus.* Julian. epiſt. ad Maximum philoſ. pag. 277. f. *Vicentia eſt ut in mari rupes excelſa, propemodum ipſis avibus inacceſſa.*

6. *Cujus tanta trepidatio fuit,* &c.] Livius 44, 10. *Perſeus tandem a pavore eo quo attonitus fuerat recepto animo, malle imperiis ſuis non obtemperatum eſſe: quum trepidans gazam in mare dejici Pellæ, Theſſalonicæ navalia juſſerat incendi. Andronicus Theſſalonicam miſſus traxerat tempus, id ipſum quod accidit, pœnitentiæ relinquens locum: incautior Nicias Pellæ, projiciendo pecuniæ partem, quod fuerat nactus:* Ubi tamen malim, *quod fugerat, nactus* indignationem nempe regis, quem jam pœnitebat conſilii. Quamquam etiam iſta lectio poſſit ferri, præſertim, ſi expuncta voce *partem*; ita legas: *projiciendo pecuniæ quod fuerat nactus.* Atque ſic mihi ſcripſiſſe videtur ipſe Livius. De trepidatione vero Regis confer etiam Excerpta Diodori, apud Valeſ. pag. 310. & Appiani, ibid. pag. 561.

Pecuniam mergi, ne periret; claſſem cremari, ne incenderetur.] Videtur alluſum ad illa Martialis 2, 80.

Hoſtem cum fugeret, ſe Fannius ipſe peremit,
Dic rogo, non furor eſt, ne moriare, mori?

Seneca epiſt. 24. *Tantam hominum imprudentiam eſſe, imo dementiam, ut quidam timore mortis, cogantur ad mortem.* Vide eundem ep. 70. & ibi Lipſ. not. 4. Saxo lib. 16. de Sclavo quodam, qui ſuſpendio ſe necaverat ne hoſtium potiretur, loquens; *Sclavi cujuſdam ridicula formido &c.*

SAL-

omnem in mare juſſerit mergi, ne periret: 7
claſſem cremari, ne incenderetur. Paulo con-
ſule quum majora & crebra eſſent impoſita
præſidia, per alias vias Macedonia deprenſa
eſt, ſumma quidem arte, & induſtria ducis,
quum alia minatus, alia irrepſiſſet. Cujus ad- 8
ventus ipſe adeo terribilis regi fuit, ut inte-
reſſe non auderet, ſed gerenda ducibus bella
mandaverit. Abſens ergo victus fugit in ma- 9
ria, inſulamque Samothracen, fretus cele-
bri religione, quaſi templa & aræ poſſent de-
fendere, quem nec montes ſui, nec arma po-
tuiſſent. Nemo regum diutius amiſſæ fortu- 10
næ conſcientiam retinuit. Supplex quum ſcri-
beret ad imperatorem ab illo, quo confuge-
rat, templo, nomenque epiſtolæ notaret ſuum,
re-

SALMASII.

7. *Macedonia deprenſa eſt*] Alter Palatinus, *depreſſa*. perperam, & recte *deprenſa* ſubſtituit vir ſummus J. Gruterus, cum editiones aliæ *depreſſa* legerent.

Quum alia minatus, alia irrepſiſſet] Scribe: *alias eminatus, alias irrepſiſſet*. Libri etiam, *eminatus* legunt, quibus compar eſt editio vetus. Plautus utitur hoc verbo *eminari*. In ſimili autem re deſignanda paulo aliter loquitur Frontinus, lib. 1. ſtratagematum: *reliquit ſuos paucos, qui ſpeciem remanentis exercitus præberent, & ipſe cum cetera manu, qua non expectabatur aditus, intravit.* Hæc poſtrema varie emendant docti. Ego vocem *aditus* delendam cenſeo omnibus modis, & legendum: *qua non exſpectabatur, intravit.* Sic ſupra de Scipione: *qua non exſpectabatur, irrupit. Pontes jungunt, inſtrumentaque moliuntur.* nihil cohæret.

10. *Ab illo confugerat templo*] Idem liber, *a illo*, forte, *de illo*,

FREINSHEMII.

7. *Crebra*] Malim *crebriora*.

9. *Samothracen*] De cerimoniis, & religione hujus inſulæ, vide latius Diodor. 5, 47. & deinceps. Colligas etiam quædam ex Livio, 45, 5. Sex. Ampelius: *Gemini, qui Samothraces nominantur, eſſe, quorum argumentum nefas eſt promuntiare, præter eos qui in his præſto ſunt.*

10. *Supplex cum ſcriberet*, &c.] Ita Maroboduus *ſcripſit Tiberio, non ut profugus aut ſupplex, ſed ex memoria prioris fortunæ*. Tacitus, 2, 63, 2. Quomodo autem exceptæ fuerint eæ literæ a Coſ. lege apud Livium, 45, 4, 3.

SAL-

11 *regem* addidit. Sed nec reverentior captæ maieſtatis alius Paullo fuit. Quum in conſpectum veniſſet hoſtis, in templum recepit, & conviviis adhibuit, liberoſque admonuit ſuos, ut fortunam, cui tantum liceret, revererentur. In-

SALMASII.

11. *In templum recepit, & conviviis adhibuit*] Unius voculæ depravatio, ſed in qua tota ſententia, ut in cardine ſuo; verteretur, ſatis exercuit hujus ætatis doctiſſimos viros. Viderunt omnes, mendum tegere vocem hanc *templum*, ſed potuit adhuc nemo id detegere. Si de templo illo Samothraces, ad quod confugerat Rex Perſes, & ex quo ad Paulum deductus fuit, aliquis intelligit, is, ut verbo dicam, nugatur; longe enim Samothracia diſtat ab eo loco, in quo tunc conſtiterat Paulus. ſed verum videamus; ſuſpicor vitioſa illa & veteri ſcribendi forma ſcriptum fuiſſe, *in temptum recepit*, pro *tentum*, ut *tempto* pro *tento*, & *contemptus* pro *contentus*, non ſemel in antiquis libris repperi: ex illo *temptum*, imperiti γραφεῖς *templum* poſuerunt, errore facili. *Tentum*, ut diximus, vera & ſana lectio. ſi quis ignorat, quid ſit *tentum*, docemus illum, eſſe tabernaculum vel tentorium. *Tendere* eſt σκηνὴν πήξασθαι, *tentum* eſt σκηνή. Recentiores Latini genus mutarunt, & pro eo *tenta* dixerunt, & corruptius *tenda*. ſic veteribus *ſtrata viarum* dicebantur, at recentibus *ſtrata*. apud Suidam, in voce σκηνή· καὶ σκηνὴν ἐπήξατο, τουτέστι τένδαν, κατὰ γλῶσσαν. alibi idem: τένδα, παρ' ἡμῖν οἰκία ἐκ λίνου. Gloſſæ Latinæ, quæ penes me ſunt, *tentum*, *tabernaculum*. Hanc vocem, ut videtur, ve-tuſtam uſurpat Florus, quæ neſcio an apud alium temere occurrat, ſed & alias voces, quæ alibi leguntur nuſquam, in hoc auctore ſuſcitavimus, ope præſtantiſſimorum codicum: ut ſunt, *in modum* pro *admodum*, *inſemel*, *inſuper*, *inſimul*, *intermænia*, & alia, quæ non ſuccurrunt, & hoc loco *tentum*. Tentum aliud eſt in illo verſu Tibulli.

Hanc tu ſed tento, ſcis, puto, quod ſequitur.

Obſcœnum enim eſt. narrat igitur Florus, tanta humanitate ſeſe præditum oſtendiſſe circa regem captivum, ut tabernaculo ſuo receperit, & conviviis adhibuerit. non multo aliter apud Plutarchum: ſed aliter tamen. quem vide, & diſſenſum inter ſcriptores ſolennem agnoſce. nemo certe negarit, niſi iniquus aut imperitus, quin nos ita recte repoſuerimus.

FREINSHEMII.

11. *In templum recepit*] Non dubito veriſſimam eſſe Salmaſii emendationem, cujus verba leges ſupra. Hunc juvant etiam Imp. Leonis Tactica, in quibus tabernaculum eſt Τένδα, ut cap. 10, 12. Gruterus quidem autumat, retinendam eſſe vocem *templum*. & capiendam pro loco ubi aquilæ eſſent, ubi ſigna, allegatque locum ex Tacito 15, 29, 4. & quæ ad eum notaverit.

Liberoſque admonuit ſuos, ut fortunam, &c.] Elegantem in hanc ſententiam locum vide apud Polyb. 2, 4.

FREINS.

Inter pulcerrimos hunc quoque populus Ro- 12
manus de Macedonia duxit atque vidit triumphum: quippe cujus ſpectaculo triduum impleverit. Primus dies ſigna tabulaſque: ſe- 13
quens arma pecuniaſque tranſvexit: tertius captivos, ipſumque regem attonitum adhuc, tanquam ſubito malo ſtupentem. Sed multo 14
prius gaudium victoriæ populus Romanus, quam epiſtolis victoris perceperat. quippe eo-



Captivos.] *Extat hic nummus apud* Urſinum, *ab Æmilio Lepido Triumviro in honorem Æmilii percuſſus: in quo vides ipſum Æmilium, & ejus tropæum de Macedonibus. Ter triumphavit, Proprætor ex Hiſpania, Proconſul ex Liguribus, tertium de Perſeo Proconſul iterum. Hinc & vetus Inſcriptio: L. ÆMILIVS L. F. PAVLLVS. COS. II. CENSOR. AVGVR. TRIVMPHAVIT TER.*

FREINSHEMII.

12. *Inter pulcerrimos hunc quoque, &c. triumphum*] Triumphus Paulli *tantum priores exceſſit, vel magnitudine regis Perſei, vel ſpecie ſimulacrorum, vel modo pecuniæ, ut bis millies centies HS ærario contulerit, & omnium anteactorum comparationem amplitudine vicerit.* Velleius, 1, 9, 4. Effigiem iſtius triumphi exhibet nobis Onuphrius Panvinius.

14. *Perceperat*] Ita Pall. tert. Nam ſec., & ed. Vineti, *præceperat*. male, ut opinor; primo, quod illud, *prius præcipere*, pleonaſmum ſapiat; inde etiam, quia comparatio inſtituitur, verbum adhibendum fuerit, quod utrique ſerviret, & famæ, & epiſtolis Paulli. quo tamen *præcipere* non quadrat.

FREINS

eodem die, quo victus Perſes in Macedonia,
15 Romæ cognitum eſt. Duo juvenes candidis
equis apud Juturnæ lacum pulverem & cruo-
16 rem abluebant. hi nuntiavere. Caſtorem &
Pollucem fuiſſe creditum vulgo, quod gemini
fuiſſent: interfuiſſe bello, quod ſanguine maderent: a Macedonia venire, quod adhuc anhelarent.

CAP.

FREINSHEMII.

Eodem die] Vide Livium 45, 5. Cicer. de natura deorum 2, 2. Plutarchum Æmilio. Plura ejuſmodi exempla collegit Zwingerus theatri volum. 5. lib. 6. pag. 1380. quibus adde prælium ad Sagram. Strab. lib. 6. pag. 180. Plinium 7, 22. Victoria Chriſtianorum, in Africa, eodem die in Italia nunciata, circa annum Chriſti M. XXCVIII. Chronic. Caſinenſe 3, 70. Sic eodem die quo Silvanus Agrippinæ diadema ſumſit, innotuit illud factum Mediolani: recenſet neſcio unde Sigonius lib. 6. Imp. Occid. male intellexit, ſi ex Ammiano 15. 11. Ita cum Carolus electus eſſet Imp. Francofurti, dicitur uno die nuntius iſtius rei Barchinonem veniſſe. Sleidan. lib. 1. Adde infra 3, 3, 20. Hi ſunt qui *præcipites nuncii* vocantur Tac. H. 2, 6, 1.

15. *Duo juvenes*, &c.] Hujus dæmoniaci miraculi meminerunt Lactantius, 2, 8: Val. Max. 1, 8, 2: Plutarchus, Æmilio. Lege quæ notavi, 1, 11, 4. n. *Camers.* Adde Plin. 7, 20. Suetonius, Ner. in pr.: *L. Domitio rure quondam revertenti, juvenes gemini auguſtiore forma ex occurſu imperaſſe traduntur, nuntiaret ſenatui ac populo victoriam, de qua incertum adhuc erat: atque, in fidem majeſtatis, adeo permulſiſſe malas, ut e nigro rutilum ærique aſſimilem capillum redderent, &c.* Vide etiam infra, 3, 3, 20.

Candidis equis] Habitum Caſtorum diſce ex Pauſaniæ lib. 4. ubi de Panormo & Gonippo, Dioſcuros mentitis.

Juturnæ lacum] De hoc Merula, Coſmograph. 2, 4, 12.

16. *Interfuiſſe bello*] Supra, 1, 11, 4. *Ea denique atrocitas fuit prælii, ut interfuiſſe ſpectaculo deos fama tradiderit, duos in candidis equis; Caſtorem atque Pollucem nemo dubitavit. Itaque & imperator veneratus eſt, pactuſque victoriam templa promiſit, & reddidit ſane quaſi commilitonibus diis ſtipendium.*

SAL

CAP. XIII.

Bellum Illyricum.

MAcedonici belli contagio traxit Illyrios. 1
Ipſi quidem, ut Romanum a tergo diſtringerent, a Perſe rege conducti pecunia militavere. Sine mora ab Anicio prætore ſubiguntur. Scordam caput gentis deleſſe ſuffecit. 2
ſtatim ſequuta deditio eſt. Denique hoc bellum ante finitum eſt, quam geri Romæ nuntiaretur.

CAP.

SALMASII.

1. ILlyrios] Optimæ ſchedæ, *Illyrros*. Ἰλλυρεῖς Græcis, & Ἰλλυριοι. ſic etiam Latinis *Illyres* & *Illyri*. Plauto... *Illyribus*, *&* *Megaribus*. ſic *Ligures*, & *Liguri*. *Baleares*, & *Baleari*. Salluſtius, Jugurth. cap. 105: *funditorum Balearorum*. *Balearorum* pro *Baliarium*. vulgo legitur *Baleariorum*. ſcripti codices, ut annotant viri docti, ſcribunt, *Baleatorum*. nos *Balearorum* fecimus.

2. *Scordam caput gentis*] Forte, *Scodram* melius ſcriberetur. Σκόδραν Ptolomæus inter Liburniæ μεσογείοις ponit. alia eſt Σκύδρα apud Stephanum meum, qui ſcribit, Σκύδραν eſſe Μακεδονικὴν πόλιν. poſſet tamen eadem eſſe, Σκύδρα, & Σκόδρα· ut iidem ſunt Σέλγοι & Σύλγοι, Σκοποὶ & Σκυποὶ. ſed alias hac de re plura.

FREINSHEMII

BEllum hoc, & ejus cauſam, deſcribit Appianus, Illyrio. Item Plutarchus, Æmilio. Meminit Epit. Liv. 43, & 44: & (& ipſe Livius.) Eutrop. 4, 1: Val. Max. 3, 3, 2. Advertentium Gentium, Illyricorum regem, contra quem hoc bellum geſtum eſt, Gentianam herbam inveniſſe, & ex ſuo nomine *Gentianam* dixiſſe. Auctor Plin. 25. 7. *Camers*. An de eo Ælian. Hiſt. Var. 2, 41, 17. ut pro Γενναῖος legatur Γένθιος;

2. *Sine mora*] Intra xxx. nimirum dies. Livius, 44, 32, 3.

Scordam] Ita membranæ Vineti. forte *Scodram* melius ſcriberetur. (quomodo legitur apud Livium lib. 43, 44, 45.) σκόδραν Ptolemæus inter Liburniæ μεσογείοις ponit. alia eſt σκύδρα apud Stephanum meum, qui ſcribit σκύδραν eſſe μακεδονικὴν πόλιν. poſſet tamen eadem eſſe, σκύδρα, & σκόδρα: Ut iidem ſunt σέλγοι & σύλγοι, σκοποὶ & σκυποὶ ſed alias hac de re plura Salmaſius. Libenter autem accedo Barletio dicenti Scodram hanc eſſe, cujus expugnationem tribus libris nec ineleganter certe conſcripſit.

Hoc bellum ante finitum eſt, &c.] Livius, 44, 32, 4: *Hoc unum bellum prius perpetratum, quam cœptum, Romæ auditum eſt*.

FREINS-

CAP. XIV.

Bellum Macedonicum tertium.

1 QUodam fato, quaſi ita conveniſſet inter
Pœnos & Macedonas, ut tertio quoque
vincerentur, eodem tempore utrique arma
2 moverunt: ſed prior jugum excutit Macedo,
aliquanto, quam ante, gravior, dum contem-
3 nitur. Cauſa belli prope erubeſcenda. quippe
regnum pariter & bellum vir ultimæ ſortis An-
driſcus invaſerat, dubium liber an ſervus, mer-
cenarius certe: ſed quia vulgo ex ſimilitudine
Philippi *Pſeudophilippus* vocabatur, regiam
for-

FREINSHEMII.

DE hoc bello ſcribunt Epit. Liv. 50. Val. Max. 7, 5, 4: Auctor de vir. illuſtr. cap. 61: Eutrop. 4, 3: Euſeb. lib. temp. *Camers.* Adde Velleium Paterculum, 1, 11.

3. *Dubium liber an ſervus, mercenarius certe*] Legerim: *dubium an ſervus.* Confer Porphyrii locum apud Euſeb. pag. 229.

Pſeudophilippus] Tacitus, 12. 62. 2: *Cui, ut degeneri* (h. e. ſuppoſititio) *Pſeudophilippi nomen impoſitum.* Marcellin. fin. lib. 14. vocat *Adramitenum Andriſcum, in fullonio natum.* Hujuſmodi ſubjectitiorum principum exempla aliquammulta lege apud Lipſium, monit. & exempl. Polit. 2, 5: Zwing: theatr. hiſtor. Vol. 7: Berneccerum, in Juſtinum, 31, 5, 6: Quales fuerunt Pſeudo-Agrippa, Tac. 2, 39: Pſeudo-Nero, Tac. H. 2, 8, 2: Pſeudo-Balduinus, Zwingeri theatr. 517. in 1. Adde Chronicon Hirſaug. Trithemii in Anno MCXL. Hujus *Pſeudophilippi* meminit & Appianus, ſine Punicorum; & alterius cujuſdam Epit. Liv. 53.

VARIORUM.

2. *Gravior, dum contemnitur*] Scribit de Marſorum vipera Solinus, cap. 8. *Brevior hæc ceteris: ac propterea, dum deſpicitur, facilius nocet*, quod & privatim publiceque quis ſibi quoque haud temere accommodaverit: quippe *citius venit periculum quod contemnitur.* Monitumque Alexandri Magni apud Curtium, 6, 3, 11: *Parva ſæpe ſcintilla magnum excitavit incendium. Nil tuto in hoſte deſpicitur: quem ſpreveris, valentiorem negligentia facies.* Sed & effatur Hannibal apud Livium, 21, 43, 13: *Sæpe contemptus hoſtis cruentum certamen edidit, & incliti populi regesque perlevi momento victi ſunt*; &c. *Gruterus.*

formam, regium nomen, animo quoque regio implevit. Igitur dum hæc ipſa contemnit po- 4
pulus Romanus, Juventio prætore contentus, virum non Macedonicis modo, ſed Thraciæ quoque auxiliis ingentibus validum temere tentavit: invictuſque a veris regibus ab illo imaginario & ſcenico rege ſuperatur. ſed con-
ſule Metello amiſſum cum legione prætorem 5
ple-

FREINSHEMII.

Animo] Certa & clara lectio. quanquam Vir quidam Eruditus ſubſtitueret *mimo*, h.e. habitu, ſermone, geſtu.

4. *Invictuſque a veris reg., ab illo*, &c.] Neminem tam iniquum fore confido ſcriptori tam terſo & florido, ut ægro animo ferat, attextas operi gloſſas ejici. ideoque confidenter ita repoſitum ivimus. fuerat: *invictuſque, non a veris regibus, ſed ab illo, &c. non* & *ſed* ſciolus aliquis inſeruit textui; abſunt commode; immo incommodiſſime adſunt. Certe enim invictus non vincitur: aut qui vinci poteſt, invictus non eſt. ergo etiam apud Rutil. Itin. 1, 64. male cum Vet.

Profuit injuſtis te dominante capi.

quam cum Caſtal. & Sizmanno *invictis*.





Metello] *Nummus, Metelli hujus victoriam Macedonicam ſervans; publicatus eſt a* Golzio, in Faſtis *&* Urſino, in Familiis.

FREINSHEMII.

5. *Conſule Metello*] Aut prætore, ſi Velleio, 1, 11, 2. credimus. Conſulem facit & Pauſan. pag. 421.

VARIORUM.

4. *Juventio prætore*] Eutrop. 4. 3. nominat prætorem non *Juventium*, ſed *P. Panetium*. Camers.

pleniſſime ultus eſt. Nam & Macedoniam ſervitute multavit, & ducem belli deditum ab eo, ad quem confugerat, Thraciæ regulo in Urbem in catenis reduxit; hoc quoque illi in malis indulgente fortuna, ut de eo populus Romanus, quaſi de vero rege, triumpharet.

FREINSHEMII.

Servitute mulctavit] Victo enim Perſe, libera relicta fuerat, legibuſque optimis, quas Paullus præſcripſerat, utebatur. vide Livium, 45, 29, &c.

Ut de eo pop. Rom., &c. triumpharet] Egregium vero ſolatium, quale Antiocho etiam contigit, ſupra, 2, 8, 4. *quod a Rom. victus eſt*. Iis porro, *quaſi de vero rege*, ſimile exemplum, infra, 3, 20, 14. de Spartaco; *quaſi imperator occiſus eſt*.

CAP. XV.

Bellum Punicum tertium.

1 TErtium cum Africa bellum, & tempore exiguum (nam quadriennio patratum eſt), & in comparatione priorum, minimum labore: non enim tam cum viris, quam cum ipſa urbe, pugnatum eſt: ſed plane maximum even-

SALMASII.

1. IN *comparatione priorum*] Lege, *in comparationem priorum*. ſic alibi loquitur, ut lib. IV. cap. 10: *nihil acciderat in comparationem cladis, quæ in poſterum diem imminebat*.

FREINSHEMII.

BEllum Punicum tertium ſcribunt fere omnes. Epit. Liv. 48, & 49: Appianus, Libyco. Aug. Civit. 3, 21: Plut. Catone: Eutropius, 4, 3: Oroſ. 4, 22, & 23: Auctor de viris illuſtr. cap. 58. *Camers*. Vide omnino Strabonem, lib. 17. pag. 573. Meminit & Themiſtius, orat. 10, de pace ad Valentem: & Zonaras, Annal. tom. 2.

1. *Labore: non enim*] Ita diſtinxi, ſuadente ſententia, & volentibus chirographis Palat. *Gruterus*, confer infra, 4, 2, 6.

Maximum eventu] Hauſi e v. e., id etiam adprobantibus iiſdem Palat., ſententia prorſus volente, ut fuerit ſcilicet bellum tempore quidem exiguum laboreque; ſed tamen maximum eventu. editi, *maximo eventu*. Gruterus.

VARIORUM.

1. *Exiguum*] Ita v. e. ſine verbo *fuit*: quod ſequebatur in poſtea vulgatis: neque alioqui comparet in Pal. *Gruterus*.

SAL-

eventu. quippe eo tandem Carthago finita eſt. 1
Atque ſi quis trium temporum momenta con- 2
ſideret, primo commiſſum bellum, profliga-
tum ſecundo, tertio vero confectum eſt. Sed 3
hujus cauſa belli, quod contra fœderis legem
adverſus Numidas quidem ſemel paraſſet claſ-
ſem & exercitum, frequens autem Maſiniſſæ
fines territabat. Sed huic bono ſocioque regi 4
favebatur. Quum bellum ſederet, de belli fi-
ne tractatum eſt. Cato inexpiabili odio delen-
dam eſſe Carthaginem, & quum de alio con-
ſu-

SALMASII.

2. *Atque ſi quis*] Quidam, *at ſi quis*. nihil muto.

4. *Quum bellum ſederet*] Eleganter & venuſte *bellum ſedere* diceret, quod plane depoſitum & finitum non erat, ſed intermiſſum, & pro tempore ceſſatum. quidam tamen heic legunt, *cum bellum ſederet*, quos minime ſequendos puto. contra enim accipiendum eſt, ac illi putant. *cum bellum ſederet*, exponendum, cum bellum decretum eſſet. ut dicimus, *ſententiam ſedere*; ſic *bellum ſedere*, eadem imagine. & ita accipi poſtulat ſententia. niſi enim bellum decretum fuiſſet, quam ineptum erat dicere, de fine belli tractatum eſt? Acumen eſt Annæi, fiduciam virium Romanarum reſpicientis: cum, inquit, vix bellum ſuſcipiendum eſſe decreviſſent, jam de fine belli tractabant. tota igitur erraruntvia, qui, *ſedaret*, heic legebant, nec mentem horum verborum attenderunt. Nazarianus, *bello ſederet*. perperam.

FREINSHEMII.

3. *Territabat*] Sic Pall., & editio vetus: nam alii, *territarent*; ex quo quidam, *tentarent*. quod certe non probo. De re vide Appianum, & Epit. Livii. Cauſam autem belli quod attinet, veriorem eam, meo quidem animo, fatetur Velleius, 2, 12, 5. *invidiam* nimirum *imperii*.

4. *Cato*, &c.] Appianus, Libyco, pag. 38: *Fertur, Catonem nunquam non pro ſententia dixiſſe, delendam Carthaginem: ei Scipionem Naſicam contra dixiſſe, imo ſinendam Carthaginem, ut ejus metu diſciplina a majoribus tradita, jam labaſcens, retineatur*. Vide Cicer. de ſenect. 6, 8. Qua autem maxime ratione patres moverit Cato, narrat Plinius, 15, 18: & Plutarch. in vita. Eadem hæc pulcre referuntur a Diodoro, in Excerpt. Valeſ. pag. 382. Confer etiam L. Ampelium. Perſpexit hoc Lucanus, 6, 788:

— *Major Carthaginis hoſtis*
Non ſerrituri mœret Cato fata nepotis.

Et quum de alio conſuleretur] Erat quippe frequens ſenatoribus, ſi quid e rep. crederent, loco ſententiæ promere. Tacitus, 2, 33, 3: & 13, 49, 3. Obſervavit hoc etiam, ut alia

Digitized by Google

ſuleretur, pronuntiabat: Scipio Naſica ſervandam, ne, metu ablato æmulæ urbis, luxuriari felicitas inciperet. Medium ſenatus elegit, ut urbs tantum loco moveretur. Nihil



Cato] *Qui in gemma, apud* F. Urſinum *hoc modo deſcriptus; qualis &* Corn. Nepotis Vitis impp. *additus.*


alia pleraque, celeberrimus merito ſuo Briſſonius, lib. 2, formul. pag. 185: & poſt eum Roſinus, antiquitatum 7, 7.

5. *Ne metu ablato æmulæ urbis* &c.] Hoc *urbis* quia mox repetitur, hic omitti poterat. In re ipſa remittimus lectorem ad eos, qui prius hac de re egerunt. videatur Amiratus diſſert. polit. 14, 1. & Gruterus ad Livium 2, 21, 6. Quibus addatur Cleomenis dictum apud Plut. apophth. Lacon. 76. qui, *dicenti, cur Argivos devictos, qui ſæpe bellum contra vos ſuſceperunt, non delevíſtis? Nequaquam delendi nobis ſunt, reſpondit, ne deſint, qui juvenes noſtros exerceant.* Eodem lib. c. 4. *Cum Lacedæmonii urbem quandam vi cepiſſent, Ephori dixerunt, periit palæſtra juvenum non habiturorum concertatores. Aliam urbem, quæ ſæpe negotium exhibuerat Spartanis, rege ipſorum pollicente, ſe funditus deleturum, non permiſerunt, inquientes: Noli abolere aut delere cotem juventutis.* Adde Ælian. Hiſt. Var. 14, 25, 2. Sic Epaminondæ *morte etiam Athenienſium virtus intercidit. Siquidem amiſſo, cui æmulari conſueverant, in ſegnitiam torporemque reſoluti &c.* Juſtinus 6, 9, 1. Porro in ſcriptura etiam hujus loci eſt quod deſiderem. nam vox iſta *urbis*, cum ſtatim ſequatur convenientiori ſede, aures hic inamœno ſonore ferit. igitur abjiciendam putem præſertim cum nihil juvet ſenſum, ſed inquinet.

Loco moveretur] Situ enim maxime opportuno erat Carthago, unde præcipua illi opum initia & incrementa; quod etiam tangit Cenſorinus, in orat. ad Carthaginienſes, apud Appianum, in Punicis. Hac de cauſſa Corinthum, alterum oræ maritimæ ocellum, ſuſtulerunt Romani, *opportunitatem*

Digitized by Google

hil enim ſpecioſius videbatur, quam eſſe Car- 6
thaginem, quæ non timeretur. Igitur Manilio 7
Cenſorinoque conſulibus, populus Romanus aggreſſus Carthaginem, ſpe pacis injecta, traditam a volentibus claſſem ſub ipſo ore urbis
incendit. Tum evocatis principibus, *ſi ſalvi* 8
eſſe vellent, ut migrarent finibus, imperatum. Quod pro rei atrocitate adeo movit iras, ut extrema mallent. Comploratum igitur publi-
ce



Scipio Naſica] *De hujus nummo vide quæ notavit* Jo. Faber *ad* Imag. illuſtrium virorum F. Urſini, *&* P. Seguinus, *in* Selectorum numiſmatum Sylloge.

tem loci maxime ſequuti, ut poſſet aliquando ad bellum faciendum locus ipſe adhortari. Cicero de officiis, 1, 11, 4.

7. *Manilio, Cenſorinoque, Coſſ.*] De nominibus horum Coſſ. non omnes conveniunt. Eutrop. habet, *L. Mallio Cenſorino, M. Mallio, Coſſ.* Oroſ. *L. Cenſorino, M. Manlio, Coſſ.* Livius, 49, *L. Martio, M. Manlio, Coſſ.* Camers. Utcunque ſe res habeat, in nomine vel prænomine vitium ſit oportet, hoc argumento, quod Manlio Capitolino poſt necem illatam hæc quoque *gentilitia nota* addita eſt; *gentis* enim *Manliæ decreto cautum eſt, ne quis deinde M. Manlius vocaretur.* apud Liv. 6, 20, 12. Vinetus, in ſomnium Scipionis, oſtendit, horum Coſſ. nomina fuiſſe, *L. Marcius Cenſorinus*, & *Manius Manilius.*

8. *Ut migrarent finibus*] Eandem conditionem Saguntinis etiam obtulit Annibal, quam ipſi non magis acceperunt, quam hoc loco Carthaginienſes. Vide Livium, 21, 13, 6. De Carthagine confer Excerptum Polybii apud Valeſ. pag. 177.

ce ſtatim, & pari voce clamatum eſt, ad ar-
9 ma; ſeditque ſententia, quoquo modo re-
bellandum: non quia ſpes ulla jam ſupereſ-
ſet, ſed quia patriam ſuam mallent hoſtium,
10 quam ſuis manibus everti. Qui rebellantium
fuerit furor, vel hinc intelligi poteſt, quod
in uſum novæ claſſis tecta domuſque reſcide-
runt: in armorum officinis aurum & argentum
pro ære ferroque conflatum eſt: in tormento-
rum vincula matronæ crines ſuos contulerunt.
11 Mancino deinde Conſule, terra marique fer-
vebat obſidio. Operis portus nudatus; & pri-
mus, & ſequens, jam & tertius murus; quum
tamen Byrſa, quod nomen arci fuit, quaſi
alte-

FREINSHEMII.

10. *Aurum & argentum*] Idem refert Adonis Chronic. anno 4614.

Matronæ crines ſuos contulerunt] Hæc omnia latius videre eſt apud Appianum. Crinium hac in re uſum quod attinet, ſæpius experti ſunt veteres. Vide Veget. 4, 9; & quos ibi citat Stewechius, ut Capitolin. in Maximinis (ſive Maximo & Balbino, cap. 11, & 16.): Vitru. 10, 17: Dion. in Severo: Cæſar. Bell. Civil. 3, 9: Appianum, de bell. Punic. quibus adde Frontinum, 1, 7, 3, & 4: & Pólyænum, de Thraſiis, lib. 8.

11. *Mancino deinde Coſ.*] L. Hoſtilium Mancinum hoc bello non fuiſſe Coſ. ſatis certum eſt, ſed proximo anno poſt devictam Carthaginem, Annales Coſſ., & Plinius, 35, 4. teſtantur; quia L. Mancinus primum cum exercitu Carthaginem irrupit, & pictam Carthaginem, prœliaque facta, in foro propoſuit: proximis comitiis Coſ. creatus eſt. quare hic, aut *legato* aut *claſſis præfecto*, ſcribendum eſt: legatus enim pro collega Sp. Poſtumio Albino datus eſt Calpurnio Piſoni Coſ.; & claſſis præfectus fuit, quouſque eum Scipio Aimilianus Romam remiſit. *Stadius*. Hic eſt ille Mancinus, qui, ſicut Africanus prior, utero matris exciſus eſt: ita enim videtur legendum apud Plinium, 7. 9; non, ut vulgatur: *Manlius*. & ibidem, *Auſpicatius enecta parente gignuntur*. malim legi *exacta*. eadem forma, qua *exciſo utero edere* dixit Ulpianus, l. 141. de V. S.

Byrſa, quod nomen arci fuit] Carthaginis ſitum Appianus, Libycis; & Strabo, lib. 17. (nam apud Liv. lib. 26. deſideratur), deſcribit: ſitam eſſe in peninſula, cujus cervix in meridiem continenti Africæ trium fere millium latitudine adhæreat, in qua Byrſa & murus ille triplex. *Stadius*. Vide & Juſtinum, 18, 5.

Alium

Digitized by Google

altera civitas reſiſtebat. Quamvis profligato 12
urbis excidio, tamen fatale Africæ nomen Scipionum videbatur. Igitur in alium Scipionem converſa Reſpublica, finem belli repoſcebat. Hunc Paullo Macedonico procreatum Africani illius magni filius in decus gentis aſſumpſerat, hoc ſcilicet fato, ut, quam urbem concuſſerat avus, nepos ejus everteret. Sed ut 13
quammaxime mortiferi eſſe morſus ſolent morien-



Alium Scipionem] *De Scipione Aimiliano, tropæum ſtatuente, hic invenitur nummus, in* Faſtis Golzii, *& in* Familiis Urſini.

FREINSHEMII.

12. *Fatale Africæ nomen Scipionum*] Idque ſecutis etiam temporibus creditum: Suetonius, Cæſ. 15, 4: Cicer. de haruſp. reſp. cap. 4. pr. Videtur huc alludere Virg. Æn. 1, 401.

Hunc Paullo Macedonico procreatum] *Paullus Æmilius, ex quatuor filiis formæ inſignis, egregiæ indolis, duos jure adoptionis in Corneliam Fabiamque gentem tranſlatos, ſibi ipſe denegavit, &c.* Val. Max. 5, 10, 2. Lege Plut. in Æmilio, cap. 7. (& Livium, 45, 41, 10.) in fœdum errorem Appianus, Syriac. pag. 105. c. prolapſus eſt, qui hunc Scipionem Æmilianum eum fuiſſe opinatus eſt, qui ab Antiocho puer captus fuit, & P. Scipioni patri reſtitutus. Sed ejus oppoſitum Latini omnes aſſerunt. Lege Val. 3, 5. *Camers*. Appiani errorem obſervavit etiam Bongarſius, ad Juſtin. 31, 7, 4.

13. *Quammaxime mortiferi*] *In gladiatoribus quoque conditio dura victoris eſt, cum moriente pugnantis. Nullum magis adverſarium timeas, quam qui vivere non poteſt, occidere poteſt. Concitatiſſima eſt rabies in deſperatione, & morte ultima in furorem animus impellitur.* Seneca controv. epit. 9, 6.

rientium beſtiarum; ſic plus negotii fuit cum
14 ſemiruta Carthagine, quam integra. Compulſis in unam arcem hoſtibus, portum quoque maris Romanus obſederat. Illi alterum ibi portum ab alia urbis parte foderunt: nec ut fugerent, ſed qua nemo illos, nec evadere poſſe credebat. Inde quaſi enata ſubito claſſis
15 erupit: quum interim jam diebus, jam noctibus nova aliqua moles, nova machina, nova perditorum hominum manus, quaſi ex obruto incendio ſubita de cineribus flamma, prodi-
16 bat. Deploratis noviſſime rebus, quadraginta ſe millia virorum dediderunt, quod minus credas,

SALMASII.

13. *Cum ſemiruta Carthagine*] Voce, *ſemirutum*, Annæum hunc ſolum uſum eſſe volunt, nec præterea uſpiam reperiri. ſed falluntur. bis enim aut ter legiſſe apud alios certo memini. Schedæ meæ mihi non jam ad manum, ex quibus exempla profer. extare in Velleio puto, niſi me deficit memoria. optimæ gloſſæ apud me, *ſemiruta, leviter emendata*, quam diverſa ſignificatione: cenſeo legendum, *ſemierrata, leviter emendata*. at de illarum gloſſarum bonitate alias dicemus. aliæ gloſſæ, *ſemirutum*, ἡμιόζυστον.

14. *Portum quoque maris Romanus obſederat*] Quis iſte portus maris? An Portum maris αὐτόκτιτον καὶ αὐτοφυῆ ὅρμον, ut Græci dicunt, vocant? ut opponatur foſſitio portui. ſequitur enim, *illi alterum ibi portum ab alia urbis parte foderunt*. legebam aliquando, *portum quoque Mars Romanus obſederat*. Sed adhuc hæreo, cur non ita loquutus eſt, *portum quoque Romanus obſederat*, ut ſexcentis aliis in locis loquitur? nihil tamen video melius illa lectione, quam etiam confirmant veteres libri.

Sed quia nemo illos hac evadere poſſe credebat] Scripti omnes *nec* pro *hac* retinent. ita igitur hunc locum emendamus: *illi alterum ibi portum ab alia urbis parte foderunt, nec ut fugerent, ſed qua nemo illos, nec evadere poſſe credebat*. manifeſta ſententia.

FREINSHEMII.

14. *Quaſi enata ſubito claſſis*] Non abſimilis Curtii, 9, 8, 13. locus: Alexander *validiſſimam* Sabi *regis urbem cuniculo cepit. Barbaris ſimile monſtri viſum eſt, rudibus militarium operum: quippe in media ferme urbe e terra exiſtebant, nullo ſuffoſſi ſpecus ante veſtigio facto*. Cui loco particulam *id*, poſt verbum *cepit*, excidiſſe, monendum duxi. aliter enim oratio eſſet ſine calce arena.

16. *Quod minus credas*] Acidalius ad Velleium, 2, 117, 1. mallet *quoque*. poſſet etiam legi *quodque*, ſed puto retineri poſſe vulgatam.

SAL-

das, duce Aſdrubale. Quanto fortius femi- 17
na, & uxor ducis? quæ, comprehenſis duobus liberis, a culmine ſe domus in medium miſit incendium, imitata reginam, quæ Carthaginem condidit. Quanta urbs deleta ſit, ut 18
de ceteris taceam, vel ignium mora probari poteſt. quippe per continuos decem & ſeptem dies vix potuit incendium extingui, quod domibus ac templis ſuis ſponte hoſtes immiſerant: ut quatenus urbs eripi Romanis non poterat, triumphus arderet.

CAP.

SALMASII.

17. *Quanto fortius femma*] Alter Palatinus, *quanto fortior femina. fortius* magis placet. & retinent melioris notæ libri.

FREINSHEMII.

17. *Et uxor ducis*] Illa verba videntur irreptitia. qualis enim antitheſis? quæ ſublatis illis belliſſima eſt. præterquam quod Flori genium non ſapit hæc verboſa narratio, *femina & uxor ducis.* videtur adſcriptum fuiſſe, *id eſt*, *uxor ducis*, a ſtudioſo quodam.

18. *Ignium mora*] Nam Carthago incenſa eſt. Horat. Carm. 4, 8, 17:

—— *Incendia Carthaginis impiæ.*

Et, Epodon. 7, 5.

Non ut ſuperbus invidæ Carthaginis
Romanus arces ureret.

Velleius, 1, 12, 6. *dirutam* ait. Modeſtinus, in lib. 21. quib. modis uſusfr. amitt. *aratrum paſſam.*

Per continuos decem & ſeptem dies] Quamdiu Romæ incendium duraverit ſub Nerone, vid. Tac. 15, 40, 1.

Sponte hoſtes immiſerant] Alia ſimilis deſperationis exempla notavimus infra, 2, 18, 15.

Triumphus] Ita Vineti editio, nec aliter vetus; quomodo & fuiſſe in Mſ. ſuo prodidit lectiſſimi ingenii Lipſius, Elect. 2, 19: in Pall. duobus Gruterus: & in vetere Florentino Acidalius, ad Velleium, 2, 68, 4; cui tamen in voce *quatenus* nondum omnino adſentior. Vide noſtrum indicem. Similis locutio ſupra, 2, 2, 32. *triumphum periiſſe naufragio.*

VARIORUM.

17. *Quanto fortius femina?*] Hanc hiſtoriam, ut alios ſileam, lege apud Valer. Maxim. 3, 2, 8. extern. Appianus, circa fin. Libyci, recitat hujus mulieris ad Scipionem & Haſdrubalem verba. *Camers.*

SAL-

Digitized by Google

CAP. XVI.

Bellum Achaïcum.

1 QUaſi ſeculum illud everſionibus urbium curreret, ita Carthaginis ruïnam ſtatim Corinthus excepit, Achaiæ caput, Græciæ decus, inter duo maria, Ionium, & Ægæum, quaſi ſpectaculo expoſita. Hæc (facinus indignum!) ante oppreſſa eſt, quam in numerum
2 certorum hoſtium referretur. Critolaus cauſa belli: qui libertate a Romanis data adverſus ipſos uſus eſt, Legatoſque Romanos, dubium an

SALMASII.

1. EVerſionis urbium curreret] Forte, *quaſi ſeculum illud everſionibus urbium curreret*. Alii prave, *everſionis urbium*. Simile eſt quod dicit infra, 3, 9, 1: *Aderat fatum inſularum.*

Facinus indignum] *ô facinus indignum !*

FREINSHEMII.

HOc bellum ſcribunt Epit. Liv. 51, & 52: Juſtinus, 34, 1, & 2. Val. Max. 7, 5, 4: Auctor de vir. illuſtr. cap. 60: Eutrop. 4, 3: Oroſ. 5, 2: Cicer. pro M. Manil. cap. 5; & offic. 1, 11: Plin. 35, 12. Capta autem Corinthus eſt, Olympiadis 156. anno 3, anno U. C. 608: Plin. 34, 2. *Camers.* Vide etiam Strab. lib. 8: Vellei. 1, 13: Zonar. tom. 2: Pauſan., princ. Corinth.; latius in Achaïcis. Item Polyb. apud Valeſ. pag. 181.

1. *Everſionibus urbium*] Recte. ad eam formam, ſicut Claudianus, epigr. de ſene Veronenſi:

Frugibus alternis, non conſule, computat annum.

Corinthus] De hac urbe vide Strabonem, lib. 8. pag. 260, &c.

Inter duo maria] Inde *Bimaris*, ἀμφιθάλασσος, dicta Poëtis: Horatio, 1. Carm. 8: Ovidio, epiſt. 12, 27: Prudent. contra Symmach. 2, 352: Sidonio, Carm, 2, 476; & epiſt. 9, 13.

2. *Critolaus cauſſa belli*] Cicero, de natura deor. 3, 38: *Critolaus evertit Corinthum: Carthaginem Aſdrubal. Hi duos illos oculos oræ maritimæ effoderunt.*

Libertate a Rom. data, &c.] Supra, 1, 21, 2: *Volſinienſium ſervi libertatem a dominis datam in ipſos erexerant.* Cicer. fam. 11, 12: *Omnino eſt hoc populi, maximeque noſtri, in eo potiſſimum abuti libertate, per quem eam conſecutus ſit.*

Legatos, &c. violavit] De eorum, qui legatos violant, pœna, vide ſcriptores, quos ſupra, 1, 18, 5. citavimus.

SAL-

Digitized by Google

an & manu, certe oratione violavit. Igitur 3
Metello ordinanti tum maxime Macedoniam mandata eſt ultio: & hinc Achaïcum bellum. ac primam Critolai manum Metellus Conſul per patentes Elidis campos toto cecidit Alpheo. Et uno prælio peractum erat bellum: 4
jam & urbem ipſam terrebat obſidio: ſed (fata rerum! quum Metellus dimicaſſet, ad victoriam Mummius venit. Hic alterius ducis Di-

SALMASII.

3. *Igitur Metello ordinanti, tum maxime Macedoniæ mandata eſt ultio*] Hæc quomodo poſſint conſiſtere, ignoro; diſtinctione non minus, quam lectione, falſa. Corinthii ſuperbius appellaverant Legatos Romanos: mandata ultio Metello, qui tunc Macedoniam pro prætore regebat. non autem Macedoniæ ultio illi mandata eſt, quæ nihil peccaverat, quod verum eſſet, ſi Corinthus in media Macedonia ſit. lege, *Igitur Metello, ordinanti tum maxime Macedoniam, mandata eſt ultio.*

Per patentes Elidis campos] Vetus, *Elide.* eſt *Elidæ.* ſic alibi *Leucadam* dixit, ut pluribus ibi diſputamus.

FREINSHEMII.

3. *Ordinanti tum maxime Macedoniam*] Ita Pal. tert. & o.e. ante Vinetum. Zinzerling. promulſ. Crit. juven. legit. *cum maxime*, quod cur non omnino probem, dicam in Indice, voce *Maxime.*

Coſ.] Aut *prætor.* vide ſupra, 2, 14, 5.

Elidis] Cur Elidem & Alpheum conjungat, intelligas ex Pauſan. pr. tit. 8. Τῆς δὲ γῆς τῆς Ἠλείας κατὰ μὲν ὀλυμπίαν καὶ τοῦ Ἀλφειοῦ τὰς ἐκβολὰς πρὸς τὴν Μεσσηνίαν εἰσὶν ὅροι· τὰ δὲ πρὸς Ἀχαιῶν Δυμαίων εἰσὶν ὅροι. Meminit Eleorum hoc in negotio etiam Polyb. apud Valeſium.

4. *Uno prælio*] Metellum cum Achæis Bœotiſque duobus præliis congreſſum, primo ad Thermopylas, altero in Phocæis viciſſe, auctores habeo Pauſaniam in Achaicis; & Oroſium, 5, 3. *Stadius.* Flori locus ſimilis eſt hic apud Tacitum, H. 2, 38, 5: *ſingulis velut ictibus tranſacta ſunt bella.*

4. *Quum Met. dimicaſſet, ad victoriam Mumm. venit*] Minime novum eſſe, ut intervertantur præmia, alterius conſilio periculoque parta; victoriaque jam parata e manibus eripiatur ſucceſſoris novi ſuperventu; non exili ſuggeſtu exemplorum probatum nobis ad Tacit. H. 4, 85, 5. *Gruterus.* Unde ſæpius invidia decedentium, & rerum gerendarum impedimenta. Vide ſupra, ad 1, 9, 2: item Polyb. apud Valeſ. pag. 178: Salluſtium, Jug. cap. 38: & Val. Max. 9, 3, 7. De Mummio vide etiam Plin. 35, 12, 1: & Pauſan. lib. 5, pag. 336. pr.

FREINS-

Diæi late exercitum ſub ipſis Iſthmi faucibus fudit, geminoſque portus ſanguine infecit. Tandem ab incolis deſerta civitas, direpta primum, deinde, tuba præcinente, deleta
6 eſt. Quid ſignorum, quid veſtium, quidve tabularum raptum, incenſum atque projectum eſt! Quantas opes & abſtulerit & cremaverit, hinc ſcias; quod, quicquid Corinthii æris toto

FREINSHEMII.

5. *Diæi late*] Hactenus omnes, *dignitate*. abſurde. Emendatio eſt eruditiſſimi Pighii, quam ob evidentiam ſuam textui inſeruimus. Hoc enim nomen. Achaïci imperatoris. etiam apud Polyb., in Excerpt. Valeſianis. Vide latius ipſum Pighium, in annalibus Romanis, anno U. C. DCVII.

Civitas, &c. deleta eſt] Juſtinus, 34, 2, 6: *Urbs ipſa Corinthus diruitur: populus omnis ſub corona venditur: ut hoc exemplo ceteris civitatibus metus novarum rerum imponeretur*. Cui conſentit Zonaras, tomo ſecundo.

Tuba præcinente] Neſcio quid antiqui moris hoc verbo Florus tangit quod forte (dum certiorem hujus loci explicationem comminiſci, aut velint alii, aut nos poſſimus) non inepte referretur ad veterem illum in cives animadvertendi ritum, quem ad Tac. 2, 32, 8. Lipſius explanat: ut quemadmodum illo caſu, ſic hoc noſtro, tuba cecinerit, quo omnibus innoteſceret, auctoritate juſſuque publico negotium iſtud peragi. Sive potius eo factum, ut eodem modo deſtrueretur, quo condi ſolebant urbes; niſi quod ibi tibiæ adhibitæ. Vide Pauſan. Meſſen. pag. 268. quemadmodum etiam Athenienſium muros diruit Lyſander, Plut. in vita, cap. 28; & Xenoph. Adde Tzetzen, Chil. 7, 7, 139. Serv. ad iſta Virgil. in lib. 2:

Exoritur clamorque virum, clangorque tubarum.

Liv. lib. 1. ubi de Alba diruta: Suppl. Curt. 1, 14, 7.

6. *Incenſum atque projectum*] A militibus nempe, pretium eorum non'æſtimantibus, ſub duce nihilo rerum iſtarum prudentiore. *Mummius enim, ut traditur, magnanimitatis, quam artificiorum, ſtudioſior*. Strabo, lib. 8. pag. 263: *& tam rudis fuit, ut cum maximorum artificum perfectas manibus tabulas, ac ſtatuas, in Italiam portandas locaret, juberet prædici conducentibus, ſi eas perdidiſſent, novas eos reddituros*. Velleius, 1, 13, 6.

Quantas opes] Corinthus antiquitus opulentiſſima, qua de cauſa Homerus, Il. 2, 570.

— ἀφνειόντε Κόρινθον.

Corinthii æris] Toto orbe celeberrimi. Cujus memoria pleni ſcriptorum libri. Vide præcipue Plin. 34, 2: & Muretum, var. lect. 3, 5. Hinc Romanis primum ſigna & tabulæ pictæ in pretio & admiratione; vid. Plin. 33, 11. quamvis Salluſt. Cat. 11, 8. videatur iſtud Sullæ temporibus tribuere. Hujuſmodi *Corinthia vaſa* cupide corraſit etiam Verres. vide Cic. Verr. 2, 19: & quoniam mentio Verris admonuit, inſignem Plinii locum ne prætereamus. Sic autem

Digitized by Google

toto orbe laudatur, incendio ſuperfuiſſe comperimus. Nam & æris notam pretioſiorem ipſa opulentiſſimæ urbis fecit injuria: quia incendio permiſtis plurimis ſtatuis atque ſimulacris, æris, auri argentique venæ in commune fluxere. 7

têm ille, 34, 8, 1: *Signis, quæ vocant Corinthia, plerique in tantum capiuntur, ut ſecum circumferant; ſicut Hortenſius Orator Sphingem Verri reo ablatam. Propter quam Cicero illo judicio in altercatione neganti ei, ſe ænigmata intelligere, reſpondit, debere, quoniam Sphingem domi haberet.* Æs tamen Corinthium (ſed non hac mixtura) multis antea ætatibus celebre fuiſſe, certum habemus ex Athenæo, 4, 1. Adde Philandri Vitruvium, pag. 338.

VARIORUM.

7. *Permiſtis*] Aliæ fere, *peruſtis* (veſtigio veræ lectionis *permiſtis*). poſtea Vineti ed. omiſerat vocem *venæ*, quam revocavi, ſuaſu ceterorum Impr. item Pall. *Gruterus.*

CAP. XVII.

Res in Hiſpania geſtæ.

UT Carthaginem Corinthus, ita Corinthum Numantia ſequuta eſt. Nec deinde toto orbe quicquam intactum armis fuit. 1
Poſt illa duo clariſſima urbium incendia, late atque paſſim, nec per vices, ſed ſimul pariter quaſi unum undique bellum fuit; prorſus ut illæ urbes, quaſi agitantibus ventis, diffudiſſe quædam belli incendia toto orbe viderenren- 2

VARIORUM.

BElla quæ poſt deletam Corinthum orta ſunt, lege in Epit. Liv. 51, & 52: Juſtin. lib. 34. & inde: Eutrop. 4, 5: Oroſ. 5, 3. Ceteri locis ſuis citabuntur. *Camers.*

FREINSHEMII.

2. *Clariſſima*] Nullus dubito, auctorem ſcripſiſſe, *clariſſimarum*; nec eſſe puto, ut rem tam claram rationibus aut exemplis firmem.

Digitized by Google

3 rentur. Hiſpaniæ nunquam animus fuit adverſus nos univerſæ conſurgere: nunquam conferre vires ſuas libuit, neque aut imperium experiri, aut libertatem tueri ſuam publice. Alioquin ita undique mari Pyrenæoque vallata eſt, ut ingenio ſitus ne adiri quidem po-
4 tuerit. Sed ante a Romanis obſeſſa eſt, quam ſe ipſa cognoſceret: & ſola omnium provinciarum vires ſuas, poſtquam victa eſt, intel-
5 lexit. In hac prope ducentos per annos dimicatum eſt, a primis Scipionibus in Cæſarem Au-

SALMASII.

4. *Sola omnium, poſtquam victa eſt*] *Et ſola omnium, poſtquam victa eſt.* Ita libri.

FREINSHEMII.

3. *Nunquam conferre vires ſuas libuit*] Lege Strabonem, lib. 3. pag. 109. Ea peſtis & olim & hodie fortiſſimos florentiſſimoſque populos perdidit. Tacit. Agr. cap. 12: Britanni *in commune non conſulunt: rarus duabus tribuſve civitatibus ad propulſandum commune periculum conventus. ita dum ſinguli pugnant, univerſi vincuntur.*

Nec adiri quidem] Tantum abeſt, ut oppugnari. dictum enim eſt, ſicut illud Livii, 44, 6, 7: *Sunt enim Tempe ſaltus, etiamſi bello non fiat infeſtus, tranſitu difficilis.* Similia paſſim apud auctores.

4. *Quam ſe ipſa cognoſceret*] Bene igitur noſter, ſupra, 1, 8, 6, cenſum Servii commendat eo, quod effecerit *ut ipſa ſe noſſet resp.* Pertinet huc adagium noſtratium, quo dicunt, equum, ſi vires ſuas noſſet, homini, quippe debiliori, non ita patienter pariturum. Eaque de cauſa, *ſententia in ſenatu dicta, ut ſervos a liberis cultus diſtingueret*, improbata eſt, cum appareret periculum, *ſi ſervi dominos numerare*, & inde ſuam multitudinem vireſque æſtimare, *cœpiſſent*. Senec., de clement. 1, 24.

5. *Prope ducentos per annos*] Conſentiunt Livius, 28, 12, 10: Vellei. 2, 90, 3: Strabo, lib. 3. pag. 109.

VARIORUM.

3. *Mari Pyrenæoque vallata eſt*] Hiſpaniæ ſitus, laus, &c. habetur ab omnibus. Lege Strab. lib. 3: Plin. 3, 1, 2, & 3: Juſtin. lib. 44: Solin. c. 36. plura Silius, 3, 325, &c. Claudian. de laude Serenæ: Avienus ibi:

—— *His Hiſpanus ager*; &c.

Et parum infra, locum depravatum ſic caſtigavimus,

Gens agitat (an *habitat*?) *rupis*
veſtigia Pyrenæ. Camers.

Vide præcipue Ludovici Nonii Hiſpaniam, opus accuratum, & multæ eruditionis. Hæc autem ſolida populorum munimenta ſunt, mare & mons, de quibus utriſque, infinita bonorum auctorum dicta coacervavimus, ad Tacit. 1, 9, 12; item, 14, 23. *Gruterus.*

SAL-

Auguſtum, non continue, nec cohærenter, ſed prout cauſæ laceſſierant: nec cum Hiſpanis initio, ſed cum Pœnis in Hiſpania. inde contagio & ſeries cauſæque bellorum. Prima 6
per Pyrenæum jugum ſigna Romana Publius & Cnæus Scipiones intulerunt: præliiſque ingentibus Annonem & Aſdrubalem fratrem Annibalis ceciderunt: raptaque erat impetu Hiſpania, niſi fortiſſimi viri in ipſa ſua victoria oppreſſi Punica fraude cecidiſſent, terra marique victores. Igitur quaſi novam inte- 7
gramque provinciam ultor patris & patrui Scipio ille, mox Africanus, invaſit: iſque, ſtatim capta Carthagine, & aliis urbibus, non contentus Pœnos expuliſſe, ſtipendiariam nobis provinciam fecit: omnia citra ultraque Iberum ſubjecit imperio. Primus Romanorum ducum victor ad Gades & Oceani ora pervenit. *Plus eſt provinciam retinere, quam fa-* 8
cere:

SALMASII.

7. *Omnem citra ultraque Iberum ſubjecit imperio*] An *omnem provinciam*? durum eſt. legendum, *omne citra ultraque Iberum ſubjecit imperio*. Id eſt, quidquid ultra citraque Iberum eſſet. *Sic* infra, *quatuordecim annos omnia citra ultraque liberum Tagum ferro & igne populatus*.

VARIORUM.

7. *Scipio*] Pro his, quæ hic de Scipione ſuperiore narrantur, lege quæ ſupra, 2, 6, 37. ſunt annotata. quibus adde quæ ſcribit Plut. in apopth. *Camers*.

Provinciam fecit; omnem] V. e. *urbem*. neque ſecus Pal. tert.; ut ſuſpicer, locum hunc coinquinatum gloſſis librariorum. nam ſtatim ſequentia, *omnem citra ultraque Iberum ſubjecit imperio*, non ſatis cohærent prædictis. poterat quidem fingi, *& omnia citra ultraque*, &c. ſed quis adſtruet ei fidem? *Gruterus*.

FREINSHEMII.

6. *Scipiones*] Vide ſupra, 2, 6, 36.

Statim capta Carthag.] Ita conjungo; innuit enim, eodem die oppugnatam captamque. Vide ſupra, 2, 6, 39.

8. *PLUS eſt provinciam retinere, quam facere*] Eadem ſententia, 4, 12, 29. Similis apud Livium, 37, 35, 5: *Parari ſingula adquirendo facilius poſſint, quam univerſa teneri*.

cere: itaque per partes jam huc, jam illuc miſſi duces, qui ferociſſimas, & ad id temporis liberas gentes, ideo impatientes jugi, multo labore, nec incruentis certaminibus ſervire docuerunt.
9 Cato ille Cenſorius Celtiberos, id eſt, robur Hiſpaniæ, aliquot præliis fregit. Gracchus, pater ille Gracchorum, eoſdem centum & quinquaginta urbium everſione

teneri. Curtium, 2, 11, 9: *Facilius eſt quædam vincere, quam tueri.* Quod ipſum quam difficilem, aut debilem, faciat univerſalis monarchiæ conſtitutionem, feliciter oſtendit ille, breviter dicam, literis & armis egregius, Marcus a Rechlingen, in diſſertatione ſua, de Monarchia Univerſali. Cauſſam hujus difficultatis tangit etiam Ovid. de Arte, 2, 21. noto carmine:

Non minor eſt virtus, quam quærere, parta tueri:
Caſus ineſt illis; hic, erit artis opus.

Pertinet huc conſilium Auguſti apud Tac. & Dionem, *de coercendis intra terminos imperii finibus*. Adrianus, apud Spartianum, cap. 5. *omnia trans Euphratem ac Tigrim reliquit, exemplo, ut dicebat, Catonis, qui Macedonas liberos pronuntiavit, quia teneri non poterant.*

Ideo impatientes jugi] Tac. H. 4, 17, 8: *Servirent Syria, Aſiaque, & ſuetus regibus Oriens: multos adhuc in Gallia vivere, ante tributa genitos.*

Servire docuerunt] Claudianus, de bello Get. verſ. 140:

—— *campo poſt auſus aperto*
Marcellus vinci docuit.

9. *Gracchus*] Quod hic dicitur de Graccho patre, habetur c. 57. Auctoris de vir. illuſtr. De iſto Graccho Val. Maxim. 4. 6, 1: Plinius, 7, 13: Cicero, de divin. 1, 18: & alibi. *Camers.* Adde Livium, 41, 6, 3. Diod. apud Valeſ. 305.

CL Urbium everſione] Livius, 40, 49, 1. *CIII oppida intra paucos dies in deditionem accepit.* Polybius auctor eſt, evertiſſe Gracchum CCC urbes Celtibericas: quod tamen comice exagitat Poſidonius, apud Strab. lib. 3. pag. 111, in Gracchi gratiam inquiens, ab eo turribus urbium nomen inditum. quod noſtro quidem ſeculo non ſemel vidimus, cum effigies ducum paſſim circumferrentur, adjunctis imaginibus locorum quæ cepiſſent, inter quæ ſæpius ignobiles vici, aut modica oppidula, ſub ingenti titulo conſpiciebantur.

VARIORUM.

9. *Cato*] Geſta hujus Catonis contra Celtiberos, ſcribit Plut. in vita, & in apophth. Val. Max. 4, 3, 11: Auctor de vir. illuſtr. cap. 47: Frontin. 1, 1, 1: & 4, 7, 31. Multa Cicero, in Catone majore. Plin. 14, 13: *Cato*, inquit, *quum in Hiſpaniam navigaret, unde cum triumpho rediit, non aliud, inquit, vinum bibi, quam remiges.* Idem Frontin. 4, 3, 1. Lege quæ ſcribit Gellius, 13, 18. *Camers.*

SAL-

ſione multavit. Metellus ille, cui ex Macedo- 10
nia

SALMASII.

10. *Metellus ille, qui ex Macedonia cognomen*] Locus hic non ſatis planus, & mendo, niſi fallor, non vacat. ita ut credam, facit ſcripturarum varietas, quæ fere mendoſi non dubium eſt argumentum. in altero Palatino, *Metellus ille, qui ex Macedonia cognomen meruerat, & Celtiberius fieri.* & ita olim conjecerat præſtantiſſimus Gruterus. ſed ne ſic quidem omnia erunt ſana: & hæc loquutio, *Celtiberius fieri*, neſcio quomodo minus placet, & genium Flori non reſipit. Locum hunc ſic legere & diſtinguere non dubitem: *Metellus ille, qui ex Macedonia cognomen meruerat & ex Celtiberia ferre, qui & Contrebiam & Nertobriges memorabili cepiſſet exemplo, majori gloria pepercit.* vel hoc modo: *Metellus ille, qui ex Macedonia cognomen meruerat & ex Celtiberia ferre: quum Contrebiam & Nertobriges memorabili cepiſſet exemplo, majori gloria pepercit.* Metellus, inquit, ille qui tulerat ex Macedonia cognomen, meruerat & ex Celtiberia ferre, cum duas urbes in Celtiberia cepiſſet, victis pepercit, nec eorum urbes evertit, & ita abſtinuit Celtiberici cognomine, quod ad æternam gentis maculam & opprobrium retinuiſſet. Sed majorem laudem adeptus eſt ob humanitatem & clementiam, qua erga victos uſus eſt, quam ſi ex victoria cognomen tuliſſet. pro *Contrebiam & Nertobriges*, unus de Palatinis habet, *cum Celtiberiam memorabili cepiſſet exemplo.* nec longe abit veteris editionis ſcriptura, *Cetebriam*; Hæc Contrebia neſcio an illa ſit, quæ apud Ptolomæum Contrebita, qui juxta eam *Nertobrigam* ponit. ſed de his alibi erit videndum.

FREINSHEMII.

10. *Metellus*] Metelli geſta in Hiſpania lege in Epit. Liv. 53: Val. Max. 7,4,5: & Auct. de vir. illuſtr. cap. 61. Frontin. 1, 1, 12. *Camers.* Adde Appian. de bello Numant. & Vellei. 2, 5, 2.

Qui ex Maced. &c.] Hæc eſt ed. Vineti; neque ea tamen longe integrior quam aliarum, in quibus: *cui ex Maced. cognomen, meruerat Celtibericus fieri, cum & Contrebiam memorabili cepiſſet exemplo, & Nertobrigis* &c. Et vero Pall. duo magis accedunt huic ſcripturæ, quam priori. quippe eſt in ſec. *qui ex Maced. cognomen meruerat, & Celtibericus fieri, cum & Trebiam mem. cep. ex. & Nerſobriis &c*: ac tert. habet; *qui ex Mac. cog. mer. & Celtiberius filius: cum & Contreb. mem cep. ex. & Herſobrigis &c*: Ego his me non expedio. ſuſpicabar tamen legi poſſe voce una bis poſita: *qui ex Mac. nomen meruerat, meruerat & Celtibericus fieri. cum & Contreb. mem. cep. ex. & Nertobrigibus majore gloria peperciſſet.* Certe omnino mihi perſuadeo, illa *maj. glor. pepercit*, minime accommodanda cognomini: ſed urbi uni cui pepercerat, cum alteram vi captam diripuiſſet. *Gruterus.* De cognomine ſi accipias; juvet locus alius infr. 4, 12, 41. *Potuit & ille redire Marmaricus, ſed modeſtior in æſtimanda victoria fuit.* Forte nec abſurde legeretur hoc modo: *cui ex Maced. cognomen meruerat & Celtibericus fieri, cum & Contr. mem. cep. ex. & Nertobrig. maj. glor. peperciſſet.* & ne quem offendat iſta dictio, *Celtibericus fieri*, ea uſus eſt iterum noſter infra 3, 8, 1. Appian. de bellis Hiſpan. pag. 281. *Nergobrigas* appellat. Val. Max. 5, 1, 5. *Centobricenſes.* Vide Ambroſio de Morales lib. 7. cap. 51.

S SAL-

nia cognomen, meruerat & Celtiberius fieri, cum Contrebiam memorabili cepiſſet exemplo & Nertobriges, majori gloria pepercit.
11 Lucullus Turdulos atque Vaccæos de quibus Scipio ille poſterior, ſingulari certamine, quum
12 rex fuiſſet provocatus, opima retulerat. Deci-

ci-

SALMASII.

11. *Cum a rege fuiſſet provocatus*] Ita viri docti emendarunt, cum in omnibus libris conſtans ſcriptura eſſet, *cum rex fuiſſet provocatus*. Sed hac ſuperſedere poterant: vera eſt enim & proba hæc lectio, *cum rex provocatus fuiſſet*: hoc eſt, cum rex provocaſſet. *provocari*, pro *provocare*. hoc loco activam habet ſignificationem. vide Priſcianum, lib. 8. qui plura ejuſdemmodi ex optimis & vetuſtis auctoribus recenſet. apud Solinum ſimiliter *honoratus eſt*, pro *honoravit*. vulgo locus ille corruptiſſimus, ubi de Dionyſio loquitur, Siciliæ Tyranno, cum Platonem accitum ad ſe exciperet. Sed in noſtris lectionibus plura dicturi ſumus.

FREINSHEMII.

11. *Lucullus*] Luculli geſta in Hiſpania ſcribit Val. Maxim. 3, 2: Epit. Liv. 48: Auctor de vir. illuſtr. cap. 58. Ab his eiſdem habetur, quod hic de Scipione Æmiliano. *Camers*. Erat enim Scipio corpore valido. Dio apud Valeſ. pag. 614. Similia de Marcello refert in ejus vita Plutarchus, cap. 2. Scipionis autem pugnæ meminit etiam Plutarch. in præcept. reip. gerendæ, cap. 21: Item Plinius, 37, 1, 8. adverſarium ejus Intercatienſem fuiſſe ſcribens: & accedit L. Ampelius.

Rex fuiſſet provocatus] Ita Pall. duo, & e. v. & probavit olim Salmaſius: ad eam formam Varro apud Diomed. lib. 1. *affectatus eſt regnum*, dixit Liv. 4, 24, 2. *communicati ſunt*. Ovid. de Ponto 1, 3.

Hanc probat, & primis dilectam ſemper ab annis,
Eſt inter comites Marcia cenſa ſuas.

Sueton. Auguſt. 21, 9. *multatus eſt rebellantes*. Apulei. 207, 17. *Punita ſum funeſtum nuptiarum mearum prædonem*. ſicut. Cic. pro Mil. cap. 13. *punitus es inimicum*. Nam apud Val. Max. 5, 1, 3. ext. malim legere *quodam Tarentinorum in convivio parum honoratum de ſe ſermonem habitum*. Ne vero quid diſſimulem, videtur mihi Florus aliter ſcripſiſſe. quis enim iſte rex, cujus nec Livii epit. nec Vellejus 1, 12, 4. nec Appian. 284. e. meminerunt? non omiſſuri puto, ſi quid ejus rei fuiſſet. quid ergo ſi literas iſtas *Rex* ita ſcriberem, *cum R. ex. fuiſſet provocatus*: h.e. *Rom. exercitus*, quod aperte Appianus. nec obſtat illud *opima*, quo abuſum opinor auctorem, & hoc nomine decoraſſe inſignia, celebria ſpolia: quod & hoc evincit, quod Scipio tum non imp. erat, ſed Trib. tantum militum; deinde quod Plut. ſcribit Rom. cap. 27. & Marcello cap. 10. tria tantum ad ſua uſque tempora opima ſpolia fuiſſe. Proprie opima quæ ſint, notum ex Livio 4, 20, 7. quamvis Varro apud Feſtum in *Opima ſpolia* ea etiam ſic vocari dicat, quæ miles detraxerit, dummodo duci hoſtium. quod ita non obſervatum fuiſſe, & Livius

vius

Digitized by Google

cimus Brutus aliquanto latius Celticos Luſitanoſque, & omneis Gallæciæ populos, formidatumque militibus flumen Oblivionis: peragratoque victor Oceani litore, non prius ſigna convertit, quam cadentem in maria ſolem,

vius indicio eſt, & hoc ipſum Scipionis, parque Licinii Craſſi certamen, qui ſimiliter ducem hoſtium in Thracia, ſed imperatore Auguſto confecit, nec idcirco ſpolia opima more majorum retulerunt. Vide Val. Max. 3, 2, 6. ubi leg. *quia ſub alienis auſpiciis rem geſſerant*. Eandem ſcripturam *rex* pro *Rom. exerc.* extare in libris Livii notavit Beatus Rhenanus, ad Liv. 1, 25, 7.

12. *Decimus Brutus*] Quæ de Decimo Bruto dicit Florus, ſumpta ſunt ex epit. Liv. 55, & 56: meminit Val. Max. 8, 15: ſi tamen non eſt alius. *Camers*. *Decimus* autem ſcribendum, non *Decius*; hoc enim proprium nomen eſt, alterum gentilitium. Appian. *Sextum* appellat. Vellei. 2, 5, 1. *Aulum*. *Decimum* autem, præter noſtrum, Livii epit. 59, 11: Plutarchus, quæſt. Rom. cap. 34; Tabulæ Capitolinæ conſulares & triumphales; Caſſiodorus; ac Panvinius; quin & nummus quidam argenteus, denarius, qui D. CALLAIC. habet; quem penes ſe eſſe dicit Franciſcus Fernandius de Cordoua, in didaſcalia ſua multiplici, cap. 45. Apud Plinium, 36, 5, 21. fine prænomine eſt, *Brutus Callaïcus*. L. Ampelius ſemper *Decimum*; ſemel atque iterum, *Calecium*, pro *Callaïco*, vocat.

Formidatum militibus] Chronicon Hiſpanum Floriani de Ocanpo 3, 37. cum diſſenſum Celticorum & Turdulorum narraſſet, addit: exinde perſuaſionem fuiſſe apud gentes, eos qui tangerent aquas iſtas, ſui ſuorumque commodorum obliviſci, ſed verba auctoris ſic ſe habent: *ſiguioſe junto con eſto, que las gentes comarcanas, y todos los otros eſpañoles, quantos del tuvieron noticia, rehuſavan deſpues deſto muchos ſiglos adelante de tocar en ſus aguas, creyendo ſer de tal propiedad, que ſi lo hizieſſen, perderian la memoria de ſi meſmos y de ſus prouechos, con olvido perpetuo, de quanto les cumplieſſe, como tanbien avian hechoc los Galos ſobredichos quando le paſſaron, la qual ſuperſtition durò por alli caſi todos los tiemps dela gentilidad, haſta que ſus naturales y vezinos reciobieron nueſtra ſanta fò Catholica.* quod equidem ex parte confirmat Epit. Liv. 55.

Flumen oblivionis] *Ferunt, inter Celticos & Turdulos, cum feciſſent expeditionem eo, Limæo flumine tranſito, ortam ſeditionem: ad quam cum acceſſiſſet ducis obitus, manſiſſe illos ibi diſperſos, indeque Oblivioni fluvio factum nomen.* Strabo, lib. 3. pag. 106. Florianus neſcio quem Julianum Lucam diaconum citat, qui prælium inter eas gentes commiſſum, & Celticum ducem occubuiſſe, narret. Alium fluvium Lethen conſtituit idem Chronicon. 2, 34. quod refellitur a Cordoua dicto loco. Alius item eſt hoc nomine, qui circa Syrtes delabitur. ſed de eo non eſt ſermo hoc loco.

Cadentem in maria ſolem, &c.] Poëtico more, ſed & ex opinione communi. vide quæ notat Lipſius ad Tacit. de mor. Germ. 45, 1. ſo-

lem, obrutumque aquis ignem non ſine quo-
dam ſacrilegii metu & horrore deprehendit.
13 Sed tota certaminum moles cum Luſitanis fuit,
& Numantinis. nec immerito. quippe ſolis
gentium Hiſpaniæ duces contigerunt. Fuiſſet
& cum omnibus Celtiberis, niſi dux illius mo-
tus initio belli oppreſſus eſſet, ſummus vir
14 aſtu & audacia, ſi res ceſſiſſet, Salondicus,
qui haſtam argenteam quatiens, velut cœlo
miſſam, vaticinanti ſimilis, omnium in ſe
mentes converterat. Sed quum pari temeri-
tate ſub nocte caſtra conſulis adiiſſet, juxta
15 tentorium ipſum pilo vigilis exceptus eſt. Ce-
terum Luſitanos Viriatus erexit, vir callidita-
tis

num emergentis (ſolis) *audiri*. & Paneg. Vet. 2, 2. Strabon. pag. 95.

SALMASII.

13. *Si re ceſſiſſet*] Sequimur lectionem optimi & doctiſſimi Vineti, *ſi res ceſſiſſet*.

FREINSHEMII.

Non ſine quodam ſacrilegii metu] Divinus ille Scaliger, ad Euſebium, pag. 134. putida hæc cenſet & κακόζηλα. & videntur ſane. niſi forte Florum tueatur Tacitus, de mor. Germ. 34, 7. ubi dicit, *Sanctius ac reverentius viſum, de actis deorum credere, quam ſcire*. ideo ſacrilegium pæne fuiſſe ait Florus, prægrande illud myſterium coram deprehendere. Quo etiam alluſiſſe videtur exquiſitiſſimus adulator L. Vitellius, qui Caio percontanti, *vidiſſetne ſe cum Luna congredi? oculis in terram demiſſis, tremens, velut attonitus, exigua voce: ſolis, reſpondit, Domine, vobis diis licet invicem videre*. Dio, lib. 59. fin.

Horrore] Suet. Aug. cap. 6. de loco ubi natus fuit Aug. *concepta opinione veteri, quaſi temere adeuntibus horror quidam & metus objiciatur*.

13. *Duces*] *Tanti eſſe exercitum, quanti imperatorem, vere proditum eſt*. noſter infra, 2, 18, 15. ubi vide.

14. *Velut cælo miſſum, vaticinanti ſimilis*] Ejuſmodi ſuperſtitio quantum roboris habeat in animis imperitæ plebis, præter hoc exemplum, etiam teſtimonio ſunt, Eunus apud noſtr. infra, 3, 19, 4. ubi plura dicemus. Sertorius, qui cervam, quam manſuefecerat, Dianæ mandata ad ſe perferre ſimulabat, apud Plut. in vita, cap. 16. Maricus Boius, apud Tacit. H. 2, 61. Münzerus, bello ruſtico. Anabaptiſtæ Monaſterienſes, &c.

15. *Viriatus*] Hiſtoriæ hujus auctores ſunt, Epit. Liv. 52, & 54: Cicer. de Offic. 2, 11: Val. Max. 6, 4, 4: Auctor de vir. illuſtr. cap. 71:

Digitized by Google

tis acerrimæ: qui ex venatore latro, ex latrone ſubito dux atque imperator, &, ſi fortuna ceſſiſſet, Hiſpaniæ Romulus, non contentus libertatem ſuorum defendere, per quatuordecim annos omnia citra ultraque Iberum & Tagum igni ferroque populatus; caſtra e- 16
tiam Prætorum & Præſidum aggreſſus, Claudium Unimanum pæne ad internecionem exerci-

71: Oroſ. 5, 4: Eutrop. 4, 15: Silius, 3, 354. Victi autem ſunt a Viriato M. Vetilius prætor, C. Plancius prætor, Claudius Unimanus. Auctores qui ſupra. *Camers*. Frontinus, 2, 5, 7. *Celtiberorum ducem* facit; falſo, ut credo. Adde Conſtantin. Porphyrogen. 55.

SALMASII.

16. *Caſtra etiam Prætorum & Præſidum aggreſſus*] *Prætorum præſidium*, in altero Palatino, alter vero, *prætoriorum præſidium*. uterque male.

FREINSHEMII.

Ex venatore latro] Sic Antonius Ciceroni, Philipp. 3, 22. dicitur *ex mirmillone dux, ex gladiatore imperator*, Simile infra, de Spartaco, 3, 20, 8: adde Ammian. 23, 16. Dio. apud Valeſ. 614: Tac. 2, 52. 1.

Hiſpaniæ Romulus] Hoc eſt, fundator & conditor imperii Hiſpani, ſicut Romani fuerat Romulus. Σωτῆρα vocat Diod. apud Valeſ. pag. 346.

Per XIV. annos] Qui plurimum numerarunt, annos fecerunt XIV. belli Viriatini: ut Livii epitoma 54. & Florus. At Appianus pag. 297. *annis* duntaxat *octo id bellum geſtum* aperte ſcribit. Aperte inquam, atque etiam exacte. Nam ille numerat ab anno DCVI. quo proprie id cœpit: Livius & Florus ab anno DCI. quo Luſitani rebellarunt, non tamen Viriato duce: ſed quia connexa bella fuerunt, confundunt. Quorſum hæc? ut prælargum falſumque eſſe Vellejanum numerum conſtet, & parte altera truncandum: *Contumelioſo X. annorum bello* legito: & Juſtinum 44, 2, 7. auctorem habeto. Hæc Lipſius ad Vellei. 2, 90. 4.

16. *Claudium Unimanum*] De hoc Livius nullam facit mentionem, ſed Auctor de vir. illuſtr., Oroſius, Eutropius, idem cum Floro dicunt. *Camers*. *Vitellium* nominat Diodor. lib. 32. Claudiorum alias cognomen fuit *Contimanus*, l. 2. §. 36. de O. I

Pæne ad internec. cecidit, & &c: *fixit*.] Hactenus omnes, *cecidiſſet*, *&* &c: *fixiſſet*. nullo ſenſu: quod etiam Viñetus animadvertit, & propterea particulam *quum* inſerendam putavit. Sed hac noſtra emendatione, quam & Berneggerus pro veriſſima habet, res expedita eſt. Cecidit enim prætorem & trophæa illa fixit ſine dubio. ſic Auctor de vir. illuſtr. Oroſ. & Eutrop. ſupra citati. Item Adonis Chronic. ſub anno 4631. Corrupit locum particula *pæne*, quæ correctoribus videbatur aliam conſtructionem requirere: quapropter verborum ſubſequentium caſum mutarunt, cum ea vox cum ſequentibus conjungenda fuerit. Simile corruptionis exemplum oſten-

Digitized by Google

ercitus cecidit, & inſignia trabeis & faſcibus noſtris, quæ ceperat, in montibus ſuis tropæa
17 fixit: tandem etiam Fabius Maximus conſul oppreſſerat: ſed a ſucceſſore Pompilio violata victoria eſt, quippe qui conficiendæ rei cupidus

oſtendemus in Livio 4, 31, 8. Loquitur de Mamerco Æmilio quem ob imminutam cenſoriam poteſtatem, notatum & ærarium factum, urgentibus bellis dictatorem dixerant. legitur itaque: *Adeo, ſimul fortuna civitatis virtute vera eguit, ut nihil cenſoria animadverſio effecerit, quo minus regimen rerum ex notata indigne domo peteretur.* Hic particula *adeo*, idem operata eſt quod in noſtro illa altera. ſcripſit enim Livius *eguit. nihil cenſoria animadverſio effecit. &c.* præterea non intellexerunt correctores vim vocis *ſimul*, quæ valet *ſimulatque*, *quamprimum*, Ita Salluſtius Cat. 7, 3. *Juventus*, *ſimul* (ſic vetuſtiores edd. non *ſimul ac*) *belli patiens erat, in caſtris per laborem uſu militiam diſcebant.*

Cecidit, &] Duæ voces in unam coaluerant, librariorumque opera factum erat; *cecidiſſet.* male. Simile mendum in Juſtino 10, 3, 3. annotavimus, in voce *proceſſiſſet*, pro qua reſcribendum: *proceſſit &*. Item in l. 2. de feriis. ubi legitur, *ceſſantes. excuſationes allegentur*, pro *ceſſ. exc. allegent, ut &c.* Similiter corrigendus Obſequens cap. 122. *Cum in agro Piſtorienſi Catilinam deviciſſet laureatos &c.* Putem legend. *C. Ant. in a. P. Cat. devicit, & laur. &c.* Sicut apud Paul. Diac. lib 15. pr *Attila dum cum fratre Bleda &c. devaſtaret &c. peremit &c. compulit.* lego: *Attila d. c. f. Bl. devaſtat &c. perimit. &c. compellit.*

Inſignia] Sic Pal. & I. Vetus tamen editio, *inſignita*: ſed illud alterum præplacet. dictum enim eſt ſicut illud Virg. Æn. 7. 612.

—— *Quirinali trabea, cultuque Gabino*
Inſignis.

In montibus ſuis trophæa fixit] Servius ad Æn. 11, 6. *Trophæa non figebantur niſi in eminentioribus locis, Salluſt. de Pompeio (incert. 5, 7.) Devictis Hiſpanis, trophæa in Pyren. jugis conſtituit. Ex quo more trophæa arcubus exadificatis in urbibus figuntur.* Scilicet ut magis ſint conſpicua. Sic infra 3, 2, 9. *Domitius Ænobarbus & Fabius Maximus ipſis quibus dimicaverant locis, ſaxeas erexere turres, & deſuper exornata armis hoſtilibus trophæa fixere.* apud Tacit. 2, 18, 4. *Miles* (Germanici) *ſtruxit aggerem, & in modum trophæorum, arma, ſubſcriptis victarum gentium nominibus, impoſuit.* apud Silium 15, 482.

Pyrenes tumulo clipeum cum carmine ſignat,
Haſdrubalis ſpolium, Gradive, Scipio victor.

De trophæis Pompeii etiam Dio lib. 41. pag. 185. Et Plin. 37, 2, 3. *imago quam Pyrenæis montibus impoſuiſti.*

17. *Etiam*] Ita v. e. & codd. quidam ſcripti Vineti. ut & Pall. alii editi, *eum.*

Pompilio] Diodoro, lib. 32. eſt *Σκηπίων*. Forte leg. *Κηπίων*, & apud Florum, *Servilio*, pro *Pompilio.*

Violata victoria] Infra, 2, 20. appellat: *violare arma Romana.*

FREINS.

dus, fractum ducem, & extrema deditionis agitantem, per fraudem, & inſidias, & domeſticos percuſſores aggreſſus, hanc hoſti gloriam dedit, ut videretur aliter vinci non potuiſſe.

FREINSHEMII.

Domeſticos percuſſores] Amicos Viriati, quos pro pace conſequenda miſerat. vide Appian. pag. 296. m. quod item Metellus imitatus eſt, apud Salluſt. Jug. 46, 4, & 61, 3. Vergentibus jam populi Romani moribus. Prius enim minime Romana ars putabatur, fraus ac dolus. Hinc cum Q. Marcius gloriaretur decepto per inducias & ſpem pacis Perſe, *veteres, & moris antiqui memores, negabant, ſe in ea legatione Romanas agnoſcere artes*. Livius 1, 53, 4, & 42, 47, 5. Quamvis ne hoc quidem Servilii factum probatum, præter ceteros etiam Val. Max. 9, 6, 4. indicet. quæ notavimus ſupra 1, 18, 21. f. Inſidias hujuſmodi *degeneres* vocat Tacitus 11, 19, 4.

Hanc hoſti gloriam dedit, ut videretur aliter vinci non potuiſſe] Plutarchus, de Sertorio, ſimili fraude cæſo, in Eumene, c. 37: *Neque vero Sertorii vitam dehoneſtavit exitus, cui quæſitum eſt ab ſociis, quod hoſtium inferre potuiſſet nullus*. Quo Lucianus reſpexerit, cum in Jove Tragœdo dixit, *adverſarium ante pugnam ſublatum, invictum mori*.

CAP. XVIII.

Bellum Numantinum.

NUmantia, quantum Carthaginis, Capuæ, Corinthi, opibus inferior, ita virtutis nomine & honore par omnibus, ſummumque, ſi viros æſtimes, Hiſpaniæ decus. 1
quippe quæ ſine muro, ſine turribus, modice edi- 2

FREINSHEMII.

BEllum Numantinum ſcribunt Epit. Liv. 57, & ſeqq. Auctor de vir. illuſtr. cap. 58, & 59: Valer. Max. 2, 7, 1: 3, 2, 7, ext. 7, 6, 2. ext. Auguſt. Civit. 3, 21: Eutrop. 4, 3: Oroſ. 5, 6. *Camers*. Adde Strabon. lib. 3. pag. 122: Vellei. 2, 4, 3: Appian. in Hiſpanicis: Frontin. 4, 1, 1: Plut. Mario, cap. 3: Vegetium, 3, 10: Diodorum, in Excerpt. Valeſ. pag. 381.

2. *Sine muro*] *Nec enim eſt magnus murorum uſus urbibus cum viris vincendi gnaris*. Plut. Symp. 2, 5. Sic ad hoc quoque caput pertineat, quod Strabo, lib. 3. pag. 106. ait: *Quoſdam eorum qui ad Durium amnem accolunt, Laconica uti vitæ ratione*. Nam Sparta ſine muris, ad Antigonum uſque, ſi credimus Juſtino, 14, 5, 6.

edito in tumulo apud flumen Durium ſita; quatuor millibus Celtiberorum quadraginta millium exercitum per annos quatuordecim ſola ſuſtinuit: nec ſuſtinuit modo, ſed ſævius aliquanto perculit, pudendiſque fœderibus affecit. Noviſſime quum invictam eſſe conſtaret, opus quoque eo fuit, qui Carthagi-
3 nem everterat. Non temere, ſi fateri licet, ullius cauſa belli injuſtior. Segidenſes, ſocios, & conſanguineos, Romanorum manibus elap-
4 ſos exceperant. habita pro eis deprecatio nihil valuit. quum ſe ab omni bellorum contagione removerent, in legitimi fœderis pretium juſſi *arma deponere*. hoc ſic a barbaris acceptum, quaſi manus abſcinderentur. Itaque ſtatim, Me-

SALMASII.

3. *Sedigenſes ſocios*] Omnino verum eſt, *Segidenſes*: quod cum alii jam vidiſſent, mirum eos retinuiſſe. tres ſcripti Codices, *Segidenſes* ſcribunt.

FREINSHEMII.

Apud flumen Durium ſita] Sic quidem recenter editi, aut *ſituata*. at noſter antiquus tantum habet, *apud flumen ſublata*. & vere: Mſſ. Vineti aberat etiam vox *Durium*, eratque in pleriſque, *apud flumen ſilata*. Pal. ſec. præfert, *apud flumen Sytata*: tert. *apud flumen ſituata*. Gruterus. Sueyro, in verſione Velleii: *La Numancia ciudad pueſta ſegun Morales en el fin ſeptentrional de les Celtiberas, en los pueblos llamados Arenacos, poco mas de una legua mas arriba, de donde ahora eſta la ciudad de Soria, a la pouente que llaman de Guaray, lunte el zio Duero.*

Quatuor millibus, &c.] Variat Strabo dicto libro.

3. *Si fateri licet*] Apud aures inſuetas audire vera. Simili præfatione utitur infra, 3, 7, 1.

Segulenſes ſocios, &c.] Sic Pall. tres. nam nunc iterum in ſcenam redit ille Nazarianus. *Gruterus*. Hoc autem ipſum cum, Thebis dirutis, Athenienſes feciſſent, *ita graviter tulit Alexander, ut ſecunda legatione bellum deprecantibus, ita demum remiſerit, ut oratores & duces, quorum fiducia toties rebellent, ſibi dedantur*. Juſtin. 11, 4, 10. ut ita non adeo injuſta belli cauſſa videatur, receptatores hoſtium invadere.

4. *Hoc ſic a barbaris acceptum*, &c.] De Hiſpanis in genere Juſtinus, 44, 2, 5: *plurimis militares equi & arma ſanguine ipſorum cariora*. ubi notam Bernecceri vide: & quæ notamus ſupra, 1, 10, 2: & 2, 3, 5. Item Dionyſ. apud Valeſ. 529: & ſuppl. Curt. 1. 13, 6.

SAL-

Digitized by Google

Megara viro fortiſſimo duce, ad arma conver-
ſi, Pompeium prælio aggreſſi. Fœdus tamen
maluerunt, quum debellare potuiſſent. Ho-
ſtilium deinde Mancinum. hunc quoque aſſi- 5
duis cædibus ita ſubegerunt, ut ne oculos qui-
dem aut vocem Numantini viri quiſquam ſu-
ſtineret. Tamen cum hoc quoque fœdus ma- 6
luere, contenti armorum manubiis, quum ad
internecionem ſævire potuiſſent. Sed non mi- 7
nus Numantini, quam Caudini illius fœderis
flagrans ignominia ac pudore populus Roma-
nus, dedecus quidem præſentis flagitii dedi-
tione Mancini expiavit: ceterum duce Sci- 8
pione, Carthaginis incendiis ad excidia ur-
bium imbuto, tandem etiam in ultionem ex-
canduit. Sed tunc acrius in caſtris, quamquam 9
in

SALMASII.

4. *Megara viro fortiſſimo duce*] Illud *viro* mihi ſuſpectum eſt; nec temere ſatis fuiſſet dicere, *Megara fortiſſimo duce*. Hoc leve tamen argumentum. illud fortius, quod omnes libri *victo*, non *viro*, ſcribunt. an legendum, *Megara invicto & fortiſſimo duce*? an potius *Megaravicto*, aut *Megaraviſto*, ut *Megaraviſtus* ſit nomen proprium illius ducis? Quibus otium eſt, verum quærere non omittent, nos ad ſequentia pergimus.

FREINSHEMII.

5. *Ne oculos quidem*] Scio quidem, a viris doctiſſimis exponi hæc de ardore vultus & oculorum, de quo ſupra, 1, 16, 12. quædam notavimus. ſed hoc loco videntur ſimplicius intelligenda, ut dicat auctor, non auſos appropinquare Numantinis.

6. *Ad internecionem*] Epit. Liv. 55, 5. *quum ſpes nulla ſervandi exercitus eſſet*.

7. *Deditione Mancini*] Adde Vellei. 2, 90, 5: & quæ notamus ſupra, 1, 16, 12.

VARIORUM.

4. *Megara viro*] Videtur reſtituendum, *Megaravicto*. nam ſic ſane Pall. tres. niſi quod fere duabus vocibus exararint, *Megari victo*. Gruterus.

8. *Carthaginis incendiis ad excidia urbium imbuto*] Nimirum, *Iter eſt, quacunque dat prior veſtigium*: ut loquitur P. Syrus: & vere Paterculus, 2, 3, 5: *Non ibi conſiſtunt exempla, unde cœperunt: ſed quamlibet in tenuem recepta tramitem, latiſſime evagandi ſibi viam faciunt*. de qua re luculentiora promſimus, ad Tacit. 13, 16, 5. *Gruterus*.

FREINS-

Digitized by Google

10 in campo, noſtro cum milite, quam cum Numantino, præliandum fuit. Quippe aſſiduis & injuſtis & ſervilibus maxime operibus attriti, ferre plenius vallum, qui arma neſcirent; luto inquinari, qui ſanguine nollent, jubebantur. Ad hoc ſcorta, calones, ſarcinæ niſi ad
11 uſum neceſſariæ, amputantur. *Tanti eſſe exercitum, quanti imperatorem*, vere proditum eſt. Sic redacto in diſciplinam milite, commiſſa acies: quodque nemo viſurum ſe unquam ſperaverat, factum eſt, ut fugientes Nu-
12 mantinos quiſquam videret. Dedere etiam ſeſe volebant, ſi toleranda viris imperarentur. Sed quum Scipio veram vellet & ſine exceptione victoriam, eo neceſſitatum compulſi, primum, ut deſtinata morte in prælium ruerent,

FREINSHEMII.

10. Diſciplina militaris quibus artibus revocari poſſit, hoc ipſo, aliorumque ducum exemplis, docent, Veget. 3, 11: Frontin. 4, 1: Val. Max. 2, 7.

Servilibus maxime operibus] Imitatus hoc eſt Sylla. Vide Plutarch. in vita.

Scorta] Polyb. apud Valeſ. 206. Ὅτι Σκιπίων, ἑταίρας καὶ θύτας καὶ μάντεις ἐξήλαυνε τοῦ στρατοπέδου.

11. *TANTI eſſe exercitum*, &c.] Hinc Livius, 2, 39, 1. *rem Romanam, ducibus quam exercitu, fortiorem*. & 5, 28, 5. *multitudinem ſemper ferme regenti eſſe ſimilem*. Antigonus Gonatas, ſine literarum ad Zenonem, quæ apud Laërtium leguntur: *qualis princeps fuerit, tales quoque illos, qui ejus imperio parent, plerunque evadere veriſimile eſt*. Claudian. in Eutrop. 2. 415:

Cum duce mutatæ vires ——

& ita plane Livius, 5, 19, 3: Vide omnino Grut. ad Tacit. diſcurſum ſextum, & decimum. Adde ſupra, 2, 17, 13: Plutarch. Lucullo, cap. 30: Senec. ep. 104, 40: Juſtin. 4, 4, 7: & 6, 8, 2: Tac. H. 2, 68: H. 2, 73, 2: Claudian. de laud. Stilic. 1, 168: Salluſt. Jug. 32: Eccleſiaſt. 10, 2: Proverb. 29, 12.

Primum] Ea vox non ab auctore; nec ulli rei videtur eſſe.

VARIORUM.

12. *Veram & ſine exceptione victoriam*] Sic legati fatentur; *Jugurtham ſine ulla pactione, ſeſe regnumque ſuum in illius fidem tradere*. Salluſt. Jug. 62, 4. de qua deditionis ſpecie abunde diximus ad Livium, 42, 8. *Gruterus*.

SAL-

Digitized by Google

rent, quum ſeſe prius epulis, quaſi inferiis, impleviſſent, carnis ſemicrudæ, & celiæ: ſic vocant indigenam ex frumento potionem. In- 13
tellectum ab Imperatore conſilium: itaque non eſt permiſſa pugna morituris. Quum foſ-
ſa

SALMASII.

12. *Sic vocant indigenæ ex frumento potionem*] Hoc ſequor: ſed habetur in libris optimis: *Sic vocant indigenam ex frumento potionem*. Indigenam potionem, ἐπιχώριον πόμα, & fortean ita ſcripſerit Florus. quod temere non affirmarim.

FREINSHEMII.

12. *Epulis, quaſi inferiis*] Paſſim animadvertas hunc morem apud noſtrum, 4, 2, 69: 4, 12, 50: & Tacit. 2, 31: Appian. 1. Civil. pag. 379: Oroſ. 5, 18: & alios. rationem reddit Salomon ille ſapientiſſimus, proverb. 31, 6: & Livius, 26, 14, 5: *Ut alienentur mentes ab imminentis ſenſu mali.* Hodie Turcis in prælium profecturis familiare eſt, ex albo papavere confecti opii eſu munire pectus adverſus incerta eventuum, quod *Maſlac* vocant, referente Bauhino, in Pinace ſuo Medico. Adde Caſaub. ad Baronium, 16, 80.

Celiæ] Cereviſiæ, ut fere vocatur, genus. Vide late de hac re Hadrianum Junium, animadverſionum 2, 12: & Lindenbrogium, ad Ammian. 26, 22. Quibus adde lepidum epigramma Juliani, ab Eraſmo verſum hoc modo:

Bacche quis? unde venis? verum tibi dejero Bacchum,
Te haud novi, tantum eſt cognitus ille Jovis.
Is nectar redolet, hircum tu: dic, age, num te
E ſpicis finxit Gallia vitis inops.
Non igitur Bacchum te dixero, ſed Cerealem,
Et frumentigenam, nec Bromium, imo Bromum.

Item Plinium, 14, 22. in fine.

12. *Ex frumento*] Tac. in Germ. 23, 1. *potui humor, ex hordeo & frumento, in quandam ſimilitudinem vini corruptus.*

13. *Non eſt permiſſa pugna morituris*] Prudenter; cum deſperatis enim pugnare, nihilo ſanioris ſit. quapropter id ſedulo caverunt maximi duces. Ageſilaus pugnare ob hanc cauſam noluit, cum Meſſeniis, apud Polyæn. lib. 2. Frontin. 2, 1, 10. & cum Thebanis, apud Diodor. 15, 33. Emperamus Spartanus cum Meſſeniis, apud Pauſan. Meſſen. pag. 257. Pelopidas cum Phocenſibus apud eundem Polyænum dicto libro. Omneſque ii quos recenſet Frontinus 2, 6. quibus adde Aribæum apud Polyæn. lib. 7. Syracuſanos apud Thucyd. 7, 15, 10. Locris certe a Crotoniatis pugnare coactis, *non alia cauſa victoriæ fuit, quam quod deſperaverunt.* Juſtin. 20, 3, 6. Marius *forti deſperatione viam ſpei fecit.* Oroſ. 5. 15. Adde infra 3, 3, 8. Adde Tac. H. 3, 60, 5. Latron. declam. in Catilin. 3, 8. Tac. 12, 31, 8. Juſtin. 1, 6, 12. Cronic. del Peru 2, 213. Xenoph. pag. 643. ubi Epaminondam Spartæ imminentem a paucis oppidanis pulſum refert; addens: ὡς τοὺς ἀπονενοημένους οὐδεὶς ἂν ὑποσταίη. Inſigne rei hujus exemplum apud Fulgoſ. 6, 11. de Gandavenſibus. Ii enim a Ludovico Flandriæ Comite obſidio preſſi, cum dedere ſe vel-

ſa atque lorica, quatuorque caſtris circumda-
tos fames premeret; ab duce orantes prælium,
ut tanquam viros occideret, ubi non impe-
14 trabant, placuit eruptio. ſic conſerta manu
plurimi occiſi: & quum urgeret fames, ali-
quantiſper inde vixere. Noviſſime conſilium
fugæ ſedit: ſed hoc quoque, ruptis equorum
cingulis, uxores ademere, ſummo ſcelere,
15 per amorem. Itaque deplorato exitu, in ul-
ti-

vellent, ſi toleranda viris imperarentur: ille autem, pedibus nudis, abjectis exterioribus indumentis, aperto capite, fune in collum accepto, veniam petere juberet: indignitate rei ad deſperationem acti, cum quinque millibus eruptione facta, hoſtilem exercitum 30000. ceciderunt.

SALMASII.

13. *Ab duce orantes prælium*] Scripta lectio, *orante*. Lege, *orant.* ſequitur enim in iiſdem ſcriptis, *& ubi hoc non impetrabant.* quod magis placet.

15. *Itaque etiam deplorato exitu*] Illud *etiam* non agnoſcit optimus librorum Nazarianus. & iſto auctore expungere debes. adde, ſi vis, & veterem editionem, quæ cum Nazariano convenit, ut ita pluribus auctoribus expungas.

FREINSHEMII.

Lorica] Adde infra, 3, 10, 25. Plura in Indice.

Fames] Vide ſupra, 1, 10, 2; & infra, 3, 22, 9.

Tanquam viros] Nam ille alter pereundi modus, viliſſimos fortiſſimoſque non diſtinguit. Senſerunt hoc Alexandri milites cum *quererentur clariſſimum regem non in acie ſaltem, non ab hoſte dejectum, ſed abluentem aqua corpus ereptum eſſe.* Curt. 3, 5, 5. Non pigebit ſubjicere verba Heinſii quem literarum hac tempeſtate principes inter, conſenſus doctorum numerat, ea ſunt autem in laudatione funebri Principis Mauritii, de obſidione Bredana. *hoſti nova hæc obſidionis ratio placere cæpit, qua de fame ac egeſtate militis, non de virtute, triumphatur, qui nihil gravius indigniuſque tulit, quam quod præliis ab hoſte intercluſus, ad ignaviam redigeretur, expugnatus antequam oppugnaretur.*

14. *Inde*] Hoc eſt, ex cadaveribus occiſorum. meminit Val. Max. 7, 6, 2. ext.: *capta jam urbe compiures inventos, artus & membra trucidatorum corporum ſinu ſuo geſtantes.* Idem Petronius, fine Satyrici. utrobique ſimilia invenies exempla. quibus accenſeas & illud Perſarum ſub Cambyſe, apud Senecam de ira, 3, 20. Adde quod ex Olympiodoro narrat Photius, biblioth. cod. 80: *Dum Vandali Hiſpanias vaſtarent, qui in muratas ſe urbes Romani receperant, eo inedia adacti ſunt, ut invicem ſe laniando edere cogerentur. Ibi mulier una, quatuor liberorum mater, omnes devoravit.* Nota ſunt quæ acciderunt Hieroſolymorum obſidio. Adde Reg. 4, 6, 15: & Tac. Agric. 28, 3. de Uſipiis.

FREINS-

Digitized by Google

timam rabiem furoremque converſi, poſtre-
mo mori hoc genere deſtinarunt. Duces ſuos,
ſeque, patriamque, ferro & veneno, ſubje-
ctoque undique igne peremerunt. Macte for- 16
tiſſimam, &, meo judicio, beatiſſimam in ip-
ſis malis civitatem! aſſeruit cum fide ſocios,
populum orbis terrarum viribus fultum ſua
manu, ætate tam longa, ſuſtinuit. Noviſſi-
me maximo duce oppreſſa civitas, nullum de
ſe gaudium hoſti reliquit. Unus enim vir Nu- 17
man-

FREINSHEMII.

15. *Hoc genere*] Theogenem quendam hujus facinoris auctorem facit Val. Max. 3, 2, 7. ext. Vide & Senec. de ira, 1, 11. Simili ratione, vel furore potius, a victorum poteſtate ſe ſuaque vindicarunt, *Abydeni*, apud Polyb. 16, 16: *Aſtapenſes*, Liv. 28, 22: *Axiothea* Nicoclis, apud Polyæn. lib. 8: *Butes* Perſa, Plut. Cimone, cap. 13; quem *Borgen* vocat Polyæn. lib. 7: *Cantabri*, infra, 4, 12, 50: *Cappadoces*, Juſtin. 13, 6, 2: *Carthaginienſes*, Florus, 2, 15, 17: Val. Max. 3, 2, 8. ext.: *Cimbricæ* feminæ, infra, 3, 3, 29: *Gallica quædam gens*, Oroſ. 5, 14: Adonis Chronic. ſub anno 4690: *Iſaurenſes*, Diodor. 18, 22: *Iſtri*. Livius, 41, 11: *Judæi*, Joſeph. de bell. Jud. 6, 28: & 7, 18: *Magdeburgenſes*, ſi vera eſt quorundam narratio, nuper: *Marmarenſes*, Diodor. 17, 25: *Metulii*, Appian. Illyrico: *Saguntini*, ſupra, 2, 6, 4: *Scapula*, Hirtius de B. H. cap. 33: *Sidonii*, Diodor. 16, 45: *Sobii*, Curt. 9, 4, 6: *Taochori*, Xenophon, de exped. Cyri, lib. 4: *Thalenſes*, Salluſt. Jug. 76, 6: *Theoxena*, Liv. 40, 4: *Turci*, in expugnatione Naupacti, Jovi. Hiſt. lib. 31: *Vaccæi*, Liv. epit. 53: *Xanthii*, Plut. Bruto, cap. 74. Quibus adſcribam quæ in citato opere de nautis Belgicis, ab hoſtibus oppreſſis, prædicat Heinſius: *navibus accenſis, pulvere icti, & cum hoſte in aerem eliſi, quia non vincuntur, ex opinione ſua vincunt.*

16. *Macte fortiſſimam*, &c.] Ita quidem edendum curavi; ſi cui minus placeat, non impedio quin reſcribat antiquam lectionem, quam in variis inveniet. *macte fortiſſimam civitatem*, videtur dixiſſe, ſicut dicitur, *bene me, bene te, bene nos*, &c. apud Plautum: ſic Tibull. lib. 2:

Sed bene Meſſallam ſua quiſque
ad pocula dicat.

hinc *benedicere aliquem*. nam illud, *aſſeruit*, ad ſequentia pertinet, *cum fide ſocios. aſſeruit ſocios cum fide*, h. e. *fideliter, bona fide*. ita loquuntur auctores. ſicut *cum ſummo ſtudio*, Salluſt. Cat. 51, 33. *cum cura*, Livius, 3, 4, 4. *cum bona fide & gratia*. qualia loca multa notavi in Indice Taciti. Ceterum, hunc μακαρισμὸν Florus, non ut Rom., ſed ut Hiſpanus, aut Hiſpanienſis, addidit.

17. *Unus enim vir*, &c.] Diſſentit Strabo, lib. 3: & Appianus, pag. 311: ſed a noſtro ſtat Veget. 3, 10. ubi

mantinus non fuit, qui in catenis duceretur. Præda, ut de pauperibus, nulla: arma ipſi cremaverant. Triumphus fuit tantum de nomine.

ubi vulgatum alteri præfero, nec enim tam abſurdus inde enaſcitur ſenſus, ut videbatur viro docto; ſed germanus omnino & probus: *Scipio*, ait, *Africanus ſub aliis imperatoribus Hiſpanienſes exercitus frequenter victos accepit: hos diſciplinæ regula cuſtodita, &c. cum ipſis denique Numantinos capta civitate ſic concremavit* (alii, *ſuperavit*) *ut nullus evaderet. cum ipſis*, ſubaudi *exercitibus*. Sic Tac. 1, 25, 5. *præcipuam ipſi fortiſſimarum legionum curam, quibuſcum tot bella toleravisſet*. De triumpho Scipionis Plin. 33, 11.

Cap. XIX.

1 HActenus populus Romanus pulcer, egregius, pius, ſanctus, atque magnificus: reliqua ſeculi, ut grandia æque, ita vel magis turbida & fœda, creſcentibus cum ipſa ma-

Salmasii.

1. *Reliqua ſecula ut grandia æque*] Grande ſane vitium hujus lectionis; quod minimo tamen labore poteſt tolli. An ab hoc tempore tot ſecula fluxerunt uſque ad Cæſaris & Pompeii furores civiles? Vix profecto triginta anni, plus aut minus, interjacent, ab hac Numantiæ everſione uſque ad illa bella civilia. Scribendum itaque: *Reliqua ſeculi, ut grandia æque, ita vel magis turbida & fœda*.

Freinshemii.

QUæ hoc capite continentur, patent ex ante habitis, & poſt habendis capitibus. Unde Romam vitia irrepſerunt, docet Auguſt. Civit. 2, 21: & 3. 21: ſic ad idem: *Tunc primum*, inquit, *per Cn. Manlium Procoſ. de Gallogræcis triumphantem, Aſiatica luxuria Romam omni hoſte pejor irrepſit. Tunc enim primum lecti ærati, & pretioſa ſtragula viſa perhibentur: tunc inducta in convivia pſaltria, & alia licentioſa nequitia.* Plura Livius, 39, 6: Plinius, 33, 11: Notanter Juſtinus, 36, 4, 12: (ubi Berneccerus.) Lege Juvenalem, Sat. 3, 58, &c. & 6, 298, &c. *Camers*. Confer cum hoc capite infra, 3, 12.

1. *Creſcentibus cum ipſa magnitudine imperii vitiis*] Ea mente Tacit. H. 2. 38. 1: *Vetus ac jam pridem inſita mortalibus potentiæ cupido, cum* imperii magnitudine adolevit, &c. Adde infra, 3, 12, 11.

Variorum.

1. *SÆculi.*] Sic Pall. o. hactenus editi, *ſæcula*: nihilo forte pejus, niſi obſiſterent tot membranæ. *Gruterus*.

Sal-

Digitized by Google

magnitudine imperii vitiis: adeo ut ſi quis 2
hanc tertiam ejus ætatem tranſmarinam, quam ducentorum annorum fecimus, dividat; centum hos priores, quibus Africam, Macedoniam, Siciliam, Hiſpaniam domuit, *aureos* (ſicut Poëtæ canunt) jure meritoque fateatur:
centum ſequentes *ferreos* plane & cruentos, 3
& ſi quid immanius: quippe qui Jugurthinis, Cimbricis, Mithridaticis, Parthicis bellis, Gallicis atque Germanicis, quibus cœlum ipſum gloria aſcendit Gracchanas, Druſianaſque cædes, ad hoc Servilia bella miſcuerunt: &, ne quid turpitudini deſit, Gladiatoria.
Denique in ſe ipſe converſus Marianis, atque 4
Syllanis, noviſſime Pompeii, & Cæſaris manibus, quaſi per rabiem, & furorem, & nefas, ſemet ipſe laceravit. Quæ etſi juncta in- 5
ter

SALMASII.

5. *Quæ etſi involuta inter ſe*] Quis hujus lectionis auctor fuerit, ignoro. Nam prima editio & libri calamo exarati habent, *quæ etſi juncta inter ſe ſunt omnia, atque confuſa*. Atque ita reponendum cenſeo.

FREINSHEMII.

2. *Quam ducentorum annorum fecimus*] Supra Prologo num. 8. unde magis apparet, ipſius auctoris eſſe lectionem, quam ibi repoſuimus.

4. *In ſe ipſe converſus*] Juſtin. 44, 2, 2. de Hiſpanis: *Si extraneus deeſt, domi hoſtem quærunt*. Ubi vid. not. Bernec.

Et nefas] Non diſplicet ſententia Acidalii, qui, ad Vellei. 2, 51, 1. *hei nefas* reſcribendum arbitratur. quamvis etiam abjici poſſit iſtud *&*, ut legatur, (*nefas!*) ſicut infra, 2, 20, 7: & 4, 2, 14: & alibi.

Semet ipſe laceravit] More furentium ſuos ipſe artus & ſua membra cædens, quod de Macedonibus dixit Juſtinus, 13, 6, 17: Quomodo Sidonius, Carm. 5, 511:

—— *Pharſalica Cæſar*
Arva petens, ſubitas ferro compeſcuit iras.
Sed ſua membra ſecans. ——

VARIORUM.

Aureos] De aurea ætate, & aliis, & cur ſic dicta, notavi multa, primo in Ruffinum, in annotationibus Claudiani. *Camers.*

FREINS.

ter ſe ſunt omnia atque confuſa; tamen quo melius appareant, ſimul & ne ſcelera virtutibus obſtrepant, ſeparatim proferentur:
6 priuſque, ut cœpimus, juſta illa & pia cum exteris gentibus bella memorabimus, ut magnitudo creſcentis in dies imperii appareat. tum ad illa civium ſcelera, turpeſque, & impias pugnas revertemur.

FREINSHEMII.

5. *Quo melius appareant*, &c.] Recte, nec ſine exemplis optimorum ſcriptorum. Vide Curt. 5, 1, 1, & 2: Tac. 12, 40, 11: & 13, 9, 7: Vellei. 1, 14, 1. Sic Appianus bellum Viriaticum ſeorſim congerit, &, ſi quid eodem tempore in Hiſpania geſtum eſt, in alium locum rejicit. Adde infra, 3, 12, 14: & Suetonium, Auguſto, 9, 1. Eodem conſilio Ovid. Faſt. 1, 61:

Hæc mihi dicta ſemel, totis hærentia faſtis,
Ne ſeriem rerum ſcindere tegan erunt.

Aliter tamen Siſenna, apud Nonium, verbo *Saltuatim.*

CAP. XX.

Bellum Aſiaticum.

1 VIcta ad occaſum Hiſpania, populus Romanus ad Orientem pacem agebat; nec pa-

SALMASII.

1. V*Icta ad occaſum*] Alter Palatinus ab hoc capite exorditur librum tertium hujus operis: alii libri tantum a ſequenti, ut hactenus omnes editi.

FREINSHEMII.

VEtus e. orditur hinc librum tertium: neque aliter Pal. tert. non male, (immo optime) retinui tamen vulgatam diſtinctionem, ob hujus ſuperioriſque ſæculi viros, qui in ſcriptis ſuis capitum numerum alterum produ cunt allegantque: tanto quidem magis, quod caput iſtud ſuperioribus adnectant Pal, pr. ac ſec. *Gruterus*. Quæ hic de Attali regis teſtamento dicuntur, habentur a Plinio 33, 11. Val. Max. 5, 2, 3. ext. Epit. Liv. (58, &) 59. Juſtin. 36, 4, 5. Strab. lib. (13. pag. 429. &) lib. 14. pag. 444. Euſeb. lib. temp. Auguſt. Civit. 13, 11. Appian. Mithridat. Eutrop. 4, 3. Oroſ. 5, 8. Advertendum, Aſiam bello captam, Attalo regi muneris loco poſſidendam pop. Rom. tribuiſſe & e Lege Valer. Max. 4, 8, 4. Attalus enim contra Philippum Maced. regem, & contra Antiochum pro Rom. pugnaverat. Acron. Carm. 2, 18, 5. vult ex Horatii ſententia, Romanos non jure factos Attali heredes. *Camers*. Adde Vellei, 2, 4. & Sext. Ruffum.

SAL-

pacem modo, ſed inuſitata & incognita quadam felicitate, relictæ regiis hereditatibus opes, & tota inſimul regna veniebant. Attalus rex Pergamenorum, regis Eumenis filius, 2
ſocii quondam commilitoniſque noſtri, teſtamentum reliquit: *Populus Romanus bonorum meorum heres eſto*: *in bonis regis hæc fuerunt*. Adita igitur hereditate, provinciam populus 3
Romanus non quidem bello, nec armis; ſed, quod eſt æquius, teſtamenti jure retinebat. Sed hanc, difficile dictu eſt, utrum facilius 4
amiſerit, an recuperaverit. Ariſtonicus regii ſan-

SALMASII.

Et tota inſimul regna] Nazarianus, *inſemel*. & fortaſſe melius, de qua voce in librum primum diximus.

2. *Hæc fuerant*] Melius, *in bonis regis hæc fuerunt*.

VARIORUM.

4. *Amiſerit an recuperaverit*] Sic v. e. nam ſeqq. interſerunt, *amiſerit pop. Rom. an rec.* non neceſſario: cum proxime eædem voces præceſſerint. reſtat tamen ultimum quoque in Pal. pr., ſed non item in ſec. aut tert. *Gruterus*.

FREINSHEMII.

2. *Regis Eumenis filius*] Ita quidem Strabo etiam, & Oroſ. 5, 8: ſed Juſtinus, 36, 4, 1. patruum ei facit Eumenem.

In bonis regis hæc fuerant] Larga quidem & liberali interpretatione Romanorum. nam aliter ſecus videri poſſit; ut privatum tantum inſtrumentum intellexerit Attalus. Regna enim, niſi quæ aliquis acquiſiverit armis, regum ita non eſſe videntur, ut in externos tranſmitti poſſint, abſque conſenſu populi. Eodem tamen modo poſtea Romanis legata dicuntur regna; *Ægypti*, apud Cicer. de L. Agrar. 1, 1: & 2, 16: *Bithyniæ*, Epit. Liv. 93: Vellei. 2, 4, 1: Cicer. de Agrar. 2, 15: Eutrop. 6, 4: Sex. Ruff. *Cappadociæ*, Jordan. de ſucceſſ. regn. cap. 55: *Cyrenarum*, Epit. Liv. 70: Appian. fine Mithrid. Juſtin. 39, 5, 2. Ammianus, extremo libro 22. quod male confundunt, ad dicta Ciceronis loca, cum Alexandrino, interpretes. *Paphlagoniæ*, Jordan. dict. loc. *Thraciæ*, Dio. 47, 4, 9.

4. *Regii ſanguinis*] Quippe filius Eumenis. teſtes Livius, 45, 19, 10: Juſtinus, 36, 4, 6: Eutropius, 4, 25: alii. niſi quod Vellei. 2, 4, 1. *mentitum* ait *regiæ ſtirpis originem*. quo forſan etiam referas hæc Diodor. ex lib. 34. apud Valeſ. Α'ϱιστονίκῳ μὲν ἀντιποιησαμένῳ τῆς μὴ προσηκούσης βασιλείας. Mithridates, apud Salluſt. H. 4, 2, 10. Attali filium facit, ſi quidem vulgatæ lectioni credimus, quam tamen corrigendam putaverim, hoc modo; *Attalum ex rege miſerrimum ſervorum effecere*: *ſimulatoque impio*

ſanguinis ferox juvenis, urbes regibus parere conſuetas partim facile ſollicitat: paucas reſiſtentes, Myndum, Samon, Colophonem vi recepit. Craſſi quoque prætoris cecidit exercitum, ipſumque cepit. ſed ille memor & familiæ, & Romani nominis, cuſtodem ſui barba-

pio teſtamento, filium Eumenis Ariſtonicum, quia patrium regnum petiverat, &c. hactenus enim legebatur, *filium ejus Ariſtonicum.*

SALMASII.

5. *Craſſi quoque prætoris cecidit exercitum, ipſumque cepit*] Nazariani, & veteris editionis lectio: *Craſſi quoque prætoris cæde exercitum ipſumque cepit.* ex qua nihil eliciam; forte tamen, *cædit exercitum.*

FREINSHEMII.

Urbes regibus parere conſuetas, partim facile ſollicitat] Tacitus, H. 4, 17, 8: *ſuetus regibus Oriens.* Mirum autem non eſt, urbes iſtas facile præpoſuiſſe regium dominatum Romano, cum eum etiam libertati poſtea antehabuerint Cappadoces, ut referunt Strabo, lib. 12. pag. 273: & Juſtinus, 38, 2, 8. Nempe verum eſt illud Mithridatis apud Salluſtium, H. 4, 2, 26: *Pauci libertatem, pars magna juſtos dominos volunt.* Plut. Anton. cap. 113, Orientales vocat, *homines ſervire aſſuetos, & regnari quærentes.*

5. *Ipſumque cepit*, &c.] Idem Val. Max. 3, 2, 12: & Frontinus, 4, 5, 16. Strabo, ubi ſupra, occiſum ſcribit fortiter præliantem. Vide & Adonis Chronic. ſub anno 4655.

Familiæ] Non tam adoptivæ, quam agnatæ, Muciæ nimirum, unde *Mucianus* appellatus eſt; ſolebant enim Romani adoptantis quidem adſumere nomen, ſed & ſuæ familiæ retinere, quamvis aliquantum deflexum.' quod & Appianus notavit. de bell. civ. lib. 3. pag. 532. cujus verba ita reddiderim: *Moris enim eſt apud Romanos, ut adoptivi adoptantis nomen adjiciant ſuo. hic autem non adjecit ſuo* (ſed ſolum uſurpavit], *quin ſuum nomen patriſque penitus immutavit, pro Octavio Octavii filio, Cæſar Cæſaris* (Divi) *filius in poſterum appellatus.* ita *Craſſus Mucianus* eſt Craſſus ex familia Mucia, ſicut *Scipio Æmilianus, Fabius Æmilianus, Cotta Meſſallinus, Nero Domitianus, &c.* Hinc Pomponius JCtus in l. 2. §. 40. de O. I. *Lucius Craſſus, frater P. Mucii, qui Mucianus dictus eſt.* Ubi tamen, pro *Lucius*, omnino reſcribendum *Licinius*; cum prænomen ejus non *Lucium*, ſed *Publium*, fuiſſe, inter omnes conſtet. Vide Cicer. Bruto, cap. 26. In Indice quoque, JCtorum Digeſtis præfixo, pro Μουκιάνυς videtur leg. Μυκιάνυς.

VARIORUM.

Myndum, &c.] De his Strabo, ubi ſupra. Plinius, 2, 28. *Camers.*

5. *Craſſi quoque prætoris*] Hujus tria nomina apud Livium, Epit. 59, 2: & Eutrop. 4, 25: *P. Licinius Craſſus.* quartum *Mucianus*, apud Vellei. 2, 4, 2: & A. Gellium, 1, 13. Hunc omnes eſſe putant Craſſum, quem in Chronicis conſulem invenies ſcriptum, anno U. C. DCXXIII. Appellat tamen hic auctor prætorem, & Velleius procoſ., quem Strabo, lib. 14. pag.

445;

barum virgula excæcat: in exitium ſui, quod volebat, ita concitat. Mox a Perperna domi- 6
tus, & captus, & per deditionem in vinculis habitus. Aquilius Aſiatici belli reliquias con- 7
fecit, mixtis (nefas!) veneno fontibus ad deditionem quarundam urbium. Quæ res, ut maturam, ita infamem fecit victoriam: quippe quum contra fas deûm, moreſque majorum, medicaminibus impuris, in id tempus ſacroſancta Romana arma violaſſet. LI-

445: Liviana epit. 59: (Cicero Philipp. 11, 8: Frontin. 4, 5, 16:) Juſtinus, 36, 4, 7: & Oroſius, 5, 10. conſulem. Craſſus ille, qui in Aſiam conſul venerat, fortaſſe inſequenti anno, qui M. Perpernam habuit conſulem, non jam amplius conſul, ſed procoſ., aut prætor, cæſus fuit, ante quam Perperna coſ. in Aſiam perveniſſet, ei in illa provincia ſucceſſurus. Velleius enim quando hunc Craſſum procoſ. cæſum dicit; addit decedentem ex Aſia. *Vinetus*.

SALMASII.

In exitium ſui, quod volebat, ita concitat] Legebam, *ira concitat*. nunc nihil muto. præpoſitio *in* abeſt Nazariano, non male. hoc modo: *exitium ſui, quod volebat, ita concitat*. editum tamen prætulerim.

FREINSHEMII.

6. *Perperna*] Marco prænomine, ut appellavimus. Iſtos autem *Perpennas*, *PERPERNAS*, *R* pro priori *N*, inveniſſe ſcriptos in vetuſtis marmoribus, tradunt antiquarii, & in libris Varronis de lingua Latina Vinetus. Meminit hujus Perpernæ Val. Max. 3, 4, 5: & Tacit. 3, 62, 6. Vide Ὀλυμπιάδων ἀναγραφὴν, Euſebio ſubjunctam.

7. *Mixtis (nefas!) veneno fontibus*] *Cliſthenes Sicyonius ductum aquarum in oppidum Criſeorum ferentem rupit: mox affectos ſiti reſtituit aquam elleboro corruptam, qua uſos profluvio ventris decipiens, cepit.* Frontin. 3, 7, 6. cujus lectionem uno loco tueor, altero ſollicito. *Criſeorum* enim vera ſcriptio eſt; nec opus mutatione, nam eadem urbs *Cirra* & *Criſſa*. Vide Pauſan. in Phocicis pag. 684. Stephanus Criſam vocat. Inde bellum Criſeum in Juſtini Prologo tertio. Sed quod in fine exempli Frontiniani *decipiens* ſcribitur, corruptionis manifeſtum eſt. ſubſtitui forte poſſit, *deficientes*. Quo verbo utitur idem auctor 3, 8, 2. De hoc Cliſthene ſcribit etiam Pauſan. pag. 99, 10. Adde Zwing. theatr. 506. f. 1. Buchanan. Hiſt. Scot. pag. 211. in 8. Galfriol. Hiſt. Brit. 8, 24. Hodie quidam retulerunt tot ſæculis inauditum ſcelus, ut vinum infuſo pharmaco corrumperent: ſed non impune tulerunt. Quod enim Baldus 2. Conſ. 188. hoſtem veneno occidere, non illicitum putat, jam dudum meliorum gentium conſenſus abhorret.

In id tempus ſacroſancta Rom. arma] Hoc eſt, nullis flagitiis conſcelerata. Supra tamen, 2, 17, 17. ipſe tale quid de Cæpione retulit, ubi notata noſtra vide.

LIBER TERTIUS.

Cap. I.

Bellum Jugurthinum.

1 HÆc ad orientem. Sed non ad meridianam plagam eadem quies. Quis ſperaret poſt Carthaginem aliquod in A-
2 frica bellum? Atqui non leviter ſe Numidia concuſſit: & fuit in Jugurtha, quod poſt Anniba-



Jugurtha] *In iſto nummo, a Fauſto Syllæ perp. Dictatoris filio ſignato conſpicitur Jugurthæ imago; ut docet doctiſſimus* Seguinus in Selectis Numiſmatibus. *Sive potius (uti credit* Begerus Syntagmat. Selector. 16. Num.) *ejus gener, Bocchus.*

VARIORUM.

DE bello contra Jugurtham geſto, extat liber integer Salluſtii. Epit. Liv. 62. & ſeqq. Auctor de vir. illuſtr. cap. 62, 67, & 75: Plutarch., Mario, & Sylla, cap. 3: Frontin. 1, 8, 9: 2, 1, 13: Eutrop. 4, 3: Oroſ. 5, 15. Meminit Euſebius libro temporum. *Camers.*

FREINS.

nibalem timeretur. Quippe rex calliddiſſimus populum Romanum armis inclytum, & invictum opibus aggreſſus eſt: & citra ſpem omnium fortuna ceſſit, ut rex fraude præcipuus, fraude caperetur. Hic, avo Maſiniſſa, & Mic- 3
ipſa patre per adoptionem, quum interficere fratres ſtatuiſſet, agitatus regni cupiditate, nec illos magis, quam ſenatum populumque Romanum, quorum in fide & clientela regnum erat, metueret: primum ſcelus mandat
inſidiis: potituſque Hiempſalis capite, quum 4
ſe in Adherbalem convertiſſet, iſque Romam profugiſſet, miſſa per legatos pecunia, traxit in ſententiam ſuam Senatum. Et hæc fuit de
nobis ejus prima victoria. Miſſos deinde, qui 5
regnum inter illum Adherbalemque dividerent, ſimiliter aggreſſus, quum in Scauro ipſos Romani imperii mores expugnaſſet; inchoatum nefas perfecit audacius. Sed diu non

la-

FREINSHEMII.

2. *Rex fraude præcipuus*] Vide infra, num. 10.

3. *Interficere fratres ſtat. agitatus cupidine regni*] Vide quæ notavimus ſupra, 1, 3, 9. Vide Tac. Indicem: *Niſi cupido dominandi quovis affectu flagrantior.*

4. *Iſque Romam profugiſſet*] Claudian. de bell. Gild. 408:

Si mæſtas ſqualore comas, lacrymiſque Senatum
In Numidas pulſus ſolio commovit Adherbal.

Camers. Qui tamen non advertit latens in priori verſu vitium; legendum enim:

Si mæſta ſqualore coma, lacrymiſque, &c.

Habitum enim ſupplicantium exprimit, quo ſenatum moverit. de quo vide Juſtinum, 4, 4, 1: Livium, 27, 36, 4: & quæ notavit ad Juſtin. 36, 4, 2. Berneccerus.

5. *Ipſos Rom. imperii mores*] Quia Scaurus omnium videbatur graviſſimus & abſtinentiſſimus. Simili ferme figura Nicolaus Damaſc. apud Valeſ. pag. 458: συναπόλλυται Κρείσῳ πᾶσα ἀνθρώπων εὐσέβεια.

6. *Diu non latent ſcelera*] Quamquam ſolicite tegantur. Senecam vide, epiſt. 97, 12, &c.

latent ſcelera. Corruptæ nefas legationis eru-
7 pit: placuitque bello perſequi parricidam. Pri-
mus in Numidiam Calpurnius Beſtia Conſul
mittitur: ſed rex peritus, fortius adverſus Ro-
manos aurum eſſe, quam ferrum, pacem e-
8 mit. Cujus flagitii reus quum interveniente
publica fide a ſenatu arceſſeretur, pari auda-
cia & venit, & competitorem imperii Maſi-
niſſæ Maſſivam immiſſo percuſſore confecit.
9 Hæc altera contra regem fuit cauſa bellandi.
Igitur ſequens ultio mandatur Albino. Sed
hujus quoque (pro dedecus!) ita corrupit exer-
citum, ut voluntaria noſtrorum fuga vinceret
Numida, caſtriſque potiretur. addito etiam
turpi fœdere, in pretium ſalutis, quem prius
eme-

Salmasii.

9. *In pretium ſalutis, quod prius emerat*] Nemo facile dixerit, quid ſit *emere pretium ſalutis*. itaque legam, *addito turpi fœdere in pretium ſalutis, quem prius emerat, exercitum dimiſit*. Emerat exercitum Albini Jugurtha, quem corruperat pecunia, ut facili victoria potiretur. Hæc lectio eſt alterius Palatini bonæ notæ. Nazarianus autem habet: *quod prius emerat*: Hoc etiam explicemus licet. Primus Jugurtha ſalutem ſuam pretio redemerat, corrupto Albini exercitu; ne ſcilicet vinceretur a Romanis. poſt illi ipſi Romani, cum voluntariam fugam feciſſent, turpi fœdere in pretium ſalutis ſancito, a Jugurtha dimiſſi ſunt; & ita ſalutem etiam redemerunt, quod prius fecerat Jugurtha. *quod* igitur retinendum cenſemus. *Primus*, an *prius*? *Prius* malo.

Freinshemii.

7. *Peritus*] Reduxi in poſſeſſionem antiquam v. e. lectionem, eo magis, quod & illam inveniſſet in membranis ſuis Vinetus. Vulgabatur antea, *præmonitus*, quod hic non conſiſtit, cum expertus eſſet ipſemet, quid poſſet aurum. notet ergo Criticus, *peritum* etiam poni pro experto, pro eo qui didicit, qui periculum fecit. nam & noſter infra, 3, 5, 18: *rex callidus, Romanæque avaritiæ peritus*. Gruterus. *Se peritum & hoſtium & regionis*, Liv. 25, 18, 9.

9. *Quod prius emerat*] Ita v. e. & Vineti. mihi quidem cum Salmaſio, magis placeret Pal. ſec. lectio, *quem primus emerat*. Ita Val. Max. 9, 6, 4. *emere victoriam*. Tacit. 11, 14, 2. *miſſis corruptoribus hoſtes ad exuendam fidem emercari*. Adde Tac. 12, 45, 6.

emerat, dimiſit exercitum. Eodem tempore 10
in ultionem non tam imperii Romani, quam
pudoris, Metellus aſſurgit: qui callidiſſime
hoſtem nunc precibus, nunc minis, jam ſi-
mulata, jam quaſi vera fuga eludentem arti-
bus ſuis aggreſſus eſt. Agrorum atque vico- 11
rum


Salmasii.

10. *Jam quaſi vera fuga*] *Jamque quaſi vera*, alter Palatinus.

11. *Vicorum populatione non contentus*] Omiſſa negatio in veteribus excuſis, & ſcriptis libris. In Nazarii libro, *populatione contemptus*. forte, *Virorum & vicorum populatione contempta, in ipſa Numidiæ capita impetum fecit.*

Freinshemii.

10. *Eodem tempore*] Puto legendum *Eo demum temp.* h. e. *tum demum*; ſero quidem: at tandem.





Metellus aſſurgit] *De hoc Metello hic nummus exſtat apud* Goltzium in Faſtis.

Freinshemii.

Callidiſſime] Malim *callidiſſimum*; hoc enim & ordini elegantiæque verborum magis convenit, & Floro; quippe qui ita etiam loquitur ſupra, 2, 6. 12, & 16.

Artibus ſuis aggreſſus eſt] Hæc ex Salluſt. Jug. 48, 1. Centenius Penula, apud Livium, 25, 19, 9. petito a patribus milite promiſit, ſe *quibus artibus ad id locorum Romani & duces & exercitus capti forent, iis adverſus inventorem uſurum.* apud eundem, 27, 18, 9. Annibal: *Eadem qua ceperamus arte, Tarentum amiſimus.* Vocula apud Tacit. H. 4, 56, 6: *optimum ratus eſt, mutua diſſimulatione, & iiſdem quibus petebatur, artibus graſſari.* Adde infra, 3, 4, 7.

Variorum.

10. *Jam ſimulata, jam quaſi vera fuga*] Repræſentavi editionem Vineti, quam firmant duo Pall. meliores, ad quam proxime adit v. e. nihil enim demutat, niſi quod, pro *jam quaſi*, præferat, *jamque*: quod & in Pal. tert. reliqui editi, *jam quaſi ſimulata vera fuga*: aut, *jam ſimulata quaſi vera fuga*. Gruterus.

rum populatione non contentus in ipſa Numidiæ capita impetum fecit, & Zamam quidem fruſtra diu voluit; ceterum Thalam, gra-
12 vem armis, theſauroſque regis diripuit. Tunc urbibus exutum regem, & jam finium ſuorum regnique fugitivum, per Mauros, atque
13 Getuliam ſequebatur. Poſtremo Marius, auctis admodum copiis, quum pro obſcuritate generis ſui capite cenſos ſacramento adegiſſet, jam

SALMASII.

Gravem armis theſauroque regis] Nihil eſt, quod hanc lectionem improbemus. ſed nec reſpuenda vetus, *Thalam gravem armis, theſauroſque regis diripuit.* quam libenter prætulerim vulgatæ.

13. *Auctis admodum copiis*] *Auctis inmodum copiis*, germanam Flori ſcripturam eſſe putamus, auctoribus libris. *Inmodum* idem quod *admodum*, quæ eſt Annæana χρῆσις. Sic *in tempus* pro *ad tempus*; de quibus ſupra diximus.

FREINSHEMII.

11. *Populatione non contentus*] V.e. omiſit negativam, *non*; quam neque agnoſcunt Pall. ſed pr. habet *contemptus*, quod heic non male conveniat. *Gruterus*. forte ex Naz. ſcriptura fieri poſſit, *contemptis*, populatione nimirum agrorum, & populatione vicorum.

Theſauroque] Pall. tres, *theſauroſque*, prætulerim prius. *Gruterus*. Quæ autem *Zona* apud Dionem, lib. 48. pag. 423; an & ibi *Zama* ſcribendum? Cujus etiam meminit Vitruv. 8, 4.



Poſtremo Marius] *Imago C. Marii, ex onyche apud* F. Urſinum; *admodum diverſa ab ea, quæ apud* Patinum, ad Suetonii Jul.

FREINSHEMII.

13. *Capite cenſos*] Salluſtius, Jug. 86, 2: Val. Max. 2, 3, 1: Agell. 16, 10. Videtur hac de re loqui

Caſſ.

jam fuſum & ſaucium regem adortus, non facilius tamen vicit, quam ſi integrum & recentem. Hic urbem Herculi conditam Capſam, 14 in media Africa ſitam, anguibus areniſque vallatam, mira quadam felicitate ſuperavit: & ſaxeo inditam monti Mulucham urbem, per Li-

Caſſius Hemina, apud Nonium, in voce *Proletarii. Tunc Marcus præco primum proletarios armavit.* Videtur, inquam, legend. *Tum C. Marius PR. CO.* (hoc eſt, *primum Coſ.* aut *primo conſulatu*) *primum proletarios armavit*, qui autem fuerint proletarii iſti, explicat idem Nonius in *Proletarii cives.* Eo uſque enim proletarii & capite cenſi, quos in unam claſſem congeſſerant, ex inſtituto Servii Tullii, ſicut aliorum onerum & honorum, ita militiæ, expertes erant. Vide Dionyſium, 4,22: & Agell. 16,10.

SALMASII.

13. *Quam integrum & recentem*] Probamus magis veterem, *quam ſi integrum & recentem.* Jam, inquit, fuſum & ſaucium regem adortus, non facilius tamen vicit, quam ſi integrum & recentem: hoc eſt, adortus eſſet. Marcus nunquam vicerat Jugurtham integrum & recentem, ut ex comparatione dici poſſet, tam facile de eo victoriam obtinuiſſe, cum integer & recens eſſet, quam cum ſaucium, & fuſum multoties ab aliis Imperatoribus adortus eſt.

14. *Saxeo inditam monti*] Quidam libri, *editam.* eſſet legendum, *ſaxeo editam monte*: ſed non placet.

VARIORUM.

14. *Mulucham urbem*] Fluvius eſt *Mulucha* apud Salluſtium, Jug. 92, 6: Melam, 1, 5: Plinium, 5, 2: Priſcianum, libro ſexto; qui Straboni, lib. 17. pag. 569. & Ptolemæo dicitur barbare, Μολοχάθ, id eſt, *Molochath. Molochat* etiam urbs apud eundem Ptolemæum, quæ, non ſatis mihi liquet, an ſit hujus auctoris *Mulucha.* Quem autem locum Marius Liguris opera cepiſſe bello Jugurthino, cap. 93. legitur, eum Salluſtius non *Mulucham*, ſed caſtellum appellat, non longe a flumine *Mulucha* in monte ſaxeo ſitum. *Vinetus.*

FREINSHEMII.

Fuſum] Omnino melius dixiſſet, an dixit? *feſſum.* Ita Tacit. frequenter, ut H. 5,16,5: *feſſi bello.* Adde Claudian. de bello Get. verſ. 129.

Non facilius tamen vicit] Supra, 2,15,13: *quomodo maxime mortiferi morſus eſſe ſolent morientium beſtiarum; ſic plus negotii fuit cum ſemiruta a Carthagine, quam cum integra.*

14. *Anguibus areniſque vallatam*] Ita eſt; ſolitudo munimenti locum obtinet, dum hoſtis ejus aſperitatem ſuperare non poſſe præſumitur. Inde Mithridates, apud Juſtin., 3,7,4. *Scythiæ præter arma, virtutemque animi, locorum quoque ſolitudinibus, vel frigoribus, inſtructæ.* Verum de his naturæ propugnaculis alibi plura. *Gruterus.* Operæ pretium eſt addere, quæ ad Juſtini locum notavit Berneccerus. Plinius, Paneg. c. 14. Germaniam veterem *prope infinita vaſtitate interjacentis ſoli* im-

Digitized by Google

Ligurem, aditu arduo inacceſſoque, penetra-
15 vit. Mox non ipſum modo, ſed Bocchum quoque Mauritaniæ regem, jure ſanguinis Numidam vindicantem, apud oppidum Cir-
16 tam graviter cecidit. Qui ubi diffiſus rebus ſuis alienæ cladis acceſſio fieri timet, pretium
17 fœderis atque amicitiæ regem facit. Sic fraudulentiſſimus regum fraude ſoceri ſui in inſidias

muniri dirimique dicit. Herodianus, lib. 2. ſcribit, Imp. Auguſtum muniviſſe imperium, cum aliis rationibus, tum ἐρήμῳ γῇ καὶ δυσβάτῳ, *terra deſerta & ægre pervia*.

15. *Jure ſanguinis*] Etenim & adfinitatis jure obtineri auxilia, jus & fas ſuadet. Juſtin. 11,3,1: *In tranſitu hortatus Theſſalos fuerat, beneficiorumque Philippi patris, maternæque ſuæ cum his ſub Æacidarum gente neceſſitatis admonuerat, cupide hæc Theſſalis audientibus.* Hinc intelligenda illa Suetonii, Julio, 1,1: *Corneliam, Cinnæ IV. Coſ. filiam, duxit uxorem; ex qua illi mox Julia nata eſt. neque, ut repudiaret illam, compelli a dictatore Sulla ullo modo potuit. quare & ſacerdotio, & uxoris dote, & gentilitiis hereditatibus multatus, diverſarum partium habebatur.* Scilicet quia Cæſar adfinis erat Cinnæ, adverſario olim Sullæ, putabatur item alienus futurus ab eodem Sulla. Sed de hoc vinculo neceſſitudinis, uberiora promſimus ad Livium, 24,41. *Gruterus.* Adde ſupra, 1,18,6.

Numidiam] An *Numidam*?

16. *Alienæ cladis acceſſio fieri timet*] Ita prorſus v. e. Pall. o. egregia & clara ſententia. *Gruterus.* Ita plane Minutius Felix, Octavio: *Dum fieri malunt alieni erroris acceſſio, quam ſibi credere.*

17. *Fraudulentiſſimus regum fraude ſoceri ſui in inſidias deductus eſt*] Juſto Dei judicio quandoque evenit, ut vulpes iſtæ ſuis dolis capiantur. Exemplo fit famoſiſſimus ille Pontifex Alexander Borgia, ejuſque dignus tali patre filius. quorum alterum ferunt nunquam dicere ſolitum quæ facturus eſſet: alterum nunquam facere, quæ dixiſſet: utrunque vero in idem illud conſenſiſſe; nemini fidem non dare, nemini datam non fallere. Pater enim veneno, quod in amicorum necem confecerat, extinctus eſt: filius eadem fraude, qua hoſtes conſueverat, a Conſalvo circumventus. Vide Bodin. Rempubl. 5,6. Alia cauſſa Datamis apud Corn. Nepot. qui tamen & ipſe *tam callidus vir extremo tempore captus eſt.*

Soceri ſui] *Generi* ſcribendum eſt, quia Bocchus, cui Jugurthæ filia nupſerat (ut Salluſtius, cap. 80. teſtatur), gener erat Jugurthæ. atque is a Boccho proditus eſt L. Sullæ, tunc Quæſtori Marii conſulis. *Stadius.* Quid ergo? damnabimus auctorem oſcitantiæ tam ſupinæ, aut, ſi qua poſſumus, ſubveniemus? Extat certe in Jugurth. Salluſt. 80,6: *Jugurthæ filia Bocchi nupſerat.* Sed ea verba corruptioni ſatis opportuna ſunt, noſtri auctoris non item. Poteſt ergo legiſſe Florus in Salluſtio, immo

Digitized by Google

dias deductus eſt, & Syllæ in manum traditus: tandemque opertum catenis Jugurtham in triumpho populus Romanus aſpexit. ſed ille 18
quoque, quamvis victus & vinctus, vidit Urbem, quam venalem, & quandoque perituram, ſi habuiſſet emptorem, fruſtra cecinerat. Jam ut venalis fuiſſet, habuit emptorem: &

immo poteſt ita legendum eſſe: *Jugurtha filia Bocchi nupſerat*. præterquam enim quod credibilius eſt, majorem annis inter duos fuiſſe ſocerum, etiam Plut. Mario, cap. 12. expreſſe Bocchum Jugurthæ ſocerum facit. Βόκχος ὁ τῶν ἄνω βαρβάρων βασιλεὺς, ἦν πενθερὸς Ἰουγούρθα. perperam enim interpres ibi; *gener erat Jugurthæ*. πενθερὸν enim Plutarcho ſocerum eſſe, ejuſdem ipſius locus documento eſt, quæſt. Rom. cap. 8. ubi πενθερὸν & γαμβρὸν, ut ſocerum & generum, diſerte opponit. quomodo etiam vertendum erat in vita Catonis Majoris, cap. 39. unde mihi ſuboritur ſuſpicio, alterum etiam ejuſdem Plutarchi locum, Sulla, c. 3. Ὁ δὲ Βόκχος ἐτύγχανε μὲν ἔτι γε πάλαι γαμβρὸν ὄντα μισῶν καὶ φοβούμενος τὸν Ἰουγούρθαν. exponendum eſſe, Bocchus jampridem *generi* Jugurthæ odio &, metu laborabat. Sed interpretes in errorem induxerat Salluſtiani nominis auctoritas.

SALMASII.

17. *Syllæ in manum traditus*] Legitur in optimis Nazarii membranis, *ut vidit urbem*. facile conjicio legendum, *at vidit urbem*, *quamvis vinctus, & victus. at vidit urbem*, *u* pro *a*. quarum invicem literarum crebra mutatio eſt.

18. *Vidit urbem*] Naz. *ut vidit*. facile conjicio legend. *ac vidit*.

Tamen ut venalis fuiſſet] Hæc pro ſpuriis habent viri eruditione præſtantiſſimi. pace licet eorum dicere, aliter cenſeo. ſi mendas ſuſtuleris, quæ totam periodum inquinarunt, hanc γνησίην ἐν τοῖς μάλιστα præſtabo. *Tamen ut venalis fuiſſet*: Nazarii optimus liber, *jam ut venalis fuiſſet*. optime. ſic igitur lege: *jam, ut venalis fuiſſet, habuit emptorem, & quum ille non evaſerit, certum erat, eam non eſſe perituram*. vulgo perperam legebatur, *certum erit*. Hoc ſenſu: Jugurtha venalem & quandoque perituram, ſi emptorem nacta eſſet, Romam prædixerat: ſed fruſtra. etiamſi, inquit, venalis fuiſſet Roma, emptorem habuit, Jugurtham: ſed cum ille emptor victus ſit & captus, certum erat, eam non eſſe perituram (quod fruſtra cecinerat Jugurtha), ſublato emptore de medio.

FREINSHEMII.

18. *Venalem*] Iſtam Jugurthæ vocem annotarunt etiam Salluſt. Jug. 35, 15: Epit. Liv. 46: Oroſ. 5, 15: & Adonis Chron. ſub anno 4690. Non valde abſimiliter Tiberius, apud Tacit. 3, 65, 3: *quoties curia egrederetur, Græcis verbis in hunc modum eloqui ſolitus eſt*; *O homines ad ſervitutem paratos!* Ju-

Digitized by Google

& quum ille non evaſerit, certum erit, eam non eſſe perituram.

Jugurthæ dictum credo in animo fuiſſe Sidonio, cum ſcriberet, epiſt. 7, 5: *rem jamdudum in nundinam mitti auctionemque potuiſſe, ſi, quam paratus invenitur emptor, venditor tam deſperatus inveniretur.*

CAP. II.

Bellum Allobrogicum.

1 SIc ad meridiem populus Romanus. Multo atrocius, & multipliciter, & magis a ſep-
2 tentrione ſævitum. Nihil hac plaga infeſtius.
atrox cœlum , perinde ingenia. Omni igitur
tractu violentus hoſtis, a dextris, atque lævis,
3 & medio Septentrionis, erupit. Prima trans
Al-

SALMASII.

1. ET *multipliciter magis, & a Septentrione, ſævitum*] Particula *&*, leviter trajecta, tu ſcribe, *& multipliciter, & magis a Septentrione, ſævitum.*

2. *Perinde ingenio*] In aliis editionibus erat, *pervicaci ingenio. Perinde* ex prima editione vidit ſummus vir, J. Gruterus, quem honoris cauſa nomino. nondum tamen ex toto menda vacat. emendo, *atrox cælum perinde ingenia*; vel *perinde ingenium.* omnino aut *ingenium,* aut *ingenia,* ſcribendum.

FREINSHEMII.

DE hoc bello Liv. Epit. 61: Oroſ. 5, 13, & 14: Vellei. 2, 10, 3: Strabo, lib. 4. pag. 132. Val. Max. 9, 6, 3: Sueton. Ner. cap. 2. Cæſ. de bell. Gali. 1, 45.

1. *Et multipliciter magis & a ſeptentrione*] Pall. o. *& mult. & magis a ſept.* qui ordo Grutero non placet. Putem ego abjiciendum alterum *&*, ut legatur; *& multipliciter magis*, clara ſententia ex ſeqq. *omni igitur tractu.*

2. *Perinde ingenia*] v. e. *perinde ingenio.* nuperæ enim *pervicaci ingenio.* ſcias non percepiſſe vim vocis *perinde,* quæ item compareat in Pall. o. quorum primus habet etiam a manu ſecunda, *perinde ingenium.* Gruterus. Simile eſt illud Senecæ ad Helviam cap. 6. *hominum ingenia ad ſimilitudinem cæli ſui rigentia.* Tacit. Germ. 29, 4. *Mattiaci ipſo terræ ſuæ ſolo & cælo acrius animantur.* Liv. 5, 33, 12. *Rhætos loca ipſa efferarunt.* Alludit autem Florus ad illud quod ait, Curtius 8, 9, 20. *ubique locorum ſitus ingenia hominum format.* relege notata ſupra 2, 11, 4.

SAL-

Alpes arma noſtra ſenſere Salyi, quum de incurſionibus eorum fidiſſima atque amiciſſima civitas Maſſilia quereretur. Allobroges deinde, & Arverni, quum adverſus eos ſimiles Æduorum querelæ opem & auxilium noſtrum flagitarent. Varus victoriæ teſtis, Iſara & Vindelicus amnes, & impiger fluminum Rhodanus. 4

SALMASII.

4. *Varus victoriæ teſtis*] Cum ſcripti libri, tum veteres excuſi, *Varuſque victoriæ teſtis*. forte, *Varus quoque victoriæ teſtis*. mox lego, *Iſara & Vindelicus amnes*. ex fide librorum.

FREINSHEMII.

3. *De incurſionibus eorum*, &c.] Vicini quippe erant, & præter ſolita inter accolas odia, antiquitus hoſtes. vide Livium, 5, 34, 8. Talibus autem de cauſis Romani pluries bella ſumpſerunt. vide infra, 3, 10, 10, & 14.

Maſſilia] De hac urbe lege exactiſſimum Merulam, Coſmogr. 2, 3, 39.

4. *Arverni*] Corrigendus leviter in hac voce Plinius, 7, 50. *Q. Fabius Maximus Coſ. apud flumen Iſaram prælio commiſſo, adverſus Allobrogum Avernorumque gentes, ad VI. Idus Auguſtas, CXXX. M. perduellium cæſis, febri quartana liberatus eſt in acie*. Scribendum enim eſt *Arvernorum*, ſicut omnibus, & ipſi Plinio, vocantur.

Vindelicus] Hodie *Sorga*; Straboni *Sulgas*. Florus appellavit eum ab urbe propinqua Vindelio, ut Joſephus Scaliger ad Auſonium, Merula in Coſmogr., & Welſerus in rebus Vindelicis, extremo libro primo, docent.

VARIORUM.

3. *Salyi*] Salyi hoc loco, & ſupra, 2, 3, 8. etiam *Salvii*, & *Saluvii*, perperam ſcripti nonnunquam apud Livium & alios, Græcis Σάλυες appellantur. gens Galliæ Narbonenſis, cujus urbes aliquot, quas Strabo, Ptolemæus, aliique memorarunt, adhuc manſerunt, vetus ſuum vocabulum retinentes: atque in iis clariſſimæ, Aquæ Sextiæ, & Arelatæ, non procul Maſſilia. Hi igitur primi Gallorum Tranſalpinorum fuere, qui ſenſerint arma Romana: primuſque Roman. M. Fulvius Flaccus Tranſalpinos Ligures bello domuit, ut habet Epit. Liv. 60. & Salyos Gallos (ſic enim ibi legendum arbitror, *Salyos*, ſive *Salvios*, pro *Falanios*), miſſus in auxilium Maſſilienſibus. De quibus populis triumphaſſe procos. anno U.C. DCXXX. ſcribitur in antiquis marmoribus. *Vinetus*.

Impiger fluminum Rhodanus] Lucanus, 1, 433:

> —— *Qua Rhodanus, raptum velocibus undis*
> *In mare fert Ararim.*

Plin., 3, 4, & 20: Strabo, lib. 4. Cæſar, de bell. Gall. 1, 1, 2, &c. Varro in tribus primis Europæ fluminibus Rhodanum ponit. Gellius, 10, 7. *Camers*.

SAL-

Digitized by Google

5 nus Maximus barbaris terror elephanti fuere, immanitati gentium pares. Nil tam conſpicuum in triumpho, quam rex ipſe Bituitus, diſcoloribus in armis, argenteoque carpento, 6 qualis pugnaverat. Utriuſque victoriæ quod quantumque gaudium fuerit, vel hinc exiſtimari poteſt, quod & Domitius Ænobarbus, & Fabius Maximus, ipſis quibus dimicaverant in locis, ſaxeas erexere turres, & deſuper exornata armis hoſtilibus Tropæa fixere: quum hic

SALMASII.

5. *Rex ipſe Bituitus*] *Biſuiſus*. quod obtinuerat in pleriſque editionibus, ex verbi ſcriptura manavit, *Biſuiſus* pro *Bituitus*. *ſ*, pro *t*, frequens erat in illius optimis membranis, quibus uſi ſumus, ut *poſitus* pro *potitus*. *ulſus* pro *ultus*. & ſimilia. reliqui libri corruptiſſime aut *bis victus*, duabus vocibus, aut *bis viſus*, præferunt. Hic *rex Betultus* dicitur in veteri inſcriptione.

Qualis pugnaverat] Quid, ſi, *argenteo carpento, quali pugnaverat*? Sed nihil mutamus. vetus: *ô qualis pugnaverat!* inepte.

6. *Extruxere turres*] Scripti, *erexere*.

FREINSHEMII.

5. *Elephanti*] Uſus enim elephantis hoc bello Domitius: unde intelligas illa Suetonii, Ner., cap. 2: *Allobrogibus Arverniſque ſuperatis, elephanto per provinciam invectus eſt: turba militum, quaſi inter ſolennia triumphi, perſequente*. Quando autem primum elephantis uſi Romani, notat Liv., 31, 36, 3.

Bituitus] Adonis Chronic. ſub anno 4690, *Biteitum* vocat. exemplaria Floriana varie, ſicut ſuo loco referemus. Vetus Inſcript. apud Gruter. CCXCVIII, 3, *BETULTUM*. Athenæus, 4, 13. m, Βιτυίτον. Vide Scalig. ad Euſeb. pag. 136. Appian. fragment. II. (apud Voſſ. de idol. pag. 1058.) Bitultus. Adde Pigh. Annal. II. 633.

Carpento] Tale pugnæ genus Britannis inprimis familiare fuit. vide quæ dicemus infra, 3, 10, 17.

6. *Ænobarbus*] De quo Suet. Ner. 2, 1.

Saxeas erexere turres] Vide quæ notavimus ſupra, 2, 17, 16. m. Plutarchus autem, quæſt. Rom. 37. *parum laudis adeptos*, ait, *qui primi lapidea aut ænea ſtatuerunt trophæa*. Cui adde locum Diodori, 13. 24.

VARIORUM.

6. *Trophæa*] Ita appellantur ſpolia fixa in ſtipitibus, teſte Nonio: inde etiam monumenta victoriæ erigi cœpta ex marmore ſaxoque, in jugis montium & editioribus locis. eadem cum Floro ſcribit Strabo, lib. 4. pag. 128. erectaque hæc trophæa juxta Cemmenum montem, ad confluentem Iſaræ & Rhodani. *Statius*.

FREINS-

Digitized by Google

hic mos inuſitatus fuerit noſtris. Nunquam enim populus Romanus hoſtibus domitis victoriam ſuam exprobravit.

FREINSHEMII.

Nunquam enim P R. hoſtibus dom. victoriam ſuam exprobravit] Similis & Macedonibus moderatio, Pauſania teſte in Bœoticis, fine libri. Neſcio quid Livius, 8, 30, 10. ſenſerit, cum ſcriberet, Fabium arma Samnitium cremaſſe, metu, *ne ſua gloriæ fructum dictator* (Papirius) *caperet, nomenque ibi ſcriberet.* quod equidem de trophæo intelligendum, erigentium exempla docent. iis enim nomina ſua inſcribere moris erat. quod deinde ſub Cæſaribus factum. Tac. Ann. 2, 22, 1.

CAP. III.

Bellum Cimbricum, Theutonicum, ac Tigurinum.

CImbri, Theutoni, atque Tigurini, ab extremis Galliæ profugi, quum terras eorum inundaſſet Oceanus, novas ſedes toto Orbe quærebant: excluſique Gallia & Hiſpania, quum in Italiam regyrarent, miſere legatos in caſtra

1 (beside "CImbri, Theutoni, atque Tigurini, ab ex-")
2 (beside "be quærebant: excluſique Gallia & Hiſpania,")

SALMASII.

2. QUum in Italiam remigrarent] Eodem modo corruptum hoc verbum, infra, libro quarto, emendamus; nam hic ſimiliter, *regyrarent*, corrigendum: nec *remigarent* placet. vide quæ de hac voce *regyrare* alibi dicemus. cujus ignorantia fecit, ut bis corrupte legeretur in optimo auctore.

FREINSHEMII.

DE bello Cimbrico Epit. Liv. 67, & 68: Plut. Mario, cap. 36, &c. & Parall. cap. 20: Appian. Celtico: Val. Max. 5, 8, 4: Auctor de vir. illuſtr. cap. 67: Plin. 7, 22: 16, 33: 17, 1: 36, 1: Frontin. 1, 3, 6: 1, 5, 3: 2, 2, 8: Eutrop. 5, 1: Oroſ. 5, 16: Euſeb. lib. temp. *Camers.* Lege Vellej. 2, 12: Cæſar. de bell. Gall. 1, 33: & 40. 7, 77: Vegetium, 3..., fin. Val. Max. 6, 9, 14: & præcipue Pontanum, princ. hiſtoricæ Danicæ, qui totam hanc hiſtoriam accuratius & copioſius ex ſcriptoribus probatis congeſſit. De Cimbrorum origine vide Dreſſer. Millen. 1. pag. 85.

1: *Theutoni*] Horum mentionem facit Pytheas, apud Plinium, 37, 2, 21.

Galliæ] *Germaniæ* legendum docet Cluver., German. antiq. 1, 10: 2, 4: & 3, 22. qui hac de re copioſiſſime. *Galliæ* retinet & explicat B. Rhenanus, rer. Germ. lib. 1. pag. 19. f.

2. *Remigarent*] Sic Pall. o. & v. e. Salmaſius malebat, *regirarent*, poſſet etiam legi, *demigrarent*.

SAL-

Digitized by Google

caſtra Silani, inde ad ſenatum; petentes, *ut*
Martius populus aliquid ſibi terræ daret, quaſi
ſtipendium: ceterum, ut vellet, manibus atque
3 *armis ſuis uteretur.* Sed quas daret terras po-
pulus Romanus, agrariis legibus intra ſe di-
micaturus? Repulſi igitur, quod nequive-
4 runt precibus, armis petere conſtituunt. Sed
nec primum quidem impetum barbarorum Si-
lanus, nec ſecundum Manlius, nec tertium
Cæpio ſuſtinere potuerunt. Omnes fugati,
exuti

SALMASII.

4. *Nec ſecundum Manlius*] *Manilius* ſcripti omnes.

FREINSHEMII.

2. *In caſtra Silani*] *Mallium*, ſive *Manlium*, appellat Dionis fragment. apud Valeſ. pag. 633.

3. *Quas daret terras*] Ammianus, 25, 31. obſervat, *nunquam*, *ab urbis ortu* ad Jovianum Imp. uſque, *invenire poſſe*, *annalibus replicatis*, *terrarum partes ullas noſtrarum ab Imp. vel. coſ. hoſti conceſſas*. quem tamen arguit Caſaub. ad Spartiani Hadrianum, cap. 5. Friſios quidem eodem modo terram petentes, quam jam occupaverant, *Nero decedere agris juſſit*. apud Tacit. 13, 54. ubi plura in hanc rem.

3. *Quod nequiverant precibus*] Ita Carthaginienſium milites in urbem mandant; *quod precibus nequeant*, *armis ſe conſecuturos*. Juſtin. 18, 7, 3. ubi notata Berneccero vide. & Tac. 4, 46, 12.

4. *Silanus*] Omittit ergo cladem Carbonianam, quæ prior Silaniana accidit. item Caſſianam, Liv. Epit. 63: Vellei. 2, 12, 2: alii. Tacit. Germ. 37, 8: *Germani*, *Carbone*, *& Caſſio*, *& Scauro Aurelio*, *& Servilio Cæpione*, *M. quoque Manlio*, *fuſis vel captis*, *quinque ſimul conſulares exercitus pop. Rom. abſtulerunt*. Cæſar. etiam, de bell. Gall. 1, 7, & 12. ait: *L. Caſſium Coſ. occiſum*, *exercitumque ejus ab Helvetiis*, & nominatim Tigurinis, *pulſum*, *& ſub jugum miſſum*. Pugnant igitur inter ſe Cæſar, & Tacitus: niſi forte ideo Germanis contribuit Helvetios Tacitus, quod terram Germanam incolerent.

Manlius] In prænomine quoque plurimum variant ſcriptores: Pighius, in Anno U.C. DCXLVIII. Cn. fuiſſe oſtendit, Liv. Epit. 67, 2. *Caium* appellat. Illud certum eſt, ſicut ſupra, 2, 15, 7. monuimus, *Marci* prænomen alienum hic eſſe, quod alterius cujuſdam loci me admonet apud Zoſimum, lib. 2. hiſtor. in pr. ubi ludi ſeculares celebrati dicuntur L. Cenſorino, *M. Manlio* Coſſ. cum tamen conſtet, eo anno, qui fuit U. C. DCIV, L. Marcio Cenſorino collegam fuiſſe *Manium Manilium*. Vide etiam Cæſ. de bell. Gall. 3, 20.

Cæpio] Quantum hoc duce cladis acceptum ſit, vel inde colligi poſſit, quod inter nefaſtos ille dies habitus ſit, ut patet ex Plutarcho, Lucull. cap. 59. Adde Sidonium, Carm. 2, 227.

SAL-

exuti caſtris. Actum erat, niſi Marius illi ſe- 5
culo contigiſſet. Ille quoque non auſus con-
gredi ſtatim; militem tenuit in caſtris, donec
invicta illa rabies & impetus, quem pro virtu-
te barbari habent, conſeneſceret. Receſſere 6
igitur increpantes, & (tanta erat capiendæ
Urbis fiducia) conſulentes, ſi quid ad uxores
ſuas mandarent. Nec ſegnius, quam minati
fuerant, tripertito agmine per Alpes, id eſt,
clauſtra Italiæ, ferebantur. Marius, mira ſta- 7
tim velocitate occupatis compendiis, præve-
nit hoſtem. prioreſque Theutonos ſub ipſis
Alpium radicibus aſſequutus, in loco, quem
aquas Sextias vocant, quo, (fidem numi-
num!)

SALMASII.

5. *Niſi Marius*] *Niſi M. Marius* in altero Palatino.

7. *Qua fide numinum, prælio oppreſſit*] Hic locus & varie vexatus a doctis, & varie ipſos vexavit. me non multum, ſi verum licet dicere, exercuit. optimus liber, *quaſi de numinum prælio*. mendoſiſſime: ſed ne nugas agam, aut fruſtra tempus teram, legendum aio, *quo, fidem numinum! prælio oppreſſit?* *qua* corruptum pro *quo*, ut libro quarto, *qua poſſet aſcendere*. ubi repoſuimus, *quo poſſet aſcendere*. & contra *a* in *o* degeneraverat, ut *ingenio* pro *ingenia*. locum hunc tetigimus, notis in librum primum, in quo ſimile vitium inhæſerat: *fide numinum*, pro *fidem numinum*. itaque vide quæ ibi ſcripſimus.

FREINSHEMII.

5. *Niſi Marius*] Salluſt. fine Jugurthini: *Marius coſ. abſens factus eſt, & ei decreta provincia Gallia, &c. ex ea tempeſtate ſpes atque opes civitatis in illo ſitæ*. Cicero, pro l. Manil. cap. 20.

Non auſus congredi] Vide Plutarch. Mario, cap. 22.

Donec invicta illa rabies, &c.] Prudens conſilium, quod imitaturus erat Pompeius, ſi licuiſſet, infra, 4, 2, 42. Adde ſupra, 2, 6, 82.

Habent] Hoc eſt, non habent veram virtutem, ſed illius loco rabiem iſtam; quod moneo, ne quis *habere* pro putare vel æſtimare capiat, ut fieri video.

6. *Nec ſegnius, quam minati fuerant*] Sic Juſtin. 2, 3, 13. *nec dicta res morata*. Livius, 30, 15, 5. *nec locuta eſt ferocius quam fecit*. Saxo Sialandicus, lib. 4. pag. 55: *Nec animoſius locutum eum, quam præliatum, expertus eſt*.

7. *Aquas Sextias*] Urbem C. Sextio ſitam, bello, quod ſuperiori capite deſcribitur. Epit. Liv. 61: Strabo, lib. 4. pag. 124. f. De hac Sidonius, Carm. 23, 13.

— *Phocida, Sextiaſque Baias*,

V Illa

8 num!) prælio oppreſſit? Vallem fluviumque
medium hoſtes tenebant. noſtris aquarum nul-
la copia. conſultone id egerit imperator, an
errorem in conſilium verterit, dubium. certe
neceſſitate aucta virtus cauſa victoriæ fuit.
9 Nam flagitante aquam exercitu, *Viri*, inquit,
eſtis: en illic habetis. Itaque tanto ardore pu-
gnatum eſt, eaque cædes hoſtium fuit, ut vi-
ctor Romanus de cruento flumine non plus
aquæ biberit, quam ſanguinis Barbarorum.
10 Certe rex ipſe Theutobochus quaternos ſe-
noſque equos tranſilire ſolitus, vix unum,
quum fugeret, aſcendit, proximoque in ſaltu
comprehenſus, inſigne ſpectaculum triumphi
fuit. quippe vir proceritatis eximiæ ſuper tro-
pæa

Illuſtres titulisque præliisque
Urbes, per duo conſulum tropæa:
Nam Martem tulit iſta Julianum,
Et Bruto duce, nauticum furorem:
Aſt hæc, Teutonicas cruenta pugnas,
Erectum & Marium, cadente Cimbro.

SALMASII.

10 *Theutobochus*] Sine aſpiratione in veteribus *Teutobocus*.

Super trophæa ipſa eminebat] *Super trophæa ſua*, ex fide Nazariani & alterius Palatini reſcribe. *Trophæa ſua*, eleganter, quæ de ipſo victo & ſuis ſpoliis inſtructa erant. minus recte & concinne *ipſa* vulgo editum eſt.

FREINSHEMII.

8. *Errorem in conſilium verterit*] Livius, 28, 44, 14: *Oblata caſu, flectenda ad conſilium.* Vide infra, 4, [illegible], 84.

Neceſſitate aucta virtus] Vide quæ notamus ſupra, 2, 18, 13.

Viri, inquit, eſtis] Si per alios liceret, interrogationis notam iſtis apponerem, hoc modo: *Viri, inquit, eſtis?* Gruterus. Adde Frontinum, 2, 7, 12.

10. *Teutobochus*] Anno Chriſti MDCXII. monſtrabantur oſſa quædam portentoſæ magnitudinis, quæ Teutobochi hujus vulgo credebantur, donec doctorum hominum ſcriptis error iſte detegeretur. *Mercurius Gallicus.* Vide Scalig. in Euſeb. pag. 158. p. 1. Item Gaſſend. in vita Peireſcii, pag. 250.

Quaternos ſenoſque equos tranſilire] Luculentam hujus loci explicationem pete ex Salmaſio, ad Vopiſci Carinum, cap. 19. pag. 505, & ſeq. Vide Livium, 23, 29, 5.

Proceritatis eximiæ] Vide Pontanum, lib. 1. hiſt. Danicæ, p. 55.

SAL-

pæa ſua eminebat. Sublatis funditus Theuto- 11
nis, in Cimbros convertitur. Hi jam (quis
crederet?) per hiemem, quæ altius Alpes le-
vat, Tridentinis jugis in Italiam provoluti
ruina deſcenderant ad Ateſim. Flumen non 12
ponte, nec navibus, ſed quadam ſtoliditate
bar-

SALMASII.

11. *Tridentinis jugis in Italiam provoluti ruina deſcenderant*] Plutarchus, ad verbum, in eadem Hiſtoria: εἶτα ἀφέντες αὐτοὺς κατὰ κρημνῶν ὀλισθήματα καὶ λισσάδας ἀχανεῖς ἐχόντων. perperam in meo libro, ut hoc obiter moneam, ſcribitur, καὶ λυσσάδας. & in uno aut altero ejuſdem Plutarchi locis, λυσσάδας vitioſe legitur. ſed puto emendatum in recentioribus editionibus. verum neſcimus tamen: nam eas ad manum non habemus.

12. *a Ateſim flumen non ponte*] *Ad hoſteſim flumen*, quod nobis exhibet Nazariana ſcriptura, non facile inveni quid eſſet. *Atiſonem*, vel *Natiſonem* tranſpoſititie poſſet eſſe, qui fluvius in illis tractibus reperitur: Plutarchus ſane *Atiſonem* nominat, cum eandem rem tractat. at qui putant, *Ateſim*, & *Atiſonem*, eundem eſſe, falluntur. Plutarchus Α'τισῶνα vocat, Ptolemæus Νατισῶνα. ſed redeamus ad veterem ſcripturam noſtram. *hoſteſim* pro *Ateſim* mendoſe exaratum: *o* loco *a*, deinde aſpiratio. *ſ* pro *t*; aliquando ſimul poſita: itaque *hoſteſim* eſt *Ateſim*. ſed quid faciemus illo *ad*? ſic cenſeo: *ad flumen adgredi*, ἀρχαϊσμὸς, ut *ad aliquem adire*, & ſimilia: videndus Gellius. *Adgredi* igitur *ad Ateſim flumen*, proba & antiqua loquutio eſt, quales multas in hoc auctore reſtituimus. aliud dicimus: *ad* pro *ac* videri poſſet corruptum: libro quarto, *imaſque valles earum, ad quaſi clauſtra quædam cuſtodiebant*, ibi docemus legendum, *ac quaſi clauſtra quædam*, idem accidere potuit hoc loco: videamus igitur, num ita legi & diſtingui debeat, *Tridentinis jugis in Italiam provoluti ruina deſcenderant; ac Ateſim flumen non poute, nec navibus, &c.* & hanc in partem inclinamus magis.

FREINSHEMII.

11. *Per hyemem, quæ altius Alpes levat*] Infra, 3, 10, 22: *hyeme creverant Alpes.*

Provoluti ruina] Plutarch. Mario cap. 36. Cimbri *per glaciem altamque nivem ad juga Alpium contenderunt. Inde ſubjicientes corporibus lata ſcuta, ex ſummo ſe confragoſarum rupium, in immenſum abruptarum, faſtigio demiſerunt.* Seneca de ira, 3, 3, 1. *barbari quà dolor traxit, ruinæ modo regionibus incidunt.* Confer Liv. 44, 5, 4. ubi de Elephantis, & verſ. 6. de ipſis militibus.

VARIORUM.

12. *Quadam ſtoliditate barbarica*] Idem fere Germanis adfingit Ælianus, var. hiſt. 12, 23. ſed libet tamen potius adſcribere imperitiæ; quod nimirum putarent, flumina Italiæ ſuis ſimilia. ita ſane eoſdem excuſat Herodian. 8, 4. qui conſulatur. *Gruterus.*

V 2 SAL-

barbarica primum corporibus aggreſſi, poſt-quam retinere amnem manibus & clipeis fruſtra tentaverant, ingeſta obrutum ſilva tranſi-
13 luere: &, ſi ſtatim infeſto agmine Urbem petiiſſent, grande diſcrimen eſſet: ſed in Venetia, quo fere tractu Italia molliſſima eſt, ipſa ſoli cœlique clementia robur elanguit. ad hoc panis uſu, carniſque coctæ, & dulcedine vini mitigatos. Marius in tempore aggreſſus eſt.
14 Jam diem pugnæ a noſtro Imperatore petierunt, & ſic proximum dedit. In patentiſſimo, quem Raudium vocant, campo concurrere. Mil-

Salmasii.

14. *Jam diem pugnæ a noſtro Imperatore*] Ante hæc verba deeſſe aliquid, ſi qui antea non adverterunt, nunc cogentur ſaltem fateri, ſtatim poſt *aggreſſus eſt*, ſequitur in illo laudatiſſimo & inculpatiſſimo libro, *venere illi quam & in barbaris multa veſtigia, diem pugnæ a noſtro Imperatore petierunt.* quæ ſcribæ imperiti, ut corruptiſſima, abſcindere maluerunt, quam infelices conatus in corrigendo prodere. verum quid ex illis, quæ poſuimus, poſſit elici, parum me ſcire, ingenue fateor: nec enim auſim dicere, me ipſa verba Flori ponere, ſi ita legam: *venere illi. quam metus in barbaris nulla veſtigia! diem pugnæ ab Imperatore noſtro petierunt.* non, inquam, auſim affirmare, αὐτοτελῶς ſic ſcripſiſſe Florum; puto tamen, ab ea ſententia, quam olim reliquit, hac lectione me minimum abeſſe.

Et ſic proximum dedit] Plutarchus, τὴν ἀπ' ἐκείνης τρίτην.

Campo, quem Raudium vocant] *Raudium* quidem *campum* Plutarchus non nominat, ſed tantum χώραν τε καὶ πεδίον τὸ περὶ Βερκέλλας. alter Palatinus *Kaudium* legit, cui non aſſentior, mox non *procurrere*, ſed *concurrere*, optimi habent libri; & melius: nam *procurrere* neſcio an legerim pro *concurrere.*

Freinshemii.

12. *Ingeſta obrutum ſilva*] Quemadmodum flumina, quæ majora ſunt, tranſeantur, docet Vegetius, 3, 7: & ad eum Stewechius.

13. *Ipſa ſoli cœlique clementia*, &c.] Vide omnino Gruterum, ad Tacit. diſcurſu 38. Adde ſupra, 2, 6, 22. Et in hac hiſtoria Dionis excerptum apud Valeſ. p. 634.

14. *Raudium*] Magna varietas in hujus campi nomine. Pighius, in Hercule Prodicio, pag. 291. *Raudium* retinendum cenſet; *raudos* enim locos antiqua voce vocari rudes & aſperos, quales iſti campi. Merula, Coſmogr. 2, 4, 7. in fin., *Caudium* legit, quod hodieque campus quidam iis locis *Caudia* dicatur. ſed quis in re tam incerta, certi quid pronuntiet?

Procurrere] Ita Pall. o. & q. I. al. *concurrere.*

Sal-

Millia inde ad ſexaginta ceciderunt, hinc trecentis minus: per omnem diem conciditur barbarus. Iſtic quoque Imperator addiderat virtuti dolum, ſequutus Annibalem, artemque Cannarum: primum, nebuloſum nactus diem, ut hoſti inopinatus occurreret: tum ventoſum quoque, ut pulvis in oculos & ora ferretur: tum acie converſa in Orientem, ut, quod ex captivis mox cognitum eſt, ex ſplendore galearum, ac repercuſſu, quaſi ardere cœlum vide-

SALMASII.

Millia inde ad ſexaginta] Male hæc adfecta ſunt. quæ nemo adhuc ſanare quitus eſt. Prava non minus diſtinctione laborant, quam prava lectione. utrumque, puto, corrigemus. *hinc*, *inde*, perperam intellecta. *Inde*, eſt ex parte Barbarorum; *hinc*, ex parte Romanorum. non aliter loqui ſolet Annæus. ſexaginta millia ex Barbaris ceciderunt in ipſo conflictu, ex Romanis vix trecenti. locus ſic debet caſtigari: *Inde ſexaginta millia ceciderunt. Hinc trecentis minus. per omnem diem conciditur Barbarus.* Plutarchi rationes huic numero conveniunt: qui ſcripſit, Barbarorum ſex myriadas in ardore prælii abſumptas. quæ, ut nemo neſcit, efficiunt ſexaginta millia. Sed immaniorem longe numerum eorum fuiſſe, qui interfecti ſunt finito prælio, hinc & inde variis locis diſperſi. ideo etiam Florus dicit, *per omnem diem conciditur barbarus*: hoc eſt, poſt prælium uſque ad noctem, quo ſpatio temporis infinita barbarorum multitudo cæſa eſt. Quod autem, pro *tertio*, *trecentis* ſcripſimus, hoc recte fecimus; error enim ex notis numerorum natus. *Hinc III minus*, pro *hinc CCC minus*.

FREINSHEMII.

Millia inde ſexaginta ceciderunt: hinc trecentis minus] Recepi lectionem Pal. tert. & v. e. quam Salmaſius ſequitur. præſertim cum abſurda ſit aliarum lectionum ſententia, hæc bona imprimis & vera. idem enim Eutrop. 5, 3. prodidit: *Romani milites ex utroque exercitu trecenti periere.* quamvis in reliquo numero diſcrepent auctores, quos tamen optime conciliat noſtro Salmaſius, eum numerum prælio cæſorum eſſe, quod ſuperſit, comprehendi Floro verbis ſequentibus; *per totum diem conciditur barbarus.* Ex Cimbrorum oſſibus ſepes tum eſſe factas a Maſſilienſib. ad vinearum ſuarum cuſtodiam, ſcribit Nicetas fin. lib. 1. de Manuele Comneno.

Per omnem diem] *Vincentium ira virtuſque deſæviit.* Marcellin. 17. 30.

15. *Artem Cannarum*] De qua ſupra, 2, 6, 16: Frontin. 2, 2, 7, & 8. Nonnulla autem huc facientia lege apud Gruter. in Tacit. diſcurſu 13, §. 6.

16 deretur. Nec minor cum uxoribus eorum pugna, quam cum ipſis fuit: quum objectis undique plauſtris atque carpentis, altæ deſuper, quaſi e turribus, lanceis contiſque pugnarent. Perinde ſpecioſa mors earum fuit quam pu-
17 gna. Nam quum miſſa ad Marium legatione, libertatem ac ſacerdotium non impetraſſent (nec fas erat) ſuffocatis eliſiſque paſſim infantibus ſuis, aut mutuis concidere vulneribus, aut vinculo e crinibus ſuis facto, ab arboribus
18 jugiſque plauſtrorum pependerunt. Bojorix rex

SALMASII.

18. *Beleus rex*] Corrupte *Beleus*. optimæ membranæ, *Bæleris*. verius eſſet *Bæoris*, vel *Bæorix*. Nam ita Plutarcho vocatur hic rex Barbarus, in Mario: Βοιώριξ καὶ ὁ τῶν Κιμβρῶν βασιλεὺς ὀλιγοστοὶ προσπεσόντες τῷ στρατοπέδῳ, προεκαλεῖτο τὸν Μάριον ἡμέραν ὁρίσαντα καὶ τόπον, &c. quid, ſi in Plutarcho Βοιλῆριξ legimus? habebimus noſtrum *Bæleris*; nam *Bæleris* pro *Bælerix*: ſic infra, cap. x *Vercingetoris*, ſcripti libri pro *Vercingetorix*: ſed ineptum eſt diſputare de his nominibus barbaricis, quæ aliter atque aliter apud alios atque alios enuntiantur.

VARIORUM.

17. *Nam cum miſſa*, &c.] Præter citatos in hoc capite lege Val. Max. 6. 1. in fin. *Camers*.

FREINSHEMII.

16. *Nec minor cum uxoribus eorum pugna*] Feminæ Germanorum antiquitus adſuetæ aciebus & pugnis, in quas viros patrio more comitabantur, Tacit. Germ. cap. 7; ut ita mirum non fuerit, audacius reſtitiſſe; præterea rabie & deſperatione armatas. Quin & inter viros præliis ſe miſcuiſſe leguntur variarum nationum feminæ; quod de Romanis tamen me legere non memini; nam quod tit. Cod. de uxor. milit. huc trahunt JCti quidam, non de talibus viraginibus, quæ & ipſæ pugnare, & cum Arioſtiana illa Marfiſa dicere poſſint:

Sò ſcudo & lancia adoperare anch'io.

ſed quæ vergente diſciplina maritos ſuos, ut hodiernis bellis ſolet, ſequebantur.

Objectis undique plauſtris atque carpentis] Germanorum aliorumque more, quem vide apud Cæſar. de bellis Gallicis. Veget. 3, 10: *Omnes barbari, carris ſuis in orbem connexis ad ſimilitudinem caſtrorum, ſecuras a ſuperventibus noctes exigunt*. Id genus munimenti appellabant carraginem. Ammianus, 31, 20.

18. *Bojorix*] Secutus ſum judicium ſummi viri Gruteri, nixum auctoritate Plutarch. Mario cap. 40. Eutropii 5, 3. Oroſ. 5, 16. addo etiam Livii Epit. 67. nam quod ibi ſcribitur *a Bolo rege*, nullus dubito corruptum eſſe, & legendum *a Bojorige*. Eſt alius hoc nomine apud

rex in acie dimicans impigre nec inultus occubuit. Tertia Tigurinorum manus, quæ quaſi ſubſidio Noricos inſederat Alpium tumulos, in diverſa lapſi, fuga ignobili & latrociniis evanuit. Hunc tam lætum, tamque fe- 19
licem liberatæ Italiæ aſſertique imperii nuntium non per homines, ut ſolebat, populus Romanus accepit, ſed per ipſos, ſi credere fas eſt, deos. Quippe eodem die, quo geſta 20
res

apud Liv. lib. 33. Simile mendum eſt in Adonis Chronico ſub anno 4754. ibi enim pro *Orgetorix* male ſcriptum eſt *Orgeta rex*. Sic in Itiner. Antonini *Boloderum* eſt pro *Boioduro*.

SALMASII.

Quaſi ſubſidio Noricos inſederat] Nazarii ſchedæ, *quaſi in ſubſidio*: quid, ſi *in ſubſidium*?

FREINSHEMII.

Nec inultus] Livius de Siccio, 3, 43, 4: *Haud inultum interfecere*. Magnum id morientis ſolamen, inultum non mori. Hinc illæ adhortationes, miſerationes, querelæ, &c. Virg. Æn. 2, 670:

—— *Nunquam omnes hodie moriemur inulti.*

Ovid. Metam. 9, 131:

—— *Neque enim moriemur inulti.*

Livius, 25, 16, 15: *id referre, utrum præſenti torpore pecorum modo inulti trucidentur*. Curtius, 5, 3, 19: *miſerrimum fortibus viris erat, quod inulti ferarum ritu, velut in fovea deprehenſi, cæderentur*. Virg. iterum, 4, 659:

—— *Moriemur inultæ?*

Vegetius 1, 21: *confidentes ſine caſtris more animalium inulti cadunt*. (Sic emendavit Stewechius, optime) Marcellinus, 14, 6. de Iſauris: *nec exertare lacertos, nec criſpare permiſſi tela, quæ vehiunt bina vel terna, pecorum ritu inertium trucidantur*. Affectum hunc ſe ulciſcendi expreſſit graphice in perſona Tydei Statius.

20. *Eodem die*, &c.] Juſtinus, 20, 3, 9. de prælio ad Sagram: *eadem die, qua in Italia pugnatum eſt, & Corintho, & Athenis, & Lacedæmone nuntiata eſt victoria*. Vide ſupra, 2, 12. 21. Sed & arte juvari poteſt adeo famæ celeritas, ut miraculo ſimilis ſit, exempli ergo, per continuos curſores, quam rem Cyrus primum inſtituiſſe legitur apud Xenoph. lib. 8. pag. 232. clamore ab aliis excepto, ſicut Galli, Cæſar de bell. Gall. 7, 3. avibus, Plinius, 10, 24. quod hodieque non inſolens nec inauditum eſt. aliiſque multis modis. Inprimis autem fidem excedit, quod Herodoto, & Cleomedi, in libro de contemplatione orbium cœleſtium, memoratur, Xerxem, cum in Græcia bellum gereret, a Suſis Athenas uſque diſpoſitas habuiſſe ſtationes, per quas excepta voce, aliiſque tradita, quadraginta octo horarum ſpatio in Perſia ſciri potuerit, quid in Græcia Xerxes gereret. Alterius cujuſdam modi, per faces incenſas, meminit

Digitized by Google

res eſt, viſi pro æde Caſtoris & Pollucis juvenes laureati Prætori literas tradere: frequenſque in ſpectaculo rumor, *victoriæ Cimbricæ*
21 *Feliciter*, dixit. Quo quid admirabilius, quid inſignius fieri poteſt? Quippe velut elata montibus ſuis Roma ſpectaculo belli intereſſet, quod in gladiatorio munere fieri ſolet, uno eodemque momento, quum in acie Cimbri ſuccumberent, populus in urbe plaudebat.

CAP.

minit Apulei. de Mundo, pag. 70. Ad quem locum adſcriptam ab Elmenhorſtio Caſauboni epiſt. leg. Adde ſimilia apud Agoſtino de Carate, in Hiſt. del Peru. 2, 6: Item Cron. del Peru. 2, 1, 14: de Barros, pag. 78. b. Appian. de bel. Hiſp. pag. 307. f. Ælian. Hiſt. var. 9, 2, 2. Zonar. in Michaële Theophili F. Pauſan. pag. 130, 40.

SALMASII.

20. *Pro æde Caſtoris & Pollucis*] Veteres, *Pollucis & Caſtoris*, omnes retinent.

21. *Quidque inſignius*] *Quid inſignius*, iidem.

FREINSHEMII.

Victoriæ Cimbricæ feliciter] Diſtinxerim; *victoriæ Cimbricæ, feliciter*, ut videlicet tria iſta verba in theatro ſonuerint. *Gruterus*. Ita certe apud Sueton. Claud. cap. 7. *feliciter patruo imperatoris, feliciter Germanici fratri*, & Domitio, cap. 13. *domino & dominæ feliciter*. quapropter ita diſtinxi, ut Gruterus voluit.

21. *Elata montibus ſuis Roma*] Sic Cicero: *Mihi ipſa Roma, prope ſedibus ſuis convulſa, obviam procedere viſa eſt*. In Piſon. cap. 22. Sic D. Hieron. epiſt. ad Lætam: *Movetur urbs ſedibus ſuis, & inundans populus ante delubra ſemiruta, currit ad martyrum tumulos*.

VARIORUM.

20. *Laureati*] Divinabam aliquando, *laureatas*. ſed nunc non pertendo, cum non juvent Mſſ. ita tamen concinniorem eſſe periodi ſonum, neque a more Romano abiri, omnes vident. *Gruterus*.

SAL-

Digitized by Google

CAP. IV.

Bellum Thracium.

POſt Macedonas, ſi diis placet, Thraces 1
rebellabant, ipſi quondam tributarii Ma-
cedonum: nec in proximas modo provincias
contenti incurrere, Theſſaliam, atque Dal-
matiam; in Adriaticum mare uſque venerunt:
eoque fine contenti, quaſi interveniente na-
tura, contorta in ipſas aquas tela miſerunt.
Nihil interim per id omne tempus reſiduum 2
crudelitatis fuit in captivos ſævientibus: litare
diis ſanguinem humanum: bibere in oſſibus
ca-

VARIORUM.

HUjus belli meminerunt, Epit. Liv. 63: Eutrop. [4, 33, 75, 12, &] 6, 3. notanter. Plura Sex. Ruffus, de reg. poteſt. Meminit Euſeb. lib. temp. Aliqua Appianus in Illirico. *Camers.*

FREINSHEMII.

1. *Si diis placet*] Vetuſtæ edd. etiam noſtra, *ſic Diis*; ſed male. quamvis ſic quoque Pal. tert. ſtant enim duo alii a noſtra, quam & tuetur ipſa ratio. *Gruterus.* Indignantis enim hæc vox eſt, & aſpernantis. Appius apud Livium, 6, 40, 6: *per perpetuos, ſi Diis placet, tribunos.* Apud eundem, 34, 2, 12, Cato: *Nos, ſi diis placet, jam remp. etiam capeſſere eas* (feminas) *patimur.* & 34, 32, 14. *non ſocietatem modo, ſed, ſi diis placet, affinitatem etiam.* Simile porro eſt quod ſupra, 3, 1, 1. *Quis ſperaret poſt Carthaginem aliquod in Africa bellum?*

Interveniente natura] Ita ſupra, 2, 2, 1.

2. *Crudelitatis*] Qua nota infames olim Thraces fuiſſe, vel inde liquet, quod Alexandrum, regem ſuum, *Thracidam* cognominavere Judæi, propter crudelitatem, auctor Joſephus antiquit. 13, 23. Adde Thucydidem, 7, 4, 16.

Litare diis ſanguinem humanum] Rem multis nationibus, ipſiſque adeo Romanis, uſitatam, ut potuiſſet tacere de aliis auctor, quod in ſuam civitatem retorqueri poſſet. Tertullianus, in Scorp. cap. 7: *Scytharum Dianam, aut Gallorum Mercurium, aut Afrorum Saturnum, hominum victima placari, apud ſeculum liquet. Et Latio in hodiernum Jovi, media in urbe humanus ſanguis inguſtatur.* Adde ſupra, 1, 16, 7: & Notas ad Juſtinum, 18, 6, 12. e.

Bibere in oſſibus capitum] Eo refero verba hæc, ut intelligantur Thraces ex craniis interfectorum feciſſe ſibi pocula more barbarico: quem & Livius exponit, 23, 24, 15:
Boii

Digitized by Google

capitum, & cujuſque modi ludibrio fœdare
mortem tam igni quam fumo: partus quoque
3 gravidarum extorquere tormentis. Sæviſſimi
omnium Thracum Scordiſci fuere: ſed calli-
4 ditas quoque ad robur acceſſerat. Silvarum
& montium ſitus cum ingenio conſentiebant.
Itaque non fuſus modo ab his, aut fugatus,
ſed (ſimile prodigio) omnino totus intercep-
5 tus exercitus, quem duxerat Cato. Didius
va-

Boii *purgato capite* Poſthumii, *ut mos iis eſt, calicem auro cælavere. idque ſacrum vas iis erat, quo ſolemnibus libarent, poculumque idem ſacerdoti eſſe* (quæ vox forte rectius omitteretur) *ac templi antiſtitibus*. & Silius, 13, 481:

At Celtæ vacui capitis circumdare gaudent.
Oſſa (nefas) auro, & menſis ea pocula ſervant,

de ſimili re, & forte eadem Poſthumii hiſtoria, Gellius, lib. 30. apud Priſcian. lib. 7. pag. 239. Seneca Tragœdus, Thyeſte, verſu 453:

Venenum in auro bibitur.

(Maccab. 1, 11, 50.) Virgilius ſine præpoſitione:

Ut gemma bibat. ——

SALMASII.

2. *Et hujuſcemodi ludibrio*] Optimus liber, *cujuſque modi ludibrio*, eximie. Hoc eſt, *omni ludibrii genere*.

FREINSHEMII.

Cujuſquemodi ludibrio] Senſus autem verborum videtur, non contentos ſimplici morte, fœdaſſe etiam inſuper ſuppliciis, alioſque igni, fumo alios, necaſſe. Sicut Nero ſæviit ludibriis in Chriſtianos, apud Tacit. 15, 44.

3. *Scordiſci*] Gens originis Gallicæ, Epit. Liv. 63: Juſtin. 23, 3, 5. De ea, quæ ſupra de Thracibus in commune dicuntur, recenſet Marcellin. 28, 7: & alii qui addunt *in oſſibus capitum humanorum ſanguinem bibere ſolitos*. Meminit hujus gentis Dio, pag. 622. B. Sueyro, in verſione Velleii, facit eos, *Pueblos de la Pañonia inferior*. *Caſtaldo* (addit) *los attribue la Raſcia; llamanſe, ſegun Dominico Negro, Bosnachi, en Tudeſco Boſſen.*

Calliditas quoque ad robur acceſſerat] Ita ſupra, 1, 3, 4. Horatius ſolus tres Curiatios vicit, *addito ad virtutem dolo*. infra, 3, 11, 3: Parthi *præter armorum fiduciam ſimulant trepidationem, & in campos fugam.*

4. *Silvarum & montium ſitus cum ingenio conſentiebant*] Supra, 3, 2, 2: *Atrox cælum, perinde ingenia.*

Modo] Puto ab aliena manu eſſe: nec enim juvat ſenſum; ſed aperte turbat.

Simile prodigio] Sic editio Stadiana, quemadmodum ante eam viſam legendum conjecerat Gruterus.

Cato] Vide Epit. Liv. 63; & Eutrop. 4, 29. Hujus aliorumque impp. qui cum Thracibus bellarunt, meminit Ammianus, 27, 8. Dio in Excerpt. Valeſ. pag. 628.

5. *Didius*] Vide Ruffum, cap. 9. Triumphum inde conſecutum eſſe patet ex Cicer. in Piſon. c. 25.

SAL-

Digitized by Google

vagos, & libera populatione diffuſos intra ſuam repulit Thraciam. Druſus ulterius egit, & vetuit tranſire Danubium. Minucius toto vaſtavit Hebro, multis quidem amiſſis, dum
perfidum glacie flumen equitatur. Piſo Rho- 6
dopen Caucaſumque penetravit. Curio Dacia tenus venit: ſed tenebras ſaltuum expavit. Ap-

SALMASII.

5. *Dum perfidum glacie flumen equitatur*] Flumen equitare, aut campum equitare, pro per campum aut flumen equitare, neſcio an Latinum ſit. nemo ſane ita loquitur. Scribimus, *dum per perfidum glacie flumen equitatur*. præpoſitionem *per* abſorpſerat prima ſyllaba dictionis *perfidum*. id in aliis locis factum quam multis, alibi oſtendimus. *per perſtrictum glacie flumen* ediderat optimus Vinetus, ex opinione ſua, ut ſuſpicor. nam in libris non extat. *perfidum glacie flumen* vocat, quod Minucius, dum flumini congelato exercitum ſuum ſideret, multos amiſerit, propter glaciei nondum ſatis firmatæ fragile & lubricum. Hoc ſi penſitaſſet vir doctiſſimus, nihil temere mutaſſet.

FREINSHEMII.

Druſus] Epit. Liv. 63. Ruffus ubi ſupra. Dio apud Valeſ. pag. 628. Ad hunc pertinet hæc perioche ἐκ Ὀλυμπ. ἀναγρ. ad Ol. 167.

Μάρκος Λίβιος τοὺς Σκορδίσκους ἐνίκησε.

Minucius] Epit. Liv. 65: Eutrop. 4. 33: Ruffus Frontinus, 2, 4, 3.

Per perfidum glacie flumen] Ita Naz. alii *perfidum gl. fl. equitatur*. quod eſſet dictum ut illud Horat. 4. Od. 4.

Eurus per Siculas equitavit undas.

Claudiani de bell. Get. v. 194.

—— equitataque ſummi
Culmina Taygeti.

Et illud Virg. Æn. 1, 71.

Tyrrhenum navigat æquor.

Nec abſimiliter Gallus 1, 32.

Innabam gelidas Tiberini fluminis undas.

Et Sidonius epiſt. 8, 12. *Si nunc etiam tuæ naves ſtagna Niloτidis aquæ per indigenas formidata crocodilos transfretarent.* idem Carm. 3, 6. *Nam fama pelagus ſidere eurro ſuo.* & carm. 9, 13. *Non nos currimus aggerem vetuſtum.* Verum enimvero nec hoc nec illud ſatis placet. ſed omnino ſcriptum fuiſſe videtur; *per infidum glacie flumen equitatur.* ſic Plin. 36, 15. *ſedere auſo tam infida inſtabilique ſede.* Niſi quid obſtat Marcellinus, qui & ipſe *perfidas glacie valles* dixit 15, 25.

6. *Piſo*] Quis iſte ſit, quærunt viri docti; quidam eum eſſe putant qui ſub Auguſto Thraces vicit. De quo Dio, 624. B. Sed nimis diſcordat temporum ratio: crediderim, fuiſſe eum, in quem acerrima Ciceronis extat. Qui imperatorem eum appellatum ait, prælio legatorum ſuorum, cum ipſe longe abeſſet c. 25. orat. in Piſon. Etiam Julius Obſequens, cap. 103. prodigiis ejus anni, quo hic Piſo Macedoniam obtinuit, ſubnectit: *In Macedonia Thraces ſubacti.*

Curio] Pertinet huc fragmentum

Appius in Sarmatas uſque pervenit: Lucullus
ad terminum gentium Tanaïm, lacúmque
7 Mæotim. Nec aliter cruentiſſimi hoſtium
quàm ſuis moribus domiti. quippe in captivos igne ferroque ſævitum eſt. Sed nihil Barbaris atrocius viſum eſt, quam quod abſciſſis manibus relicti, vivere ſuperſtites pœnæ ſuæ jubebantur.

CAP.

tum illud Salluſtianum, H.2,1,14: *Eodem anno in Macedonia C. Curio, principio veris cum exercitu profectus in Dardaniam.* & forte illud alterum, H.3,5,14: *Atque eum Curio laudatum accenſumque præmiorum ſpe, quibuſcum optaviſſet, ire jubet.* Videndi ſunt Epit. Liv. 92, & 95: Front. 4,1,43: Eutrop. 6,3: Jordan. de regn. ſucceſſ. cap. 50: Ruffus, cap. 7: Cicero, in Piſon. c. 19. etiam hunc triumphaſſe refert. Videtur autem hic poſtponendus Appio, nam ei ſucceſſit.

Appius] De quo Eutrop. 6,3.

In Sarmatas] de his vide Dreſſer. Millen. 1, pag. 88.

Lucullus] de hoc Cicer. d. cap. 19. Pædianus, Ruffus, Eutrop., Oroſius.

Terminum gentium Tanaïm] Non intelligit, ultra Tanaïm nullas gentes colere; ſed Thraces omnem eum tractum habitare ad uſque Tanaïm: Tanais enim *Europam & Aſiam medius interfluit.* Curt. 6,2,14.

7. *Suis moribus*] Adde ſupra, 3, 1,17.

Quod abſciſſis manibus, &c. jubebantur] Ita Vineti ed. & placet præ aliorum *videbantur*, quod extat quidem in Pal. tert. non etiam in pr. ac ſec. De re ipſa ſic quoque Zeno, in ſermonibus: *Incidantur ab articulis manus, a cruribus pedes: vivum ſe cadaver inſpiciat.* Gruterus. Iſtud autem pœnæ genus apud Perſas olim uſitatum fuiſſe, liquet ex Curtio, 5,5,6, Eodem Fabius Æmilianus latrones Hiſpanos affecit apud Appian. in Hiſpan. pag. 293: & Joſephus Clitum quendam tumultuantem. de bell. Jud. 2,26. Alia exempla vide apud Tac. 12,14,8: Marcellin. 29, 26. f. Zonar. tom. 2. p. 85. Poſſent vero Thracibus iſtis applicari verba Lamachi, apud Apulei. lib. 4: *Cur enim manui, quæ rapere & jugulare ſola poſſet, fortem latronem ſupervivere?* In eodem Apuleii loco mendum eſt, quod eadem opera tollemus. Legitur; *Vix enim Thebas Heptapylos acceſſimus, quod eſt huic diſciplinæ primarium ſtudium: ſed dum ſedulo fortunas inquirebamus populareis, nec nos denique latuit Chryſeros quidam, &c.* ridicule. quaſi ſumma latronum ars eſſet Thebas accedere. malim; *Vix enim Th. Hept. acceſſimus, quum (quod eſt huic diſciplinæ primarium ſtudium) ſedulo fortunas inquirebamus populareis. nec nos denique latuit Chryſeros quidam, &c.* ubi adverte, vocabulum *denique* eodem etiam modo uſurpatum, ut notavimus in Indice.

Vivere ſuperſtites] Vide Sen. in Controv. *Vir fortis non habens manus.*

CAP. V.

Bellum Mithridaticum.

PONticæ gentes ad ſeptentrionem in mare ſiniſtrum jacent, a Pontico cognominatæ mari. Harum gentium atque regionum rex antiquiſſimus Æetas: poſt Artabazes, a ſeptem Perſis oriundus: inde Mithridates, omnium longe maximus. quippe quum quatuor Pyrrho, decem & ſeptem anni Annibali ſuffecerint, ille per quadraginta annos reſtitit, donec

1 (beside "PONticæ gentes … in mare"); 2 (beside "tem Perſis oriundus : inde Mithridates, om-")

nec

SALMASII.

1. REx antiquiſſimus Atheas] Scytharum rex quidam, apud Frontinum, *Atheas*, qui hic non eſt, niſi vehementer fallimur. *Ateas* ſine aſpiratione ſcribendum. nam ille Scytharum Rex, *Anteas*, vel *Antias*, a Plutarcho vocatur. optimæ membranæ hoc loco legunt *etas*. nimirum eſt *Æetas*, vetus ille Rex Ponti, Medeæ pater Αἰήτης. nam *Æetes* & *Æetas* extulerunt Latini. Ovidio etiam *Ætas-Pater Æta relictus*. Quin de *Æete* accipiendum ſit, nolim dubitare, qui fuit antiquiſſimus Rex Ponticarum regionum. vulgo *Atheas* vel *Ethas*. male.

FREINSHEMII.

HOc bellum ſcripſit Livius, a lib. 76. uſque ad 102. ſed temporis injuria non extant niſi eorum argumenta. Late de hoc bello Appianus. Plura Plut. in vitis, Sullæ, L. Luculli, Cn. Pompeii. Multa Auctor de vir. illuſt., quatuor ultimis capp. Val. Max. 4, 6, 2. ext. 8, 7, 16, ext. 9, 2, 3. ext. Fron. 2, 1, 12, & 14: & 2, 2, 4: Aug. Civit. 3, 22: Plin. 2, 97: 7, 24: 25, 2: 33, 3, & 12: Plura Cic. pro L. Manil. Juſtinus, lib. 37, & 38: Eutrop. 5, 2: Oroſ. 5, 19. &c. *Camers.* Lege Dionis quæ reſtant. meminit & Athenæus, 5, 13.

1. *Æetas*] Ita videbatur reſcribendum eruditiſſimis viris, non immerito; nec enim præter hujus regis ætatem, (Medeæ autem patrem ajunt) ulla gentium iſtarum mentio occurrat.

Septem Perſis] Iis nimirum, qui cum Dario ad recipiendum a Magis regnum conjuravere. de quibus vide Bongarſium, & Berneccerum, ad Juſtin. 1, 9, 9. Item Diodor. lib. 31. Juſtinus recidit hanc partem ex lib. 37. Trogi, ut Prologus arguit.

2. *Decem & ſeptem anni Annibali*] Vide ſupra, 2, 6, 1.

Quadraginta annos] Adonis Chronic. ſub anno 4718: *Quod triginta annis, vel, ſicut aliqui ſcribunt, quadraginta, geſtum eſt.* Vide Bongarſ. ad Juſtin. 37, 1, 7: & Plin. 7, 26, 5

VARIORUM.

1. ORiundus] Adde Polyb. 5, 43: Joſeph. undecimo orig. Judaic. : & Auctor. de vir. illuſtr. cap. 76. *Vinetus.*

Mi

nec tribus ingentibus bellis ſubactus; felicitate Sullæ, virtute Luculli, magnitudine Pompeii conſumeretur.
3 Cauſam quidem illius belli prætenderat apud Caſſium legatum, *attrectari terminos ſuos a Nicomede Bithynico*: ceterum elatus animis ingentibus, Aſiæ totius, &, ſi
4 poſſet, Europæ cupiditate flagrabat. Spem ac fiduciam dabant noſtra vitia: quippe, quum civilibus bellis disjungeremur, invitabat occaſio:



Mithridates] *Cujus facies ex nummo, apud* Goltzium, Aſiæ 4. Tab.



Nicomede] *Qui in nummo argenteo* Fulv. Urſini; *plane diverſus ab eo, qui apud* Goltzium, Aſia, 5. Tab.

FREINSHEMII.

4. *Spem ac fiduciam dabant noſtra vitia*] *Civilis, non minus vitiis hoſtium, quam virtute ſuorum, fretus*: Tacit. H. 4, 34, 10: & Agr. 32, 2. ubi Galgacus de Rom.: *Noſtris illi diſceſſionibus* (al. *diſſenſionibus*) *clari, vitia hoſtium in gloriam exercitus ſui vertunt*. h. e. ſuæ virtuti imputant victos hoſtes, cum ipſorum diſſenſionibus debuiſſent. Sic infra, 4, 2, 62. hujus Mithrid. filius magis diſcordiæ Romanæ *fiducia, quam ſuæ virtutis*, bellum cœpit. Inde Plinius, 7, 27: *bello civili, quod omnia externa conciebat*. Liv. 3, 38, 4: *Sabini ſpem in diſcordia Romana ponentes*. Adde infra, 4, 12, 1.

Invitabat occaſio] Terent. Eunucho, 3, 5, 57:

—— An ego occaſionem
Mihi oſtentatam, tam brevem,
tam optatam, tam inſperatam,
Amitterem? ——

Pertinet huc quod Ariſtot., Rhet. 2. refert, προφάσεως δεῖται μόνον ἡ πονηρία. Suet. Cæſ. 35, 4: *occaſionem temporum bellantem*. Vid. cap. ſeq. in pr.

SAL

ſio: nudumque imperii latus oſtendebant procul Marius, Sulla, Sertorius. Inter hæc Rei- 5
publicæ vulnera, & hos tumultus, repente, quaſi captato tempore, in laſſos ſimul atque diſtrictos ſubitus turbo Pontici belli ab ultima veluti ſpecula Septentrionis erupit. Primus 6
ſtatim impetus belli Bithyniam rapuit. Aſia deinde pari terrore correpta eſt. Nec cunctanter ad regem ab urbibus noſtris populiſque deſcitum eſt. Aderat, inſtabat, ſævitia quaſi virtute utebatur. Nam quid atrocius uno ejus 7
edicto, quum omnes, qui in Aſia forent, Romanæ

SALMASII.

4. *Oſtentabant*] Nazarianus, *oſtendebant*, & alter Palatinus. quod plurimæ editiones erant ſequutæ, ſimplicius & melius arbitror.

7. *Edicto, quum omnes*] Idem liber, *ut quum omnes*. legerim, *ut quo omnes. quid atrocius uno ejus edicto? ut quo omnes, qui in Aſia forent, Romanæ civitatis homines, interfici juſſit.* nec malum eſſet, *uno ejus edicto, quo omnes, &c.* aſſentientibus quibuſdam libris.

VARIORUM.

7. *Aderat*] Hæc vox adeſt quidem editt. quamplurimis, ſed non extat in vetuſtiſſima. male, agnoſcuntque Pall. o. *Gruterus.*

FREINSHEMII.

6. *Sævitia, quaſi virtute*] Sic de Sylla Dio, apud Valeſ. pag. 658. ὥσπερ τινὰ ἀρετὴν ἀσκῶν, τὸ μηδὲ ἐν ταῖς μιαιφονίαις τινὸς ἡττᾶσθαι. C. Caſſius, in Cic. famil. 15, 19:

Scis, Cnæus quam ſit fatuus:
Scis, quomodo crudelitatem virtutem putet.

Edicto] Edictum Mithridatis hujuſmodi erat, ut ad triceſimam diem obſervationis, omnes pariter Romanos qui apud eos eſſent, & Italos, eorumque mulieres cum pueris & liberis, qui Romani ſanguinis eſſe cenſerentur, interficerent. Auctor Appianus. Interfecta autem ſunt hominum 150000. auctore Plut. Sulla cap. 48. Val. autem Max. 9, 2, 3. ext. dicit 80000. civium Rom. Auguſt. ubi ſupra. *Camers.* Idque eadem die atque hora. Vellei. 2, 18, 2. D. Hieron. de errorib. Orig. *quaſi ad Mithridatis literas, omnis veritas uno die de voluminibus ejus raderetur.* Adde Dionem apud Valeſium 657. Eo tempore Coi cives Rom. templo Æſculapii inductos ſalvos præſtiterunt. Tac. 4, 14, 3. Simile huic edictum fuit, quod Haman adverſus Judæos procuraverat. Eſther. 3, 13. Joſeph. Antiqu. 11, 6. Imitatus videtur Mithridatem Julius magiſter militiæ trans Taurum, qui Gothos per Thracias diſperſos *datis tectioribus literis ad rectores civitatum & caſtrorum, Romanos, omnes uno eodemque die mandavit occidi.* Marcellin. fine hiſtoriar. Dioclet. uno die deſtruxit Eccleſias. Theodorit. Hiſt. Ec-

magnæ civitatis homines interfici juſſit? Tum quidem domus, templa, & aræ, humana omnia atque divina jura violata ſunt.
8 Sed hic terror Aſiæ Europam quoque regi aperiebat, itaque miſſis Archelao Neoptolemoque præfectis, excepta Rhodo, quæ pro nobis ſtetit, ceterum, Cyclades, Delos, Eubœa, & ipſum
9 Græciæ decus Athenæ tenebantur. Italiam jam, ipſamque urbem Romam regius terror afflabat. Itaque Lucius Sulla feſtinat, vir armis

Eccleſ. 5, 38. Hunerichus omnes Africæ Eccleſias uno die clauſit. Victor. Uticenſ. lib. 3. Cato multas Hiſpaniæ urbes uno die muris nudavit. Zwing. 65. m. 2. ex Livio 34. & Frontino. Pertinent etiam huc Veſperæ Siculæ, nuptiæ Pariſienſes, &c.

SALMASII.

8. *Firmius ſtetit ceteris*] *Excepta Rhodo, quæ pro nobis ſtetit, ceterum Cyclades, Delos, Eubœa, & ipſum Græciæ decus Athenæ tenebantur.* addicentibus omnibus ſcriptis exemplaribus, ſic legimus.

FREINSHEMII.

Templa] Vid. Appian. Mithrid. pag. 185.

8. *Rhodo*] Rhodum eo nomine magnopere commendat Velleius, 2, 18, 3.

Athenæ] Liv. Epit. 78. Hinc Piſo; *hos eſſe Mithridatis adverſus Sullam ſocios*. apud Tacit. 2, 55, 2: Quos tamen defendit Vellei. 2, 23, 5. Multa quæ huc faciunt, petere poſſis ex eruditiſſimo tractatu Joann. Meurſi, de fortuna Athenienſium.

9. *Vir armis optimus*] Idemque pace peſſimus. Inde Valer. Max.



Sulla feſtinat] *L. Corn. Sullæ imago hæc, ex nummo arg. apud* F. Urſinum in *Famil.* & J. Oyzel. Theſaur. 11. Tab.

9, 2, 1;

mis optimus : parique violentia ruentem ul-
terius hoſtem quadam quaſi manu repulit: pri- 10
mumque Athenas urbem (quis crederet!),
frugum parentem, obſidione ac fame ad hu-
manos cibos compulit. Mox ſubruto Piræei
portu, ſex quoque & amplius muris, poſt-
quam domuerat ingratiſſimos, ut ipſe dixit,
hominum, in honorem tamen mortuorum, ſa-
cris ſuis famæque donavit. Mox, quum Eu- 11
bœa atque Bœotia præſidia regis depuliſſet,
omneis copias uno apud Chæroneam, apud
Or-

9,2,1: *L. Sylla, quem neque laudare, neque vituperare quiſquam ſatis digne poteſt, quia dum quærit victorias, Scipionem ſe populo Rom. dum exercet, Annibalem repræſentavit.* Simile Marii elogium, in ep. Liv. 80: *haud facile eſt dictu, utrum bello melior, an pace pernicioſior fuerit.* & Antonii primi, apud Tacit. H. 2,86,5: *Pace peſſimus, bello non ſpernendus. Syllæ* autem cognomentum unde tranſierit in Cornelios, diſce ex Macrob. Saturn. 1,17.

SALMASII.

10. *Sex quoque & amplius muris*] Quidam ſcripti addunt, *munitum*, eo ipſo pejores. eleganter, *Piræeus ſex & amplius muris*; ſic alibi dixit, *Brunduſium inclito portu.* quo loco etiam de ſuo, *cum inclito portu*, correctores imperiti addiderunt.

FREINSHEMII.

10. *Frugum parentem*] Ita loquitur propter fruges Athenienſibus primitus inventas aut invectas. vide Diodor. 5,69.

In honorem mortuorum] Majorum nempe, rebus pace belloque geſtis, adhæc, artium multarum inventione cultuque, nobiliſſimorum. Ob eandem cauſam poſtea etiam Cæſar his pepercit. Appian. de bell. civil. lib. 2. pag. 482: *Athenienſibus quoque ſupplicibus dedit veniam, his verbis: Quoties tandem vos, veſtrapte culpa pereuntes, ſervabit majorum veſtrorum gloria?* Idem Cæſar de Maſſilienſibus in Comm. bell. civil. 2, 22. *Cæſar eos magis pro nomine & vetuſtate, quam pro meritis in ſe civitatis, conſervans.* Porro majorum celebritatem delinquentibus ſæpius præſidio eſſe notavit Bernecccerus ad Sueton. Auguſt. 5,2. m. Ceterum Athenienſes excuſat Vellei. 2,23,5.

11. *Mox cum, &c.*] Vide Vellei. 2,23,4.

VARIORUM.

10. *Muris, poſtquam*] V. e. auctior, *muris munitum, poſtquam.* nec aliter Pall. porro primus hic luxatus eſt, quippe qui ei quod præceſſit. *Mox ſubruto Piræei portu,* adjecerit ſtatim illa quæ habemus poſt medium capitis, *mox ſubruto Pyræei portu Colchis tenus &c.* ceterum intermedia perſequitur ante medium capitis ſexti. *Gruterus.*

Orchomenon altero bello diſſipavit: ſtatimque in Aſiam tranſgreſſus ipſum opprimit. & debellatum foret, niſi de Mithridate trium-
12 phare cito, quam vere maluiſſet. Ac tunc quidem hunc Aſiæ ſtatum Sylla dederat. Ictum cum Ponticis fœdus. recepit Bithyniam a rege Nicomede, ab Ariobarzane Cappadociam:
13 ac ſic erat Aſia rurſus noſtra, ut cœperat. Mithridates tantum repulſus. itaque non fregit res ea Ponticos, ſed incendit. Quippe rex Aſia & Europa quodammodo ineſcatus, non jam quaſi alienam, ſed quia amiſerat, quaſi
14 raptam belli jure repetebat. Igitur ut extincta pa-

SALMASII.

11. *Ipſum opprimit*) Nazarianus: *ipſam opprimit*. & mox, *& debellata foret*. ut de Aſia intelligatur. ſed præſtat vulgatam ſervare, & de ipſo Mithridate accipere.

12. *Recepit Bithyniam a rege Nicomede*] Hoc manifeſto mendoſum, ut aliis jam obſervatum eſt. Aberrantia paululum hæc veſtigia ſequutus, colligo legendum: *Recepit Bithyniam Regi Nicomedi Ariobarzani Cappadociam*. Vitioſa ſcribendi ratio *rege* pro *regi*. Deinde imperitiores correctores præpoſitiones adjecerunt.

FREINSHEMII.

Ut cæperat] Sunt a gloſſa hæc duo verba meo quidem animo.

13. *Quia amiſerat, quaſi raptam*] Ea nimirum humani ingenii conſuetudo eſt, quæ ſemel poſſederunt, jure ſive injuria, putare pro ſuis. Cebetis tabula, pag. 53. Quadrat huc Livii locus, 33, 32, 12. ubi de principibus Carthaginienſibus, qui, Remp. aliquamdiu peculati, induſtria Annibalis eo compendio exciderant: *Tum vero iſti, quos paverat per aliquot annos publicus peculatus. velut bonis ereptis, non furto eorum manibus extorto, infenſi & irati, &c.* Simile eſt illud Cicer. in Verr. 4, 18: *qui non potuerat argentum eripere, ipſe a Diodoro erepta ſibi vaſa optime facta dicebat*. Livius, 34, 35, 17: *Qui exulum conjuges in matrimonio habebant, aut ex bonis eorum aliquid poſſederant, tanquam amiſſuri, non reddituri, indignabantur*, Meuriſſus, de Ep. Metenſ. pag. 308. *veluti de paternis reditibus*. Hieron. ep. 2, 17: *Quicquid non tulerint, ſibi ablatum putant*.

14. *Extincta parum fideliter incendia*] Eodem ſimili, de incendio, utitur auctor ſupra, 2, 15, 15: & infra, 4, 2, 53: Eodem Curtius, 6, 3, 11: *Parva ſæpe ſcintilla contempta, magnum excitavit incendium*.

VARIORUM.

12. *Bithyniam a rege Nicomede, ab Ariobarzane Cappadociam*] Lipſius bene emendat, Electorum 2, 19: *Nicomedes, Ariobarzanes Cappadociam*. Gruterus.

SAL-

parum fideliter incendia majore flamma revi-
viſcunt; ita ille de integro, auctis majorem in-
modum copiis, tota denique regni ſui mole,
in Aſiam rurſus mari, terra, fluminibuſque
veniebat. Cyzicum nobilis civitas arce, mœ- 15
nibus, portu, turribuſque marmoreis, Aſia-
ticæ plagæ litora illuſtrat. hanc ille, quaſi al-
teram Romam, toto invaſerat bello: ſed fidu- 16
ciam oppidanis reſiſtendi nuntius fecit, do-
cens adventare Lucullum. qui (horribile di-
ctu!) per medias hoſtium naves utre ſuſpen-
ſus, & pedibus iter adgubernans, videntibus
pro-

SALMASII.

16. *Et pedibus iter adgubernans*] Frontinus: *& pedibus velut gubernantis dimiſſis*, Lego: *demiſſis*, Sequitur, *velut marina piſtrix*. Piſtores, ſeu piſtrices, an mare habeat, neſcio. Legendum *priſtrix*. In optimo libro *iſtris*, *piſtris* pro *priſtis*, & melius eſt. *Priſticem* tamen dixerunt veteres, & *priſtim*. *Priſtis* & *priſtrix*, pro quo corrupte ſemper ſcribitur *piſtrix*. Actius *priſtices* etiam dixerat. Noſtræ Gloſſæ: *Priſtrix bellua maris. Actius priſtices dixit*. Paulus, mutilator Feſti: *Balenam, belluam marinam, ipſam dicunt eſſe priſticem, & cetum*. Locum illum ita legimus. Nec mirum debet videri, ſi *priſtix* Latini dixerunt. πρίστις *priſtix*, ut Αἴας *Ajax*. In veteri inſcriptione *Tigrix*. Vide indicem inſcriptionum Gruterianarum. Apud Suidam πρήστις pro bellua marina. Unde & πρηστιδες νῆες, quæ & πρίστεις apud Polybium. Latini *priſtes*, quæ etiam dicebantur *Cetenæ* a Ceti magnitudine. Heſychius: κητώδη εἶδος πλοίου.

FREINSHEMII.

Majorem in modum] Suſpicor illud *majorem* adjectum a librariis, qui non intelligerent vim vocis *inmodum*. quod & poſitum ſupra.

Tota denique regni ſui mole] Ita loquitur Tacitus, 6.36.1: *Mox Artabanus tota mole regni ultum iit*.

15. *Cyzicum*] Quæ hic dicuntur, præter alios lege Frontin. 2, 1: & 4, 5, 21. Cicer. ubi ſupra. Plin. 5,32: & 36, 15. Plura ad hanc hiſtoriam ſcribit Strabo, lib. 12, pag. 396. *Camers*. Meminit & Tacitus, 4, 36, 3: & Obſequens, cap. 121.

16. *Lucullum*] Quem inter ſummos imperatores merito ſuo numerat Juſtin. 37, 1, 8. cujuſque ingentes, ſed veræ laudes, apud Cicer., Quæſt. Acad. 4, 1.

16. *Utre ſuſpenſus*] Suetonius, de Cæſare, 57, 4: *ſi flumina morarentur, nando trajiciens, vel innixus inflatis utribus, perſæpe nuntios de ſe prævenit*. ubi Caſaubonum vide. Hiſtoriam recitant etiam Salluſt. H. 3, 3, 7: Frontin. 3, 13, 6: Sidonius, carm. 22, 167.

17 procul quaſi marina priſtix evaſerat. Mox clade converſa, quum ex mora obſidentem regem fames, ex fame peſtilentia urgeret, recedentem Lucullus aſſequitur: adeoque cecîdit, ut Granicus & Æſapus amnes cruenti red-
18 derentur. Rex callidus, Romanæque avaritiæ peritus, ſpargi a fugientibus ſarcinas & pecuniam juſſit, qua ſequentes moraretur. Nec felicior in mari, quam in terra fuga. quippe

SALMASII.

17. *Et ex fame peſtilentia, urgeret*] Particula *&* non adeſt melioribus libris; manifeſto vox excidit, ſine qua ſenſus non poteſt eſſe integer. ſuſpicor deeſſe verbum *fames*. verba Flori: *mox clade converſa, quum ex mora obſidentem regem fames, ex fame peſtilentia, urgeret*. vocem *fames*, ut arbitror, recte ſupplevimus; ut vulgo hactenus lectum eſt, nihil cohærere facile animadverti.

Et Æſapus amnes] *Exopus, etopus, eſopus, Æſopus*: tot modis corruptum hujus fluvii nomen in antiquis libris.

FREINSHEMII.

17. *Obſidentem regem fames, & ex fame peſtilentia*] Correctio eſt a Salmaſio, proba niſi me fallunt omnia. prius legebatur: *regem, & ex fame poſt*. male, ut enim duas peſtis cauſſas ſimul proponere voluiſſet Florus, ita certe locutus non eſſet; dixiſſet potius, *ex mora & fame*. Sic ferme apud Curt. 9, 10, 13. *Famem deinde peſtilentia ſequuta eſt*. Pertinent huc verſus Sidonii Apollinaris carm. 2, 513.

Segnis ad inſignem ſedit cum Cyzicon hoſtis;
Qui cogente fame, cognata cadavera mandens
Vixit morte ſua.

Et carm. 22, 165.

Compulſusque famis diſcrimina ſumma ſubire
Invidet obſeſſo miles Mithridaticus hoſti.

18. *Romanæ avaritiæ*] Adde ſupra, 3, 1, 13. Idem crimen Romanis Galgacus objicit, apud Tacit. Agr. 30, 10. *ſi locuples hoſtis eſt, avari ſunt Romani*.

Spargi a fugientibus, &c.] Idem Tryphon, Syriæ rex, feciſſe dicitur, qui victus per totum iter fugiens pecuniam ſparſit, eaque inſectanda Antiochi equites moratus, effugit, Frontin. 2, 13, 2. Idem fecit Alaricus, Gothorum rex, a Stilicone victus. Lege Claudian. de ſexto conſulatu Honorii. Item de bello Getico, verſ. 610. ubi plura dictavimus. *Camers*. Tribuit hoc etiam Mithridati ſatrapæ Polyænus, lib. 7, & Frothoni ſuo Saxo Sialand. primo Hiſt. Dan. pag. 23. Pertinet eo Syrorum exemplum in ſacris literis, 4 Regum, 7. 7. Adde Polyb. 18, 5: Willermum Tyrenſ. 18, 9.

VARIORUM.

16. *Piſtrix*] Sic & Pall. duo. idem eſſe quod *priſtis*, dudum monuit Sylburgius. eſt in Naz. *Iſtris*, quod eſſe poterat *biſtrix*. Gruterus.

SAL-

pe centum amplius navium claſſem, appara-
tuque belli gravem, in Pontico mari aggreſſa
tempeſtas, tam fœda ſtrage laceravit, ut na-
valis belli inſtar efficeret: plane quaſi Lucul- 19
lus, quodam cum fluctibus procelliſque com-
mercio, debellandum tradidiſſe regem ventis
videretur. Attritæ jam omnes validiſſimi re- 20
gni vires erant, ſed animus malis augebatur.
Itaque converſus ad proximas gentes, totum 21
pene orientem ac ſeptentrionem ruina ſua in-
volvit. Iberi, Caſpii, Albani, & utræque ſol-
licitabantur Armeniæ; perque omnia, & de-
cus, & nomen, & titulos Pompeio ſuo fortu-
na quærebat. Qui ubi novis motibus ardere 22
Aſiam videt, alioſque ex aliis prodire reges;
nihil cunctandum ratus, priuſquam inter ſe
gentium robora coirent, ſtatim ponte navibus
facto, omnium ante ſe primus tranſit Euphra-
tem: regemque fugientem media nactus Ar-
me-

SALMASII.

20. *Animus malis augebatur*] *Magis* Palatinus, perperam.

21. *Et utræque ſollicitabantur Armeniæ*] *Sollicitantur*. Paulo poſt legendum, *per quæ omnia decus & nomen & titulos Pompeio ſuo fortuna quærebat*. *Pompeio ſuo*, eleganter. quod conjectura primum ſcripſeram; poſtea aſſenſerunt aliquot ſcripti.

FREINSHEMII.

Apparatumque] Non dubito legendum *apparatuque*. nam vox *gravis* commodius ad claſſem, quam apparatum, referatur. Nec exempla deſunt: ſupra, 2,2,34: *commeatibus, exercitu, propugnaculis, armis gravis hoſtium claſſis.* & 3,1,11: *Thalam gravem armis theſauroque regis.*

19. *Quodam cum fluctibus procelliſque commercio, &c.*] Ad hanc formam Claudianus:

O nimium dilecte Deo, tibi militat æther,
Et conjurati veniunt ad claſſica venti.

20. *Animus malis augebatur*] Vide ſupra, 1,16,7.

21. *Pomp. ſua fortuna*] Pall. *Pomp. ſuo fortuna.* ſequerer, niſi illud *ſua* heic uſurparetur, ut apud Curt. 3,2,17: *niſi ſuam naturam plerumque fortuna corrumpet.* Gruterus. Idem pluribus hoc de-

mon-

23 menia (quanta felicitas viri!) uno prælio confecit. Nocturna ea dimicatio fuit, & luna in partibus. quippe quaſi commilitans, quum a tergo ſe hoſtibus, a facie Romanis præbuiſſet, Pon-



Pompeio ſua Fortuna] *Pompeii Magni effigies hac, ex gemma, apud F. Urſinum. a Nuntio tamen ſuper elegantiorem dedi ad Martialis 5. lib. 75. Epigram. qua tamen potius effigies filii, ſi credamus.*

monſtrare ſatagit ad Livium, 5, 21, 13. Mihi videbatur leg. *ſuo.* Sic enim & Lucan. 8, 730, cui ut plurimum eadem cum noſtro verba:

Pompeius, fortuna, tuus. ——

De Pompeio ſcripſit etiam L. Ampel. ſi ſic legatur: *per Lucullum item eoſdem Ponticos & Mithridatem: per Pompeium item eoſdem Ponticos & Mithridatem, item Cilicos piratas.*

SALMASII.

23. *Quanta felicitas viri*] Uterque Palatinus, *quantas felicitates viri.*

FREINSHEMII.

23. *Nocturna ea dimicatio*] A qua abhorruiſſe Parthos ſcribit Plut. in Craſſo, cap. 57. Contra Βαρκαῖοι, vel ut legit Valeſ. a Μασυλιεῖς Λίβυες ὅταν πολεμῶσι, τὰς μὲν νύκτας μάχονται, τὰς δ' ἡμέρας εἰρήνην ἄγουσι. Nicol. Damaſc. apud Valeſ. pag. 518.

A tergo hoſtibus, a facie Romanis.] Ita Pall. o.; ut videatur ita ſcripſiſſe auctor, cujus equidem ſententiam firmet Plutarchus, Nicia, cap. 44: *Habebant lunam a tergo, unde ſemet ipſi inumbrantes multitudinem ſuorum & fulgorem involvebant armorum. Hoſtes vero clipei, objecta refulgentes luna, multo plures repræſentabant & validiores.* Plures tamen, immo fere omnes, corrigendum cenſent, *a facie hoſtibus, a terg. Romanis.* & ſi non ita ſcripſerit auctor, debuiſſe ſcribere, quod & Plutarch. Pom. cap. 53. Frontinus, 2, 1, 12. de hac ipſa hiſtoria; & de ſimili Tacitus, H. 3, 23, 6, ubi Lipſii notam vide.

SAL-

Pontici per errorem longius cadentes umbras
ſuas, quaſi hoſtium corpora, petebant. Et Mi- 24
thridates quidem nocte illa debellatus eſt. ni-
hil enim poſtea valuit; quanquam omnia ex-
pertus, more anguium, qui, obtrito capite,
poſtremum cauda minantur. Quippe quum 25
effugiſſet hoſtem Colchos, Siciliæ quoque li-
tora, & Campaniam noſtram ſubito adventu
terrere voluit: Colchis tenus jungere Boſpo-
ron, inde per Thraciam, Macedoniam, &
Græciam tranſilire: ſic Italiam nec opinatus
invadere tantum cogitavit. Nam per defectio- 26
nem civium, Pharnaciſque filii ſcelere præ-
ventus, male tentatum veneno ſpiritum fer-

ro

SALMASII.

25. *Mox ſubruto Piræei portu*] Recte feceris, ſi mihi expungas hæc quatuor verba: quæ ex ſuperioribus illis irrepſere. *mox ſubruto Piræei portu. ſex quoque & amplius muris, &c.* quis vero aut qui ea in hunc locum tranſtulerit, non poſſum ſcire. lego igitur, & diſtinguo, illis ejectis quæ diximus: *Quippe cum effugiſſet hoſtem Colchos, Siciliæ quoque litora, & Campaniam noſtram ſubito adventu terrere voluit, Colchis tenus jungere Boſphorum, inde per Thraciam, Macedoniam, & Græciam, tranſilire, ſic Italiam nec opinatus invadere tantum cogitavit.* in Palatinis; *tamen cogitavit.*

FREINSHEMII.

23. *Umbras ſuas*] *Suas* expungit Lipſius citato loco.

24. *Omnia expertus*] Quod magnopere laudat, & imitandum bellatoribus cenſet Gruterus, ad Tacit. diſcurſu nono. Ex eadem ſchola eſt illud Britannorum, apud Tac. Agr. 15,8. *Virtutes majorum ſuorum æmularentur, neve prælii unius aut alterius eventu paveſcerent.* De Romanis vide ſupra, 1, 18, 19.

25. *Colchis tenus jungere Boſphorum*] Salmaſio Gruteroque monentibus omiſi iſta verba. *mox ſubruto Piræei portu*, quæ inferciunt Impr. errore cod. Naz. qui notatus eſt ſupra, num. 9.

Italiam nec opinatus invadere] Antea invitatus ab Italis. Diodor. in Excerpt. lib. 37.

Tantum] Pall. *tamen.* quod forte verum. *Tamen* enim quandoque pro *tantum* ſumitur. ut apud Livium, 29, 35, 12: Vellei. 2, 28, 5: Frontin. 1, 1, 4.

26. *Male tentatum veneno ſpiritum*] Hoc eſt, *nequicquam, fruſtra.* Inſidias enim tutorum metuens, *antidota ſæpius bibit, & ita ſe exquiſitis tutioribus* (an *exquiſitioribus?*) *remediis ſtagnavit, ut ne volens quidem ſenex veneno mori potuerit.* Juſtin. 37,2,6: Plinius, 25,

2: &

27 ro expulit. Cnæus interim Magnus rebelles Aſiæ reliquias ſequens, per diverſa gentium terrarumque volitabat. Nam ſub Orientem ſequutus Armenios, captis ipſo capite gentis Artaxatis, ſupplicem juſſit regnare Tigranem.

28 At in ſeptentrionem Scythicum iter, tanquam in mari, ſtellis ſequutus, Colchos cecidit. ignovit Iberiæ. pepercit Albanis. regem Colchorum Orodem, poſitis ſub ipſo Caucaſo caſtris, juſſit in plana deſcendere: Arthocen, qui

2: & 23, 8. Hinc certum antidoti genus hodieque *Mithridaticum* appellant.

SALMASII.

27. *Rebelles Aſiæ reliquias ſequens*] Malim, *rebellis Aſiæ reliquias ſequens*.

Captis ipſo capite gentis] *In ipſo capite gentis*. N. non male. ſed nec mala in vulgum edita ſupra, *nec vicorum populatione contentus, in ipſa capita Numidiæ impetum fecit*.

28. *Iter tanquam in mari ſtellis ſequutus*] Proverbio Græci dicebant de iis; qui longum iter, & per deſertas terras, faciebant, διὰ τῶν ἀστέρων ἀποσημαίνεσθαι τὴν ὁδόν. cujus meminit ſcholiaſtes Æſchyli, in Agamemnone. vide etiam Suidam.

VARIORUM.

27. *Rebelles*] Pall. tres, *rebellis*, ſed primus ſtatim, ab eadem manu emendatus ad faciem alteram; & bene. *Gruterus*.

FREINSHEMII.

27. *Tigranem*] Hunc tertio punico bello perdomitum ſcribit L. Ampelius, *Mancino Coſ. & Scipione Æmiliano*. Qui error manaſſe videtur ex corrupta ſcriptura auctoris, quem ſequutus ſit Ampel., & apud eum *tertium Punicum bellum*, pro *tertio Pontico* legerit.

28. *Stellis*] Ita & v. c. & Pall. tres, quomodo etiam ediderat Vinetus, al. edd. *ſtellas*. prius e libro ſuo itidem prodidit Lipſius, d. c. XIX: & nonnulla ego de eadem re, ſuſpicionum lib. 23, cap. 2. *Gruterus*. Simile eſt illud Luciani pr. Icaro Menippi: εἶτα δ᾽ χαρᾷ, καθάπερ οἱ Φοίνικες, ἄστροις ἐτεκμαίρου τὴν ὁδόν. Lucan. 9. 495:

Sideribus novere vias. ——

Adde Plin. 5, 4, 6: Arrian. 6, 4, 31. & Ælian. Hiſt. Anim. 7, 48, 2. Simile quid videtur dicere voluiſſe Arrian. lib. 3. pag. 53. f. quo loco vitium reſidere videtur in εἰς πᾶσιν pro quo forte legi poſſit, ὥστε καὶ, & pro [illegible], [illegible].

Pepercit Albanis] Quippe fratribus, Juſtinus, 42, 2, 4.

Orodem] *Olthacem* vocat Appianus, pag. 253. & in triumpho ductum ſcribit.

In plana deſcendere] Ne videlicet fiducia montium rebellaret. ita factum ſupra, 2, 3, 5: & infra, 4, 12, 59. Similia denique exempla

qui Iberis imperabat, & obſides liberos dare.
Orodem etiam remuneratus eſt, ultro ab Al-
bania ſua lectulum aureum, & alia dona, mit-
tentem. Necnon & in Meridiem verſo agmi- 29
ne, Libanum Syriæ Damaſcumque tranſgreſ-
ſus, per nemora illa odorata, per turis & bal-
ſami ſilvas, Romana circumtulit ſigna. Arabes,
ſi quid imperaret, præſto fuere. Hieroſoly- 30
mam defendere tentavere Judæi, verum hanc
quoque intravit; & vidit illud grande impiæ
gentis arcanum patens, ſub aureo uti cœlo.
Diſſidentibuſque de regno fratribus arbiter
factus, regnare juſſit Hircanum. Ariſtobulo,
quia renuebat eam rem, catenas dedit. Sic 31
Pom-

pla paſſim in hiſtoria Romana invenias. pertinent huc notata ſupra, 2, 15, 6.

SALMASII.

29. *Si quid imperaret*] *Si quod imperaret. N.*

30. *Sub aureo uti cælo*] Lipſius ille, *ſub aureo vitem cælo*, ingenioſe emendaverat: ſed quam vere, adhuc neſcio. antiquum mendum eſt, ut veteres libri monſtrant; qui illud *uti* omnes agnoſcunt. optimæ ſchedæ Divi Nazarii, *ſub aureo uti ſcælo*. fallor omnino, niſi ex illis veſtigiis veſtigium veræ lectionis colligo, quæ eſt, *ſub aureo vitis cælo*: & tollenda diſtinctio, *vidit illud grande impiæ gentis arcanum, patens ſub aureo vitis cælo.* cœlum aureum eſt οὐρανισκὸς χρύσεος, ſub quo illa vitis ipſa etiam aurea: ideo dicit *Arcanum vitis patens ſub aureo cælo.*

Quia renovabat eam rem] Alter Palatinus. *qui renovabat eam rem.*

VARIORUM.

30. *Renovabat*] Reſtitui lectionem v. e. nam ſeqq. *renuebat*, quod hic vix toleret Latinæ linguæ peritior; certe hiſtoriæ Judaïcæ. & vere priorem firmant Pall. tres. *Gruterus.*

FREINSHEMII.

Et obſides liberos dare] Putabam excidiſſe aliquid ante has voces: ſed docuit me Berneccerus, ſenſum eſſe: Arthocen juſſum non ſolum in plana deſcendere, ſed etiam obſides liberos dare.

30. *Hanc quoque intravit*, &c.] Vide Tacit. H. 5, 9, 1: Auguſtin. de civit. Dei 18, 44: Otton. Friſingenſ. 2, 46: Idacium, chronolog. 2, 29. Sulp. Severum, Hiſtoriæ ſacræ lib. 2. Adonis Chronic. ſub anno 4718.

Impiæ gentis] Confer Tacit. 15, 44.

Sub aureo vitem cælo] Nihil certius hac conjectura Lipſiana, quam vide Elector. 2, 5. *Gruterus.*

Quæ

Pompeio duce populus Romanus totam, qua latiſſima eſt, Aſiam pervagatus, quam extremam habebat imperii provinciam, mediam fecit. Exceptis quippe Parthis, qui fœdus maluerunt, & Indis, qui adhuc nos non noverant; omnis Aſia inter Rubrum mare, & Caſpium, & Oceanum, Pompeianis domita vel oppreſſa ſignis tenebatur.

Quæ porro de Judæis hic narrantur, recenſet Joſephus, 14, 5, 6, &c. Ariſtobulus Romæ in Capitolio auream vitem dedicavit.

Catenas dedit] Et in triumpho duxit. Plut. Pompeio, cap. 73.

Quam extremam, &c.] Plinius, 7, 26. *Summa ſummarum in illo gloria fuit (ut ipſe in concione dixit, cum de rebus ſuis diſſereret), Aſiam ultimam provinciarum accepiſſe, eandemque mediam patriæ reddidiſſe.*

VARIORUM.

31. *Sic Pompeio duce*, &c.] Geſta Pompeii compendioſe habes a Plinio, 7, 26; & 37, 1; Val. Max. 8, 15, 8. Auctore de vir. illuſtr. cap. ult. Geſta Pompeii eleganter ſcribit Lucanus, 2, 576. *Camers.*

CAP. VI.

Bellum Piraticum.

1 INterim dum populus Romanus per diverſa terrarum diſtractus eſt, Cilices invaſerant

FREINSHEMII.

DE Piratico bello multa Cicero in oratione, quam habuit de laudibus Magni Pompeii. Livii Epit. 99: Plura Plutarch. Pompeio, cap. 37: Auctor de vir. illuſtr. cap. ult. Val. Max. 8, 15, 8. *Camers.* Vide Dionem, lib. 36; ubi refert, piratas iſtos non alias tantum Italiæ urbes, ſed & ipſam Hoſtiam intraviſſe, loco tamen forte corrupto, certe male Latine facto; eſt ἐς αὐτὸ τὸ ὤστια ἐσέπλεον. niſi enim Hoſtia, aut Oſtia, pluraliter quoque capitur pro colonia Anci regis, legendum eſt ἐς αὐτὴν τὴν ὤστιαν. omnino autem vertendum, *ipſam etiam Hoſtiam*; non uti vulgo, *ipſa etiam oſtia*. Nam Oſtienſe incommodum eſt, de quo Cic. pro l. Manilia, cap. 12.

1. *Dum pop. Rom. per diverſa terrar. diſtractus eſt*] Occaſio illa frequenter cauſſatur bella. Vide Salluſt. Cat. 16, 6: Florum, 3, 5, 4. Plura de hac re ad Livium, 10, 43, 3. Hæc Gruterus, ad Ammianum, 15, 20.

Cilices] Sic appellati ab auctoribus, &, ut ita loqui liceat, principalibus, cum plures populi in ſocietate fuerint. vide Appian. Mithrid. pag. 234.

SAL-

rant maria: ſublatiſque commerciis, rupto fœdere generis humani, ſic maria bello, quaſi tempeſtate præcluſerant. Audaciam perditis 2
furioſiſque latronibus dabat inquieta Mithridaticis prœliis Aſia: dum ſub alieni belli tumultu, exterique regis invidia, impune graſ- 3
ſantur. ac primum duce Iſidoro, non contenti proximo mari, Cretam inter atque Cyrenas, & Achaiam, ſinumque Maleum, quod a ſpoliis *Aureum* ipſi vocavere, latrocinabantur. 4
miſſuſque in eos Publius Servilius, quamvis leves & fugaces myoparonas gravi & Martia claſſe

SALMASII.

3. *Piræeum & Achaiam*] Mirum vero *Piræeum*, qui eſt tantum portus, & ἐπίνειον, inter provincias locum habere: nihil tamen nos adjuvant libri. puto emendandum, *Epirum & Achaiam Pireum* in quibuſdam libris: ex quo videre licet levicula unius literæ trajectione depravatum fuiſſe. Plutarchus, ubi enumerat urbes aut loca ſacra ab illis ducibus everſa: καὶ τῷ Ἰσθμῷ καὶ Ταινάρῳ καὶ Καλαυρείᾳ τοῦ Ποσειδῶνος, τοῦ Ἀπόλλωνος, τοῦ ἐν Ἀκτίῳ καὶ Λευκάδι. Ambracicum igitur tenebant ſinum, & ex eo Epirum infeſtabant latrones. Emendatione noſtra nihil eſſe certius puto.

FREINSHEMII.

Rupto fœdere generis humani] Ea de cauſa Cicero, in Verr. 4, 9: & 5, 29. appellat piratas *communes hoſtes gentium nationumque omnium*. & Plinius, 2, 46. *omnium mortalium hoſtes*. Adde Cic. offic. 3, 29. de ll. 3, 29. Buchanan. Hiſt. Scot. pag. 150. m.

2. *Exterique regis invidia*] Similis ſententia Taciti in cauſſa diſſimili, 3, 53, 6: *Cum recte factorum ſibi quiſque gratiam trahant, unius invidia ab omnibus peccatur*.

3. *Pyræeum & Achaiam*] Non comparet illud *Pyræeum* niſi in Pal. tert. non optimi commatis libro, & vero nihil hic habet quod agat. itaque abjiciatur licet. *Gruterus*. Si tamen retinenda ſit iſta vox, omnino certa eſt Salmaſiana correctio, *Epirum*.

4. *Servilius*] Hiſtoriam præter ſupradictos habent Sex. Ruffus. Valer. Max. 8, 5, 6: Frontin. 3, 7, 1: Claudian. in Eutrop. 1, 2, 17: Eutropius plura, 6, 1. *Camers*. Cic. in Verr. 5, 26. *Unus plureis prædonum duces vivos cepit P. Servilius, quam omnes antea*, etiam ibidem addit de ejus triumpho. Hujus filiam, an neptem, duxit Auguſtus; Sueton., Aug. 62, 1.

Leves & fugaces, &c.] Confer ſupra, 2, 2, 12.

claſſe turbaret, non incruenta victoria ſupe-
5 rat. Sed nec mari ſubmoviſſe contentus, vali-
diſſimas urbes eorum, & diutina præda abun-
dantes, Phaſelin, & Olympon evertit, Iſau-
ronque ipſam arcem Ciliciæ: unde, conſcius
ſibi magni laboris, *Iſaurici* cognomen ada-
6 mavit. Non ideo tamen tot cladibus domiti ter-
ra ſe continere potuerunt: ſed ut quædam ani-
malia, quibus aquam terramque colendi ge-
mina natura eſt, ſub ipſo hoſtis receſſu impa-
tientes ſoli in aquas ſuas reſiluerunt; & ali-
7 quanto latius, quam prius. Sic ille quoque
ante felix, dignus nunc victoria Pompeius vi-
ſus eſt, & Mithridaticæ provinciæ factus ac-

ceſ-

SALMASII.

7. *Et Mithridaticæ provinciæ factus acceſſio*] Ridiculum mendum, cujus hic ſenſus: Pompeium factum eſſe acceſſionem Mithridaticæ provinciæ. Hoc quale ſit, neſcio. Vel puer videret legendum eſſe: *dignus nunc victoria Pompeius viſus eſt, & Mithridaticæ provinciæ facta eſt acceſſio.* Quod jam non explico, cum ſatis multi ſint, qui hiſtorias norunt.

FREINSHEMII.

Non incruenta victoria] Quod in cauſſa fuiſſe putat magni, nec immerito, nominis politicus, cur Pompeio bellum iſtud decerneretur. falſo. Idem enim Pompeius Lucullo, quo nemo Roman. incruentius vicerat, ſucceſſor miſſus eſt. quid autem Pompeium exciverit, memorat auctor, ſeq. mox numero 6.

5. *Phaſelin, & Olympum*] Urbes ſunt Lyciæ maritimæ & maximæ, quæ piratarum & prædonum ſemper domicilium & receptaculum fuerunt, & ea de cauſſa hoc bello etiam, & a Servilio, expugnatæ & deletæ ſunt. Strabo, lib. 14. 457: Cicer. in Verrem, 4, 10. *Stadius*. Adde Cic. in Verr. 1, 21: & Euſtath. ad Iliad. α. Salluſt. Hiſt. 1.

Iſauron] Quæ poſtea *Claudiopolis*, a Claudio, qui eo coloniam deduxit.

Iſaurici cognomen] Val. Max. 8, 5, 6: *majorum ſuorum titulis Iſaurici cognomen adjecit*. De cognomentis hujuſmodi dictum aliquid ſupra, 1, 11, 9. p.

6. *Quædam animalia*] Facit ad hoc quod ſcribit Plin. 9. Item in libro qui de admirandis in natura inſcribitur, & Ariſtoteli falſo adſcribitur: eſt enim non Ariſt. ſed Theophraſti opus; ut ex citatione Plinii deprehendimus. Plinius enim, 9, 57. citat Theophr. in his quæ habentur, cap. 61. & ſeqq. in eo libro. *Camers*. Hanc autem ſimilitudinem elegantiſſime uſur-

pa-

Digitized by Google

ceſſio. Ille diſperſam toto mari peſtem ſemel & in perpetuum volens extinguere, divino quodam apparatu aggreſſus eſt. Quippe quum 8
claſſibus ſuis, & ſocialibus Rhodiorum abundaret, pluribus legatis atque præfectis utraque Ponti & Oceani ora complexus eſt. Gellius Tuſco mari impoſitus; Plotius Siculo. Gratilius Liguſticum ſinum, Pompeius Gallicum 9
obſedit, Torquatus Balearicum, Tiberius Nero Gaditanum fretum, qua primum maris no-

pat Heinſius, in laudatione Mauritii, pag. 26.

6. *In aquas ſuas reſiluerunt*] De hac gente Ammianus, 1[illegible]5: *Atque (ut Tullius ait) ut etiam feræ monitæ plerunque ad eum locum, ubi aliquando paſtæ ſunt, revertuntur: ita omnes inſtar turbinis digreſſi montibus impeditis & arduis, loca petivere mari confinia.*



Dignus nunc victoria] *Memoria imperii in inſulas, oras maritimas, & claſſes Populi Rom. quod Pompeio in bello piratico fuit datum, hoc denario conſecrata eſt: in quo vides Jovis terminalis caput, a M. Terentio Varrone, qui unus ex* xv. *legatis in hoc bello fuit, ut paulo poſt* 10. ſegm. Florus *docet, ſignatum. In averſa parte Delphin, ſceptrum, aquila, notat imperium hoc maritimum Pompeio decretum.*

FREINSHEMII.

8. *Pluribus legatis*] xxv. numerat, nec tamen ultra xv. nominat Appian. pag. 236. vide Vellei. 2, 32, 3.

9. *Fretum, qua primum*] Diſſentit hoc loco Florus a ceteris, non voluntate ſua, ſed vitio librariorum. Diſtinctione res conveniet. Si ita ſcribas; *fretum: qua primum maris noſtri limen aperitur, Lentulus; Libycum Marcellinus; Ægyptium*

noſtri limen aperitur: Lentulus Libycum; Marcellinus Ægyptium; Pompeii juvenes Adriaticum; Varro Terentius Ægæum, & Ponticum; Pamphylium Metellus; Aſiaticum Cæpio; ipſas Propontidis fauces Porcius Cato

11 ſic obditis navibus quaſi portam obſeravit. Sic per omnes æquoris portus, ſinus, latebras, receſſus, promontoria, freta, peninſulas, quicquid piratarum fuit, quadam indagine incluſum & oppreſſum eſt.

12 Ipſe Pompeius in originem fontemque belli Ciliciam verſus eſt: nec ho-

tium Pompeii juvenes; Adriaticum Varro Terentius; Ægæum, Ponticum, & Pamphylium Metellus.

SALMASII.

10. *Pamphylium Metellus; Aſiaticum Cæpio*] In omnibus ita diſtinctum reperi: *Varro Terentius Ægæum & Ponticum & Pamphylium, Metellus Aſiaticum.* Sed non ſine vitio. Nam verum eſt: *& Pamphylium Metellus; Aſiaticum Cæpio.*

Quaſi portam, obſervavit] Ille Lipſius: *quaſi porta obſeravit.* Alii paulo aliter. Nobis verum videtur: *Sic obditis navibus, quaſi portam, obſeravit.* Ut obditis peſſulis vel clauſtris portæ obſerantur, ſic ille obditis navibus Propontidis fauces quaſi portam obſeravit. Non potuit uti elegantiore & congruentiore metaphora.

12. *Ciliciam verſus eſt*] *Verſus eſt*, ignorant vetuſtiſſimi Codices. oratio forte pendet a ſuperioribus, & legendum: *ipſe Pompeius originem fontemque belli Ciliciam* ἀπὸ κοινοῦ obſedit, occupavit: vel retinendum, *ipſe Pompeius originem fontemque belli Ciliciam.* ut eleganter ſubintelligatur, vel *impetum fecit*; vel aliud quid.

FREINSHEMII.

10. *Terentius Ægæum*] Ionium ei tribuit Appianus, cui ſane conſentit Plinius, 3, 11. Ut appareat, corruptum eſſe hac in parte Florum; quod & Vinetus opinatur. Eidem Varroni Plinius, 7, 30: & 16, 4. navalem coronam hoc bello contigiſſe tradit, quod equidem nemo, quod ſciam, auctorum dicit. Vellei. etiam, 2, 81, 3. *corona navali neminem unquam Roman.* ante Agrippam, *donatum* expreſſe affirmat. Item Seneca benef. 3, 32. hoc ſenſu videtur appellare coronam navalem, *unicum inter dona militaria decus.*

Quaſi portam obſervavit] Ita & v. e. nam Camertis, *portum*; Stadii, *obſeravit.* quomodo & Pal. tert. nam pr. ac ſec. accedunt lectioni primæ. Lipſius d. c. XIX. dicit, legere ſe illuſtri imagine, *quaſi porta obſeravit.* non male. vulgato tamen patrocinatus ſum in ſuſpicionibus lib. 5. cap. 1. neque mutari debet. *Gruterus.* Salmaſius legebat *quaſi portam obſeravit*, navibus videlicet obditis quaſi peſſulis.

11. *Quadam indagine*] Eadem ſimi-

hoſtes detrectavere certamen, non ex fiducia, ſed quia oppreſſi erant, auſi videbantur:
ſed nihil tamen amplius, quam ut ad primum 13
ictum concurrerent. Mox ubi circumfuſa undique roſtra viderunt, abjectis ſtatim telis remiſque, plauſu undique pari, quod ſupplicantium ſignum fuit, vitam petiverunt. Non 14
alias tam incruenta victoria uſi unquam ſumus: ſed nec fidelior in poſterum reperta gens ulla eſt. Idque proſpectum ſingulari conſilio ducis, qui maritimum genus a conſpectu longe removit maris, & mediterraneis agris quaſi obligavit. Eodemque tempore & uſum 15
maris navibus recuperavit, & terræ homines ſuos

ſimilitudine utitur infra, 4, 2, 32: & 4, 12, 48.

12. *Verſus eſt*] Hujus generis exempla in hoc auctore ſunt infra, 3, 10, 18: 4, 2, 64, & 67, ſic apud Virgil.

Ecquis erit mecum, juvenes, qui primus in hoſtem?

SALMASII.

14. *Non alias tam incruenta victoria*] Legeres ex Nazariano, ſi velles, *non alia tam incruenta victoria.* nihil ego mutem.

Idque proſpectum eſt] Quidam, nec pejoris notæ Codices, *idque reproſpectum.* quidni Latinum poſſet eſſe verbum *reproſpicere*, ſicut *repromittere*? de quo nos alias pluribus.

Et mediterraneis agris quaſi obligavit] Hoc *quaſi*, cujus vim ex frequente χρήσει Annæi didicimus, neſcio quid amplius requirere videtur. ut libro quarto, *ſic ſomno, quaſi morte, ſoluta eſt.* paulo ſupra, *ſic obditis navibus, quaſi portam obſeravit.* ſic hoc loco, *& mediterraneis agris, quaſi aquis, obligavit.* ita quidem unus Palatinus. prima editio, cujus collatione feliciſſime defunctus eſt vir clariſſ. & doctiſſimus J. Gruterus, *aquis* repræſentat. ſed, ut verum fateamur, nobis magis placet quod in vulgum vulgatum eſt, ut cum Ennio loquar.

FREINSHEMII.

Non ex fiducia, &c.] Eodem ſenſu apud Livium, 21, 40, 6: *Nec nunc illi, quia audent, ſed quia neceſſe eſt, pugnaturi ſunt.* & Tacitum Agr. 34, 4. *reliquus eſt numerus ignavorum & metuentium, quos quod tandem inveniſtis, non reſtiterunt, ſed deprehenſi ſunt noviſſimi, &c.* An & in Floro legas rectius *deprenſi*, quam *oppreſſi*? certe elegantius.

14. *Singulari conſilio ducis*] Simile infra, 4, 12, 59.

FREINS.

Digitized by Google

ſuos reddidit. Quid prius in hac mirere victoria? velocitatem, quod quadrageſimo die parta eſt? an felicitatem, quod ne una quidem navis amiſſa eſt? an vero perpetuitatem, quod amplius piratæ non fuerunt?

FREINSHEMII.

15. *Quid prius miremur*] Similiter locutus Papinius, Silvarum 2, 279:

—— Locine
Ingenium, an domini, mirer prius? ——

Plinius, 36, 15. de theatro Curionis; *Quia enim miretur quiſque in hoc primum, inventorem, an inventum?* &c.

Quadrageſimo die] Ita Zonaras, ſecundo Annal. *Undequinquageſimo* eſt apud Cicer. pro L. Manilia, cap. 12. Similem in eodem celeritatem notat Plutarch. in vita, cap. 20. *quadraginta diebus, annum tunc agens quartum & vigeſimum, hoſtes oppreſſit, Africam ſubegit, regna regumque negotia compoſuit.* Celeritatem autem in duce quantivis pretii eſſe, ſatis indicat Curtius, 5, 5, 3. *Nullam virtutem regis iſtius magis, quam celeritatem, laudaverim.* & magis etiam Dio, ſub finem lib. 42: Cæſar *in omnibus negotiis celeritate plurimum conſecutus eſt; neque ulla alia cauſſa fuit, cur omnes ea tempeſtate duces tantum rei bellicæ gloria præcelleret.*

CAP. VII.

Bellum Creticum.

1 CReticum bellum, ſi vera volumus noſcere, nos fecimus; ſola vincendi nobilem in-

VARIORUM.

DE hoc bello Liv. Epit. 99: Euſeb. lib. temp.: Eutrop. 6, 4: Val. Max. 7, 6, 1. ext. Lege quæ de Creta inſula ſcribunt Solinus, cap. 6: Plin. 4, 12: Diodor. 5, 64, &c. Plura Strabo, lib 10: Virgil. Æn. 3, 104. Avienus:

—— Nutrix hinc Creta tonantis,
Multa latus glebæque ferax, &c.

Sic enim legendum eſt, non *glebam.* Camers.

FREINSHEMII.

1. *SI vera volumus noſcere*] Sic duo Pall. e. v. Naz. autem, *noſce*, ut videatur fuiſſe, *noſſe.* Verbum tamen *noſcere* eadem ſignificatione reperiri, ſupra, 1, 8, 6. exemplo Taciti demonſtravimus. Simile autem protulit noſter, ſupra, 2, 18, 3: & infra, 3, 18, 1. ita apud Curt. 6, 3, 6: *ſi verum fateri volumus.* 7, 1, 28: *ſi verum audire vis.* ita apud Livium, 31, 18, 3: *inſuetus audire vera* Philippus. & 34, 2, 15: *ſi vera dicere volumus.* ita, *ſi verum audire velis*, Apulei. in apolog. *Si diſcuſſa opinionum caligine verum volumus.* Baro und. in Hiſt. Belg. ubi de Hornano injuria adfecto a Gran-

Digitized by Google

inſulam cupiditate. Faviſſe Mithridati videbatur. hoc placuit armis vindicare. Primus invaſit inſulam Marcus Antonius, cum ingenti 2
quidem victoriæ ſpe atque fiducia, adeo, ut plures catenas in navibus, quam arma portaret. Dedit itaque pœnas vecordiæ. Nam pleraſque naves intercepere hoſtes: captivaque 3
corpora religata velis ac funibus pependere: ac ſic velificantes triumphantium in modum Cretes portibus ſuis adremigaverunt. Metellus deinde totam inſulam igni ferroque populatus, intra caſtella & urbes redegit, & 4
Cnoſſum, & Erythræam, &, ut Græci dicere ſolent, *urbium matrem* Cydoniam: adeoque 5
ſæva

Granvellano. Aures quippe hominum ita plerumque formatæ ſunt; ut aſpera quæ vera, nihilque niſi jucundum & adulatorium accipiant. Quo pertinet illud Agathonis, quod refert Athenæus, 5, 13:

εἰ μὲν φέρω τἀληθὲς, οὐχί σ' εὐφρανῶ.
εἰ δ' εὐφρανῶ τι, οὐχὶ τἀληθὲς φέρω.

Adde Cic. ad Brutum ep. 15.

Nos fecimus] Similem Roman. iniquitatem arguit infra, 3, 9, 2.

SALMASII.

4. *Urbium matrem, Cydonam*] *Cydona* erit pro *Cydon*. *Cydonam* pro *Cydonem*. ſed *Cydon* illa urbs Græce non dicitur, nec Κυδών. ſed Κύδων eſt πολίτης, urbs ipſa Κυδωνία. Stephanus, ut alios omittam, Κυδωνία πόλις Κρήτης, ἡ πρότερον Ἀπολλωνία ἀπὸ Κύδωνος τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀκακαλλίδος Μίνως θυγατρός. Legendum igitur hoc loco *Cydoniam*, non *Cydonam*. & recte vetuſtiſſimus atque optimus liber habet *Cydoneam*, pro *Cydoniam*.

FREINSHEMII.

Faviſſe Mithridati] Adde ſupra, 2, 11, 2. Bellum ut decerneretur Cretenſibus, jam dudum potentes quoſdam homines Romæ laboraſſe, intelligas ex Cic. Verr. 2, 31.

2. *M. Antonius*] Cujus meminit Cicero, in Verrina quarta; & ſcribit Aſconius, iſto Cretenſi bello, morbo interiiſſe, nihil meliorem M. Antonio triumviro, de quo, lib. 4. Vinetus. Loquitur de hoc Vellei. 2, 31, 3. Plut. Antonio, cap. 1. qui *Creticum* etiam appellat; quam ob rem, nondum video.

Plures catenas, &c.] Adde Tacit. 2, 18, 2; & quæ collegit in obſer-

ſæve in captivos conſulebatur, ut veneno ſe
5 plerique conficerent: alii deditionem ſuam ad
6 Pompeium abſentem mitterent. Et quum ille
res in Aſia gerens, eo quoque præfectum miſiſſet Antonium, in aliena provincia inclitus
7 fuit: eoque infeſtior Metellus in hoſtes jus victoriæ exercuit: victiſque Laſthene & Panare Cydoniæ ducibus, victor rediit. nec quicquam amplius tamen de tam famoſa victoria,
8 quam cognomen *Creticum* reportavit.

CAP.

ſervat. ſuis Piccartus, lib. 10. cap. 6. ubi plura exempla talis vecordiæ. Vide interim Herodot. 1,66. Ariſtid. Orat. XIII. pag. 211, f. Alex. gen. dier. pag. 471: & ibi Tiraquellum.

4. *Cydoneam*] Hodie *Canea*, ut teſtatur Petrus Bellonius, obſervationum 1. 5.

SALMASII.

6. *In aliena provincia inclitus fuit*] Vineti libri, & noſtri, *inritus*. Lego addita negatione: *in aliena provincia non inritus fuit.*

Laſthene & Panare, Cydonæ ducibus] Ex iis, quæ ſupra docuimus, *Cydoniæ* ſcribendum. In altero Palatino, *Laſthene, Panace, Cydoce*. Quaſi tres eſſent ſimul duces. Male.

Victor rediit] *Redit.*

FREINSHEMII.

5. *Veneno*] Sic Ptolemæus, infra, 3, 9, 3: & Cantabri, 4, 12, 50.

6. *Antonium*] *Octavium* vocat Dio, lib. 36.

Inclitus] Eſt a v. e. neque aliter Pal. ſec. aut tert. aliæ enim, *irriſus*. Vineti, *irritus*, quod & in Naz. ſed præter ſententiam auctoris, qui vult, Pompeium clarum factum in provincia non ſua. *Gruterus*. Videatur tamen Naz. Vinetique ſenſum tutari Dio dicto loco, qui, non obſtante Pompeii legato, Metellum bellum iſtud nihilominus invito eo patraſſe ſcribit: quod etiam volunt ſequentia noſtri auctoris; *eoque infeſtior, &c.*

CAP. VIII.

Bellum Balearicum.

QUatenus Metelli Macedonici domus 1
bellicis nominibus aſſueverat, altero ex
liberis ejus Cretico facto, mora non fuit,
quin alter quoque *Balearicus* vocaretur. Ba- 2
leares per idem tempus inſulæ piratica rabie
corruperant maria. Homines feros atque ſil-
veſtres mireris auſos a ſcopulis ſuis ſaltem ma-
ria proſpicere. Aſcendere etiam inconditas 3
rates, & prænavigantes ſubinde inopinato im-
petu terruere. Sed quum venientem ab alto 4
Romanam claſſem proſpexiſſent, prædam pu-
tan-

VARIORUM.

DE hoc bello Epit. Liv. 60. De his inſulis lege quæ ſcribunt Plinius, 3, 5: & Strabo, lib. 3. pag. 115: a Græcis enim *Baleares* dicuntur, a fundarum jactu, quibus homines iſti maxime utebantur. Auctor Dionyſius poëta, verſu 457. Alio nomine *Gymneſiæ* dicuntur, quoniam earum incolæ nudi ſunt: γυμνὸς enim nudus appellatur. Plura ſcribit Diod. 5, 17, &c. *Camers.*

FREINSHEMII.

1. *Altero ex liberis ejus*, &c.] Magna eſt apud Florum ἀνιστορησία, quod Balearicum faciat Cretici fratrem, & utrumque Metelli Macedonici filium. nam Balearicus fratrem habuit L. Metellum Dalmaticum, a Dalmatia devicta cognominatum: ita ut funus Macedonici patris a duobus filiis triumphalibus elatum fuerit. ſed Creticum, cujus ſuperiore bello cognomen a Creta devicta ſumptum eſt, fuiſſe L. Metelli Dalmatici filium, Macedonici nepotem, ex tab. Capitol. veriſimile eſt. ita ut hic ſexaginta annorum intervallo in tempore digerendo ex nominum confuſione aberratum ſit. Auctores Strabo libro tertio: Epit. Liv. 60: Oroſius, 5, 13: Plinius, 7, 44: Velleius: Valerius Maximus. Hactenus Stadius. Pro Floro dixerim, liberorum appellatione etiam nepotes & pronepotes, ceteroſque deſcendentes, contineri. ut in l. 220. de V. S.

2. *Inſula*] Vox iſta non videtur genuina; ſenſus certe ejecta ea longe fiat venuſtior.

3. *Inconditas rates*] Vide Zonar. tom. 2. pag. 92.

Digitized by Google

tantes, auſi etiam occurrere: & primo impetu ingenti lapidum ſaxorumque nimbo claſ-
5 ſem operuerunt. Tribus quiſque fundis præliatur. Certos eſſe quis miretur ictus, quum hæc ſola genti arma ſint, id unum ab infantia ſtudium. Cibum puer a matre non accipit, niſi quem, ipſa monſtrante, percuſſe-
6 rit. Sed non diu lapidatione terruere Romanos. poſtquam cominus ventum eſt, expertique roſtra, & pila venientia, pecudum in morem clamore ſublato petierunt fuga litora: dilapſique in proximos tumulos, quærendi fuerunt, ut vincerentur.

Cap.

Freinshemii.

5. *Tribus fundis*] Quæ tam ad Baleares noſtros, quam alias funditorum nationes, attineant, invenias apud Lipſium, Poliorc. 4, 2, & 3.

Certos ictus] Quales Liguſticis funditoribus tribuit Ariſtot. mirab. cap. 77.

Cibum puer a matre non accipit, &c.] Vegetius, 1, 16. Lycophron, Caſſandra:

Ο' γὰρ τὶς αὐτῶν ψαύσεται πύρνον γνάθῳ,
Πρὶν ἂν κρατήσῃ ναστὸν εὐστόχῳ λίθῳ
Ὑπὲρ τράφηκος, σῆμα κείμενον σκοποῦ.

Idem hoc Tartaris adſcribit Bonfinius, Decad. 2. lib. 8; & Specula Suecorum, cap. 18. Lapponibus autem Damianus a Goës, in deſcriptione Lapponiæ.

6. *Quærendi fuerunt ut vincerentur*] Vide ſupra, 2, 3, 6.

Cap. IX.

Expeditio in Cypron.

1 Aderat fatum inſularum: igitur & Cypros
2 recepta ſine bello. Inſulam veteribus divitiis

Variorum.

Quod hoc capite continetur, habetur abunde a Plut. in vita Catonis junioris. Meminit abbreviator Livii, lib. 104. *Camers.*

Freinshemii.

1. *Aderat fatum inſularum*] Eodem redit illud ſupra, 2, 16, 1: *Quaſi ſeculum illud everſionibus urbium curreret.*

vitiis abundantem, & ob hoc Veneri ſacram Ptolemæus regebat. Sed divitiarum tanta erat 3
fama, nec falſo, ut victor gentium Populus, & donare regna conſuetus, Publio Clodio Tribuno duce, ſocii vivique regis confiſcationem mandaverit. Et ille quidem ad rei fa- 4
mam veneno fata præcepit. ceterum Porcius Cato

FREINSHEMII.

2. *Et ob hoc Veneri ſacram*] Non video quænam hæc aſſertionis ratio ſit: dives eſt, ergo Veneri ſacra; potius Junoni fuiſſet. apparet ergo legendum *adhoc*, id eſt, inſuper, quo verbo & alias utitur. *Veneri* vero *ſacram*, ſicut & Camers notavit, ideo fuiſſe putant, quod mos eſſet Cypriis virgines ante nuptias proſtituere, ut dotalem pecuniam quærerent. Juſtin. 18, 5, 4. quem ab ipſa Venere inſtitutum Lactantius, 1, 17. aſſerit. Sed hic mos cum & aliis gentibus fuerit, ut citato Juſtini loco Berneccerus indicat; magis ideo Veneri ſacra dicta fuit hæc inſula, quod ibi præcipuo honore coleretur: quod præter alia notiora, etiam ex Tacito, 3, 62, 7. claret. Hinc etiam *Cypris, & Cypria*, creberrime vocatur Poëtis. Hoc enim magis crediderim, quam quod Annal. tom. 1. Inſulam a Dea nominatam Zonaras prodit.

3. *Divitiarum tanta erat fama*] Hæc igitur haud dubie cauſſa fuit ejus rei, quamvis excuſent alii, & in Ptolemæum Clodiumque rejiciant, ut Strabo extr. lib. 14: Vellei. 2, 45, 8: Dio, lib. 38. Sed Clodio eam privatim fuiſſe cauſſam non negem: populo Rom. quæ alia niſi divitiarum cupido? nec enim latet Rom. eo tempore avaritia, quam exprimit Galgacus, apud Tacit. Agr. 30, 10: *Romani, ſi locuples, hoſtis eſt, avari: ſi pauper, ambitioſi.* Improbant certe factum illud ſummopere Cicero pro domo, cap. 8: Ammianus Marcell. 14, 27: Ruffus, cap. 13.

Donare regna conſuetus] Ejus rei non unum occurrit exemplum in Romana hiſtoria; quæ haud parca manu cumulavi ad illa Tacit. 4, 5, 5: *Mauros Juba rex acceperat, donum pop. Rom.* quatenus autem donatio iſthæc eis lucroſa fieret, prodidimus large etiam ad ejuſd. Taciti Agric. 14, 2. *Gruterus.* Adde Manlii verba apud Liv. 38, 47, 13. Porro videatur auctor noſter imitatus Cicer. pro Sextio, cap. 26. Ille enim ita: *ut ſedens cum purpura & ſceptro, & illis inſignibus regiis, præconi publico ſubjiceretur: & imperante pop. Romano, qui etiam bello victis regibus regna reddere conſuevit, rex amicus, nulla injuria commemorata, nullis repetitis rebus, cum bonis omnibus publicaretur.*

4. *Ad rei famam veneno fata præcepit*] Canidium, familiarem ſuum, in Cyprum præmiſerat Cato, qui Ptolomæo, ut ſponte legi Clodiæ cederet, perſuaderet: daturum ipſi Pop. Rom. Veneris Paphiæ ſacerdotium, quod ut opulentiſſimum, ita præcipuæ dignitatis apud Cyprios habebatur. Rex hauſto veneno ab ea contumelia ſeſe liberavit. Stadius ex Plut. Caton. Utic. cap. 48. &c. Vide etiam Dionem, lib. 39. & Val. Max. 9. 4. ext.

5 Cato Cyprias opes liburnis per Tiberinum oſtium invexit. quæ res latius ærarium populi Romani, quam ullus triumphus, implevit.





Cyprias opes] *Memoriam hujus Provinciæ, quam jure prætorio, ſeu quæſtor pro prætore geſſit Cato, ſervavit hic nummus.*

FREINSHEMII.

5. *Cyprias opes*] Confectam pecuniam 7000. talentorum ſcribit Plut. Cat. cap. 54. Lucanus certe inter maximas pop. Rom. opes recenſet, 3, 164.

Quod Cato longinqua vexit ſuper æquora Cypro.

CAP. X.

Bellum Gallicum.

1 ASia Pompeii manibus ſubacta; reliqua, quæ reſtabant in Europa, fortuna in Cæ-

SALMASII.

1. *Reliqua, quæ reſtabant*] Unus Palat. *reliquas.* alter *reliquias.* optimus omnium Nazarian. *reliqua.* inviti hæc minuta perſequimur, & maxime cum feſtinamus.

VARIORUM.

QUæ hoc capite continentur, ſcribit Livii abbreviator, lib. 103: & ſeqq. Plutarch. Cæſare, cap. 26: &c. Sueton. Cæſ. cap. 25. Appianus, in Celtico. Lucanus, in primo. & latius Cæſar ipſe, in ſeptem libris ſuorum commentariorum de bello Gallico. Geſta Cæſaris compendioſe, more ſuo, lege ex Plin. 7, 25. Non obſcura ſunt quæ Eutropius, Oroſius, ceteri, ſcribunt. *Cavers.*

SAL-

Digitized by Google

Cæſarem tranſtulit. Reſtabant autem immaniſſimi gentium Galli, atque Germani. & quamvis toto orbe diviſa, tamen qui vinceret, habuit Britannia. Primus Galliæ motus ab Helvetiis cœpit: qui Rhodanum inter & Rhenum ſiti, non ſufficientibus terris, venere ſedem pe- 2



In Cæſarem] *C. Julii Caſaris imago in denario*, (*melior, imo omnium elegantiſſima in marmore, apud* Rubenium) *cujus laurea lemniſcis caret. Vide quæ notata ad* Wildian. Select. Num. LXXVIII. a Tenzelio, ad Com. Swartzburg. Select. Numm.

SALMASII.

2. *Sedes petitum*] *Sedem* manuſcripti cum vetuſta editione.

FREINSHEMII.

2. *Immaniſſimi gentium*] Pleni hoc elogio auctorum libri. unicum adſcribam Hegeſippum, 2, 9: *Galliarum incolæ populi natura feroces.* & mox: *immanes Germani, qui magnitudine corporum, & contemptu mortis, ceteris validiores.*

Et quamvis toto orbe diviſa, tamen, &c.] *Finis erat orbis ora Gallici litoris, niſi Britannia inſula, non qualibet amplitudine, nomen pene alterius orbis mereretur.* Solin. cap. 25: Virg. Eclog. 1, 67:

Et penitus toto diviſos orbe Britannos.

Claudianus, de laud. Stilicon. 3, 149:

Vincendos alio quæſivit in orbe Britannos. Camers.

Appianus, in Præfatione: *Brit. inſula, quæ præ magnitudine videri poſſit alia terra continens.* Hegeſippus, loco modo citato: *Britannia extra orbem poſita, ſed Rom. virtute in orbem redacta. Quos ætas ſuperior ignoravit, didicit Rom. victoria.* Ex hac ratione D. Hieron. ad Gerontiam, ſub fin. *extremos hominum* vocat *Morinos*. Si tamen Saxoni, & Alberto Cranzio, Norvagiæ 1, 28. credimus, diu ante Romanos Britanniam irrupere Dani, aliique Septentrionales, ut Romani eam ſibi primitus cognitam falſo glorientur.

petitum, incenſis mœnibus ſuis. hoc ſacramen-
3 tum fuit, *ne redirent*. Sed petito tempore ad
deliberandum, quum inter moras Cæſar, Rho-
dani ponte reſciſſo, abſtuliſſet fugam, ſtatim
bellicoſiſſimam gentem ſic in ſedes ſuas, quaſi
4 greges in ſtabula paſtor, deduxit. Sequens
longeque cruentior pugna Belgarum, quippe
pro libertate pugnantium. Hic quum multa
Romanorum militum inſignia, tum illud egre-
gium ipſius ducis: quod, nutante in fugam
exercitu, rapto fugientis e manu ſcuto, in
primam volitans aciem, manu prælium reſti-
5 tuit. Inde cum Venetis etiam navale bellum:
ſed major cum Oceano, quam cum ipſis na-
vibus rixa. quippe illæ rudes & informes, &
ſtatim naufragæ, quum roſtra ſenſiſſent. ſed
hærebat in vadis pugna, quum æſtibus ſolitis
cum

SALMASII.

4. *Sequens longeque cruentior*] Quidam libri novum caput hic incipiunt, *De Bello Belgarum*, & ſine copula legunt, *ſequens longe cruentior*.

FREINSHEMII.

Manibus ſuis] Forte ſic leg. in Petronii Carmine, de bello civili, verſu 282.

3. *Quaſi greges in ſtabula paſtor*] Eadem ſimilitudine utitur Juſtinus, 8, 5, 7.

4. *Rapto fugientis e manu ſcuto, in primam volitans aciem*, &c.] Similia Cæſaris facta, apud Val. Max, 3, 2, 19: Sueton. 62, 1: & noſtrum infra, 4, 2, 82.

5. *Major cum Oceano*, &c.] Sic infra, 4, 2, 75.

VARIORUM.

4. *Belgarum*] Ex verbis Flori hic poſitis, item Cæſ. comment. 2, 17, &c. rurſus ex Val. Max. 3, 2, 19: item ceteris, deprehendimus, hunc locum inſigniter depravatum, ut non *Belgarum* legendum ſit, ſed *Nerviorum*. ait enim hic Florus: *In hac pugna multa Rom. inſignia fuiſſe, tum illud egregium ipſius ducis, quod nutante in fugam exercitu, &c.* Hoc autem non in pugna cum Belgis, ſed cum Nerviis, accidiſſe, ſcribit Cæſar, & Val. Max. Accedit ad hoc, quoniam Belgæ facili pugna a Cæſare ſuperati ſunt. Lege Cæſ. de bell. Gall. 2, 10, &c. & Livium, lib. 104. *Camers*. Sed videtur oblitus ille, Nervios ex Belgis eſſe. *Vinetus*.

SAL-

Digitized by Google

cum ipſo certamine ſubductus Oceanus intercedere bello videretur. Illæ quoque acceſſere 6
diverſitates pro gentium locorumque natura. Aquitani, callidum genus, in ſpeluncas ſe recipiebant: juſſit includi. Morini dilabebantur in ſilvas: juſſit incendi. Nemo tantum fero- 7
ces dixerit Gallos: fraudibus agunt. Induciomarus Treviros, Ambiorix convocavit Eburones. utrique, abſente Cæſare conjuratione facta, invenere legatos. ſed ille fortiter a Do- 8
labella ſummotus eſt, relatumque regis caput. hic, inſidiis in valle diſpoſitis, dolo perculit. itaque & caſtra direpta ſunt, & aurum ablatum. Cottam cum Titurio Sabino legato ibi amiſimus. Nec ulla de rege mox ultio. quippe perpetua trans Rhenum fuga latuit. Nec 9
Rhenus ergo immunis. nec enim fas erat, ut liber

SALMASII.

8. *Cottam cum Titurio*] *Cottam* in Nazariano. verius alter Palat. *Lucium Cottam.*

FREINSHEMII.

Intercedere bello] Ita ſupra, 3, 4, 2.

6. *Aquitani, callidum genus*] Abbo, de obſidione Lutetiæ, lib. 2:

Calliditate venis, acieque Aquitania linguæ.

Juſſit includi, &c.] Diverſas in tali caſu artes adhibuere diverſi. ſupra, 2, 3, 8: *Bæbius latebras hoſtium ignibus ſepſit.* quemadmodum Alex. etiam eos, qui cum Satisbarzane defecerant, & in præruptam rupem ſe receperant, ignibus & fumo expugnavit; Curt. 6, 6, 24. quæ forte hiſtoria eſt, quam tangit Simocatta, 9, 7: Sertorius, apud Plut. in vita, cap. 26, & 27, multo pulvere excitato, quem ventus in os ſpeluncæ impingeret, latentes ad deditionem compulit. Herodes apud Joſeph. 14, 27. arcis quibuſdam, ubi milites incluſerat, ad oſtia ſpeluncarum, alias inacceſſibilia, ſuperne demiſſis. Inprimis autem huic ſimilis eſt Taciti locus, 14, 23: *Barbari pro ingenio quiſque, alii preces offerre, quidam deſerere vicos, & in avia digredi: ac fuere, qui ſe ſpeluncis ac cariſſima ſecum abderent. Igitur dux Romanus diverſis artibus, miſericordia adverſus ſupplices, celeritate adverſus profugos, immitis iis qui latebras inſederant, ora & exitus ſpecuum ſarmentis virgultiſque completos, igni exurit.*

7. *Convocavit*] Malim *commovit*, aut *concitavit*.

SAL-

liber eſſet receptator hoſtium atque defenſor. ſed prima contra Germanos illius pugna, juſtiſſimis quidem ex cauſis. Hædui de incur-
11 ſionibus eorum querebantur. Quæ Arioviſti ſuperbia? Quum legati dicerent, *Veni ad Cæſarem: Quis eſt autem Cæſar?* &, *Si vult, veniat*, inquit. &, *Quid ad illum, quid agat noſtra Germania? num ego me interpono Roma-*
12 *nis?* Itaque tantus gentis novæ terror in caſtris,

SALMASII.

10. *Sequani enim de incurſionibus eorum*] Doctiſſimus Vinetus Cuſpinianum reprehendit, tanquam audaculum, qui *Hedui* emendaverat, ipſe potius caſtigandus, quod aliter emendandum cenſeat. Antiqua ſcriptura in Nazariano *Haçavi*. ex cujus veſtigiis puer diceret eſſe faciendum *Hedui*. ſi tantum, quid eſſent *Hedui*, ſciret ipſe Vinetus *Sequani* voluit, & ſic edidit. In vetuſtiore Palatino omnibus literis *Hedui* plane ſcriptum. nemo legerit primum librum commentariorum Cæſaris, quin ſtatim huic emendationi aſſentiatur. itaque nihil addam amplius.

FREINSHEMII.

9. *Receptator hoſtium*] Receptatores enim perinde puniuntur, ac meruerunt ii, quos receperunt. l. 1. de recept. in cujus fine leve mendum eſt, ſed quod ſenſum vehementer pervertit, legitur enim: *In pari cauſſa habendi ſunt, quia cum adprehendere latrones poſſent, pecunia accepta, vel ſubreptorum parte, dimiſerunt.* Scribendum enim: *In pari cauſſa habendi ſunt, qui, cum, &c.* ut bimembris ſit hæc lex, agatque de receptoribus primo; tum etiam de iis, qui non recipiunt quidem latronem, ſed accepta pecunia, cum poſſent adprehendere, dimittunt.

10. *Hædui*] Sic Pal. tert. & alludunt ceteri. Camers ita reſtitutum a Cuſpiniano ſuo ſcribit. Vinetus *Sequani* mallet, ſed illud verum eſt.

11. *Si vult, veniat*] Auguſtin. ep. 163. ex Val. Max. *M. Druſus cum a ſenatu vocaretur, ſenatum potius ad ſe venire juſſit.* Vives ad Auguſt. de Civ. 3, 26. contra centurio noluit Servatorem noſtrum ingredi tectum ſuum; cujus dicti cauſſam hic vides. Simile quid notavit Polyb. in excerpt. apud Valeſ. pag. 177. de Haſdrubale & Guluſſa: κατένευσε (Haſdrubal nimirum) τῷ βασιλεῖ (Guluſſæ) συνελθεῖν πρὸς αὐτόν. καθῆκεν γίνεσθαι τὴν ἀντίαν.

Num ego me interpono Romanis?] Idem reſponſi reddidit iis olim Antiochus, apud Livium, 33, 26, 2: & Appian. princ. Syriaci, pag. 88: itemque prætor Achæorum Lycortas, apud eundem Livium, 39, 37, 7.

VARIORUM.

11. *Arioviſti ſuperbia*] Ita v. e. aliæ amplius; *Ariov. regis ſup.* quod cum abſit Pal. ſec. ac tert. hæret tamen in Nazariano. *Gruterus.*

SAL-

ſtris, ut teſtamenta paſſim etiam in principiis ſcriberentur. Sed illa immania corpora, quo erant majora, eo magis gladiis ferroque patuerunt. Qui calor in prælianda militum fue- 13
rit, nullo magis exprimi poteſt, quam quod, elatis ſuper caput ſcutis, quum ſe teſtudine barbarus tegeret, ſuper ipſa Romani ſcuta ſalierunt: & inde in jugulos gladiis deſcendebant. Iterum de Germano Tencteri quere- 14
bantur. Hic vero jam Cæſar ultro Moſulam na-

SALMASII.

13. *Quum ſe veluti teſtudine*] Expuncto illo *veluti*, lege: *elatis ſuper caput ſcutis, quum ſe teſtudine barbarus tegeret. veluti* plane ſupervacuum. nam illa elatio & coarcuatio, ut ita dicam, ſcutorum ſuper caput, teſtudo proprie eſt, non veluti teſtudo.

14. *Iterum de Germanis Tencteri*] Vetus, *iterum de Germano*. & hoc magis Flori χρῆσιν reſipit.

FREINSHEMII.

12. *Teſtamenta paſſim etiam in principiis*] Expreſſit verba Cæſaris, de bell. Gal. 1, 39. *Principia* enim hoc loco pars caſtrorum eſt, non aciei, ut in Indice latius notabitur. Porro teſtamentorum militarium duo reperiuntur genera: prius, ad quod hoc exemplum pertinet, quod pugnam ingreſſuri faciebant; quod etiam *procinctum*. §. 1. Inſt. de teſtam. ord. vel *in procinctu* (vide Feſtum) appellatur: Alterum, quod milites in caſtris degentes condebant, de quo tituli Inſt. D. & C. Prioris exemplum eſt apud Vellei. 2, 5, 2. quod ſua jam tum ætate deſiiſſe Cicero, de natura deor. 2, 3. queritur. Datur etiam caſus, ubi in medio periculo tale teſtamentum fit, ut apud Joſeph. de bell. Jud. 7, 6. Simile eſt primo, quod apud Juſtin. 3, 5, 10. de Spartanis refertur: eos prælium inituros, *teſſeras, inſculptis ſuis & patrum nominibus, dextro brachio deligaſſe, ut, ſi omnes adverſum prælium conſumſiſſet, & temporis ſpatio confuſa corporum lineamenta eſſent, ex indicio titulorum tradi ſepulturæ poſſent*. Quamvis enim ſolius ſepulturæ cauſſa feciſſe Juſtinus putet: nullus tamen dubito, quin hereditates etiam & legata aliqui eorum eadem ratione reliquerint. Teſtamenta autem ea magni timoris erant indicia, nam qui ſe mox perituros exiſtimabant, hoc curabant, ut Scevinus apud Tac. 15, 54, 2.

Eo magis gladiis] Adde Liv. 38, 22, 8: Tacit. 2, 20, 4.

13. *Quum ſe teſtudine barbarus tegeret*] De teſtudine vide Lipſium, Poliorc. 1, 5.

14. *Ultro*] Conjeceram ita legendum, & firmant Pal. pr. & tert. item ed. noſtra vetus; quo minus ita reponere dubitavi. Dicit enim Florus, jam ſua ſponte tranſiſſe Cæſarem, non laceſſentibus Germanis Sic Tacitus, 13, 7, 2: *Duoſque veteres reges, Agrippam, &*

Ioc-

navali ponte tranſgreditur, ipſumque Rhe-
num: & Hercyniis hoſtem quærit in ſilvis;
ſed in ſaltus & paludes genus omne diffuge-
rat. Tantum pavoris incuſſit intra ripam ſubi-
15 to Romana vis. Nec ſemel Rhenus, ſed ite-
rum quoque, & quidem ponte facto, pene-
tratus eſt. Sed major aliquanto trepidatio:
quippe quum Rhenum ſuum ſic ponte, quaſi
jugo captum viderent, fuga rurſus in ſilvas ac
paludes: &, quod acerbiſſimum Cæſari fuit,
16 non fuere qui vincerentur. Omnibus terra
marique captis, reſpexit Oceanum. & quaſi
hic

Iocchum, expedire copias, queis Parthorum fines ultro intrarent. Sic etiam noſter ſæpius.

Moſulam] Hoc repoſuit Vinetus, cum ſervarent mſſ. ejus, *Maſſiliam*, quod & in v. e. & Pall. tribus; ita tamen, ut reſtet a prima manu in tertio, *Moſellam*. Gruterus. *Moſula* flumen nuſquam lectum mihi, niſi quod Guliel. Brito, lib. 10. Philippidos:

Ut miraretur fieri ſe Moſula rubrum
Sanguine ſanctorum.

Totum autem locum ita corrigit doctiſſimus Cluverius, Germ. ant. 2, 4. *infra Moſellam navali ponte tranſgreditur ipſum Rhenum.* Cujus tamen rationes curatius expendere jam non vacat.

SALMASII.

16. *Et quaſi hic Romanis orbis non ſufficeret*] Melius legerim, *& quaſi hic Romanus orbis non ſufficeret, alterum cogitavit.* Romanorum orbem vocat τὴν οἰκουμένην. nam ita Romanos vocat *Gentium dominos, orbis dominos.* Cæſaris ambitionem & φιλαρχίαν tangit; cui exſaturandæ non erat ſatis orbis terrarum, & quidquid parebat Romanis, niſi alterum orbem quæſiſſet. Alterum orbem Britanniam intelligit, de qua incontinenti ſequitur, quam novum orbem, & alterum orbem, appellabant Romani, ut notum eſt.

FREINSHEMII.

Navali ponte] Hujus pontis ſtructuram ut Cæſar de bell. Gall. 4, 17. elegantiſſime & abſolutiſſime deſcribit, ita eum Jocundus Veronenſis corrupte depingit, Cardanus in ſubtilitate ſua futiliter, Jo. Buteo in Geometricis diligenter & fideliter. *Stadius.* Vide omnino Magium miſcellan. 4, 20.

15. *Nec ſemel*, &c.] Jactat hoc Cæſar apud Julianum: *ſemel ille* (Alexander) *Iſtrum tranſit; ego bis Rhenum.*

Ponte facto] *Nota atque inſtituta ratione*, ait Cæſ. de bell. Gall. 6, 9. Quomodo autem Romani quam facillime fluvios tranſgredi conſueverint, refert Suidas in voce ζεῦγμα. De hiſtoria Sueton. Cæſ. 25, 3: *Germanos qui trans Rhenum accolunt, primus Romano-*

rum

hic Romanus orbis non ſufficeret, alterum
cogitavit. Claſſe igitur comparata Britanniam
petit. Tranſit mira celeritate: quippe qui ter-
tia vigilia Morino ſolviſſet a portu, minus
quam medio die inſulam ingreſſus eſt. Plena 17
erant tumultu hoſtico litora: & trepidantia ad
conſpectum rei novæ carpenta volitabant. ita-
que trepidatio pro victoria fuit. Arma & ob-
ſides accepit a trepidis: & ulterius iiſſet, niſi
improbam claſſem naufragio caſtigaſſet Ocea-
nus. Reverſus igitur in Galliam, claſſe ma- 18
jore, auctiſque copiis, in eundem rurſus O-
cea-

rum ponte fabricato aggreſſus, maximis cladibus affecit.

SALMASII.

Quippe quum tertia vigilia] Malo, *quippe qui tertia vigilia Morino ſolviſſet a portu, minus quam medio die inſulam ingreſſus eſt*; ut vetus habet editio, & Nazarianus liber.

18. *Auctiſque admodum copiis*] Idem liber, *admodum*, non habet. ſupra ita loquutus eſt, *auctis admodum copiis*: ubi admonuimus etiam legi, *inmodum*.

FREINSHEMII.

16. *Britanniam tranſit*] Sic erat in v. e. reciſis reliquis, aliæ enim, *Britanniam petit, in Britanniam tranſit, &c.* quæ ſane ſupervacua, quamvis item compareant in omnibus Pall. *Gruterus*. Porro ne quem offendat iſta dictio, *Britanniam tranſit*, ita loquuntur optimi auctores, quos modo notavit Berneccerus, ad Juſtin. 14, 5, 9. h. Sic D. Hieron. ad Gerontiam, ſub finem: *Annibal Bithyniæ mortem veneno reperit*. pro *in Bithynia*.

Morino ſolviſſet a portu] Apparet, hinc iter fuiſſe Britanniam petentibus, quo reſpexerit Virg. Æn. 8, 777: & ex eo D. Hieron. citato ſupra loco. & magis Gratius, Cynegetici verſu 174:

Quid freta ſi Morini dubio refluentia ponto
Veneris, atque ipſos libeat penetrare Britannos?

Ceterum hoc loco quidam pro *Morino* ſubſtituebant *Monino*, quos tamen refutant Caſaub. ad Strabon. pag 79: & Merula, Coſmogr. 2, 3, 20.

17. *Carpenta*] Quis ille pugnandi modus ſit, luculenter deſcribitur Cæſari, de bell. Gall. 4, 33: adde ſup. 3, 2, 8.

Naufragio caſtigaſſet Oceanus] Eadem phraſis infra, 4, 2, 75.

18. *In eundem rurſus Oceanum*] Similis locutio ſupra.

VARIORUM.

18. *Auctiſque admodum copiis*] Illud *admodum* additum a me ex v. e. & Pall. duob. aberat aliis, neque viſitur in Nazario. ſed novum non eſt negligi voculam præcipitantia librarii. *Gruterus*.

SAL-

Oceanum, eoſdemque rurſus Britannos, Calidonias ſequutus in ſilvas, unum quoque e re-
19 gibus Cavelianis in vincula dedit. Contentus his (non enim provinciæ, ſed nomini ſtudebatur) cum majore, quam prius, præda revectus eſt; ipſo quoque Oceano tranquillo magis, & propitio, quaſi imparem ſe fateretur.
20 Sed maxima omnium eademque noviſſima conjuratio fuit Galliarum: quum omnes pariter Arvernos atque Biturigas, Carnutas ſimul Sequanoſque contraxit, ille corpore, armis ſpirituque terribilis, nomine etiam quaſi
21 ad terrorem compoſito, Vercingentorix: ille feſtis

Salmasii.

E regibus Cavelanis] *Cavelianis*, aliis libris.

20. *Nomine etiam, quaſi terrore, compoſito*] Palatinus alter, cui veterem editionem addimus, legit, *nomine atque terrore etiam compoſito*. melius erit: *nomine ad terrorem quaſi compoſito*. ſi cui tamen placeat nihil mutari, me non quaſi multum trahet, ſed volentem ducet.

21. *Ille feſtis diebus, & comitialibus*] Ἴχνια φωρὸς φὼρ ἔμαθεν, ut Græci dicunt: ſic ego novi correctorum veſtigia. *conciliabulis* erat in veteri ſcriptura, quam in *comitialibus* perverterunt. omnino cum feſti dies præceſſiſſent, comitiales ſequi debere, ſibi perſuaſerunt: quod falſiſſimum eſt. Vercingetorix, & ejuſdem factionis homines, dies tantum feſtos, quibus ſua conciliabula indicerent, eligebant; ut melius latere poſſent. quod comitialibus diebus non ita facile illis factum fuiſſet. Cæſar eadem de re loquens, *indictis inter ſe principes Galliæ conciliis, ſylveſtribus ac remotis locis. conciliabulis* igitur verum eſt. Feſtus: *conciliabula ſiunt loca ubi in concilium convenitur*. Cæſar *concilia* vocat.

Freinshemii.

E regibus Cavelanis] Plurimum variant hoc loco libri: ſed ad Cæſarem ſi revertamur, ex quo Florum hæc exſcripſiſſe verum ſit, videatur legendum *e regulis Caſſiveiauni*. Nam ita Cæſ. de bell. Gall. 5, 22: *capto nobili duce Lugotorige*, qui erat inter duces Caſſivelauni. quem [illegible] vocat Polyænus, lib. 8. aut ejus librarii.

19. *Non enim provinciæ, ſed nomini, ſtudebatur*] Juſtinus, 1, 1, 7 de Veſoro, & Tanao: *Longinqua non finitima bella gerebant: nec imperium ſibi, ſed populis ſuis gloriam, quærebant*.

20. *Nomine etiam quaſi terrore compoſito*] Stadius *terrori*. (ſicut corrigi voluerat Rhenan. in Theſauro locution. Taciti pag. 1. in fin.)

feſtis diebus, & conciliabulis, quum frequentiſſimos in lucis haberet, ferocibus dictis ad jus priſtinum libertatis erexit. Aberat tunc 22 Cæſar, Ravennæ delectum agens: & hieme creverant Alpes. ſic intercluſum putabant iter. Sed ille qualis erat ad nuntium, (rem feliciſ-

ſimæ

fin.) v. e. *nomine atque terrore etiam quaſi compoſito.* quomodo & Pal. tert. ſed duo alii adhærent vulgato. *Gruterus.* Videbatur legendum *ad terrorem.* ſicut in ſimili fere loco Livii quem citavimus ſupr. 1, 13, 4. f.

SALMASII.

22. *Sed ille qualis erat ad nuntium rei feliciſſimæ temeritatis?*] Hic locus nobis paulo perturbatior apparet; mendoſum non audeo dicere. Palatino alteri, & bonitate priori, non adeſt vox *temeritatis*, & *feliciſſime* legit. ſi alii accederent, cenſerem ita legendum: *ſed ille qualis erat ad nuntium rei feliciſſime per invios ad id tempus montium tumulos, per intactas vias & nives, expedita manu emenſus occupat Galliam, qualis erat*, ὡς εἶχεν. eodem ſenſu, eademque ſervata diſtinctione, ſcribi poſſet, *feliciſſima temeritate.* & valde placet. vulgatum ſane non poſſum concoquere cum illis interrogationis notis.

FREINSHEMII.

21. *Et comitialibus*] V. e. *& conciliabulis*; quod etiam in Pal. pr. ac tert. nam ſec. *& concilialibus*; quod ultimum non diſpliceret; placeret etiam, ſi fulciretur plurium librorum auctoritate. *Gruterus.* Et videtur certe requiri vocem, quæ præcedent. *diebus* applicari poſſit. Quod tamen etiam poſſunt *comitiales*, quos ſic dixiſſe videtur. Florus more Rom. apud quos *comitiales dies* erant, quibus comitiorum cauſſa populus conveniebat. Vide Roſin. Antiquit. R. 7, 6.

22. *Hieme creverant Alpes*] Supra, 3, 3, 11. *per hiemem, quæ altius Alpes levat.*

Qualis erat, ad nuncium rei feliciſſimæ temeritatis?] Belle quidem Salmaſius locum ſcribit & explicat: *qualis erat, ad nuncium rei feliciſſime per invios &c.* cum ita legatur in optimo Pall. *qualis erat.* ὡς εἶχεν. quomodo loquitur Appianus de bell. civ. 3. pag. 568. a ſive *feliciſſima temeritate.* Videtur tamen aliud ſentire Florus, & tribuere Cæſari, quod Alexandro Seneca de benefic. 1, 13, 3. *felicem temeritatem.* ut ita ſcribendum ſit: *qualis erat feliciſſimæ temeritatis ad nuncium rei*, hoc eſt *ut erat fel. temer.* fateor quidem non ſuccurrere, vocem *qualis* uſpiam hoc modo uſurpatam: ſed nec iſto altero ſenſu legiſſe me memini (nam etiam apud Papin. Theb. 10, 199. aliter explicari poteſt) verum ſemper, *ut*, vel *ſicut.* Liv. 27, 53, 11. *vinctos ut erant.* Ovid. amor. 2, 5.

Sicut erant, & erant compti, laniare capillos,
Et fuit in teneras, impetus ire genas.

Idem in epiſt. Paridis verſ. 119.

Et ſoror effuſis ut erat Caſſandra capillis,
Quo ruis? exclamat, ——

Curtius 8, 3, 10. *ſicut erat, cruenta veſte.* Sueton. Othone. 8, 5. *ſicut*

erant

ſimæ temeritatis! per invios ad id tempus montium tumulos, per intactas nives, expedita manu emerſus occupat Galliam, ex diſtantibus hibernis caſtra contraxit. & ante in media Gallia fuit, quam ab ultima timeretur.
23 Tum ipſa capita belli aggreſſus, urbes; Avaricum cum quadraginta millibus propugnantium ſuſtulit; Alexiam ducentorum quinquaginta millium juventute ſubnixam flammis
24 adæquavit. Circa Gergoviam Arvernorum tota belli moles fuit: quippe quum octoginta millia

erant cruenti. Xenoph. ed. Steph. pag. 63. C. ἤπερ εἶχεν & pag. 511. A. Suet. Ner. 28, 1. Thucyd. 8, 7, 11, & 13. Herodot. 6, 17. Porro ne quid deſideret lector, etiam Gruteri conjecturas ſubnectam. arbitrabatur autem legi poſſe: *Sed ille, qualis erat, ad nuncium rei (feliciſſimæ temeritati par) invios ad id tempus montium tumulos, intactas vias emenſus &c.* ut *per* ſecundum natum fuerit a priori *par*, poſtea degenerante in *per*. ſane *emetiri per tumulos, per vias*, inſolens locutio. Aut ſi iſtud diſpliceret, forte fuiſſe: *ſed ille, qualis erat, ad nuncium rei feliciſſimæ temeritatis, per invios ad id tempus tumulos, per intactas vias emerſus*: ſicque plane exhibet Pal. ſec.

SALMASII.

22. *Per invios montium tumulos*] Scripſimus, *invios*: & recte, ut arbitror. nam *invitos* vitio non carebat.

Ex diſtantibus hibernis] *Et ex diſtantibus Hibernis.* libri.

24. *Quum octoginta millia muro, & arce*] *Quippe cum milite, muro & arce & abruptis defenderent maximam civitatem*; ſi quis ſequeretur optimum Codicem Nazarianum, ita legeret; nec diſplicet mihi. otium tamen non eſt, qui illam alteram editam conſiderem.

FREINSHEMII.

22. *Emerſus*] Ita Pal. ſec. recte, ut puto. argumento eſt vox *per*, quæ illi *emenſus*, quod alii præferunt, minus congruit. Similis prope locus apud Cicer. pro Sextio, cap. 5. *cum e pruina Apennini atque e nivibus illis emerſiſſet.* Ibid. cap. 9. *emerſum ſubito ex tenebris.* Idem de divin. 2, 68. *ſubito ſum viſus emerſus ex flumine.* Marcellin. 19, 18: *terrigenas illos non finibus terræ emerſos.* Val. Max. 1, 4, 1, ext. *ingens avium multitudo proximo lacu emerſa.* Utitur hac voce Livius, 1, 13, 4: & 8, 7, 22: & Tacitus, 1, 65, 3. *paludibus emerſum* dixit. Forſitan & apud eundem Liv. 38, 17, 10. legendum ſit: *per aſperrimam Illyrici oram; Pæoniam inde & Thraciam, pugnando cum ferociſſimis gentibus emerſi.* pro quo vulgo legitur, *emenſi*. Sic apud Frontin. 3, 1, 2: & apud Senec. natur. quæſt. 5, 13. *eruptus*.

23. *Alexiam*] Meminit præter citatos auctores Polyænus, lib. 8. ubi idem hoſtium numerus, qui apud

milliа muro, & arce, & abruptis defenderent, maximam civitatem vallo, ſudibus, & foſſa, 25 inductoque foſſæ flumine, ad hoc decem & octo caſtellis, ingentique lorica circumdatam, primum fame domuit: mox audentem eruptiones in vallo gladiis ſudibuſque concidit: noviſſime in deditionem redegit. Ipſe ille rex, 26 maximum victoriæ decus, ſupplex quum in caſtra veniſſet, tum & phaleras, & ſua arma ante Cæſaris genua projecit: *Habet*, inquit. *Fortem virum, vir fortiſſime, viciſti.*

apud noſtrum, nempe μυριάδες κέ, hoc eſt, ducenta quinquaginta (non ut vulgo editur, quinque) millia.

24. *Quippe cum octoginta millia*] Pal. ſec. ac tert. *defenderit*. De Gergovia vide etiam Polyænum, lib. 8.

SALMASII.

25. *Ingentique quaſi lorica circumdatam*] Dele vocem *quaſi*, poſtulantibus omnibus libris. ſic ſupra, *foſſa loricaque urbem circumdedit*.

26. *Tum & phaleras*] N. *cum & phaleras*. Palatini non habent.

FREINSHEMII.

25. *Ingentique lorica*] De loricis, incredibili labore per maximum ſpatium ductis, exempla ſunt in noſtro ſupra, 2, 18, 13: & infra, 4, 2, 39: Vide etiam Veget. 4, 28: & ibi Stewechium.

26. *Rex, maximum victoriæ decus*] Ita ſupra, 3, 2, 5: 3, 3, 10.

VARIORUM.

26. *Tum & phaleras*] V. e. non habet *tum &*, ut nec Pal. ſec. aut tert. nam eſt in pr. *cum & phal.* an fuit, *ſecum & phaleras*. Gruterus.

CAP. XI.

Bellum Parthicum.

DUm Gallos per Cæſarem in Septentrione debellat, interim ad Orientem grave vul- 1

FREINSHEMII.

DE hoc bello ſcribunt fere omnes. Epit. Liv. 106. Appianus late libro, qui Parthicus inſcribitur: Plutarch. in M. Craſſi vita: Juſtin. 42, 4, 4: Eutrop. 6, 6: Oroſ. 6, 13: Valer. Max. 1, 6, 11. *Camers*. Tangit etiam Plinius, 2, 5, 6: & 5, 24, 6. Lucanus paſſim. Propertius, 4, 6, 83.

vulnus a Parthis populus Romanus accepit.
2 Nec de fortuna queri poſſumus. caret ſolatio clades. Adverſis & diis & hominibus, cupiditas conſulis Craſſi, dum Parthico inhiat auro, undecim ſtrage legionum, & ipſius capite multata eſt:
3 & tribunus plebis Metellus exeuntem ducem hoſtilibus diris devoverat: & quum Zeugma tranſiſſet exercitus, rapta ſubi-



Conſulis Craſſi] *Craſſi nummus hic ex Faſtis Goltzii, ſive Familiis Urſini.*

VARIORUM.

2. *Dum Parthico inhiat auro*] Plinius, 33, 10: *M. Craſſus negabat divitem eſſe, niſi qui reditu annuo legionem* (*exercitum* habet Cicero, Offic. 1, 8: & Plut. Craſſo. cap. 3; ut appareat, *legiones* in Plinio reſcribendum) *tueri poſſet. In agris ſuis ſeſtertium MM. poſſedit, Quiritium poſt Syllam ditiſſimus. Nec fuit ſatis, niſi totum Parthorum eſuriſſet aurum.* Camers.

FREINSHEMII.

2. *Nec de fortuna poſſumus queri*] Supra, 2, 6, 14: *nec de diis poſſumus queri.*

3. *Metellus*] Reſcribendum, *Ateius*, ſi Plutarcho, in vita, cap. 29: Appiano, in Parth. pag. 135: & Dioni, lib. 40. credimus. Et certe non difficilis, ex hac voce in notiorem, librariorum lapſus, cum literæ non admodum diſcrepent.

Rapta ſubitis ſigna turbinibus hauſit Euphrates] Obſequens cap. 123. Multa in hac expeditione omina notarunt Cicero de divin. 2, 40. Plin. 15, 19. quibus Plutarch. cap. 36. Appian. pag. 139. Dio lib. 40. pag. 144. ipſius etiam Craſſi vocem addunt; qua *ſe pontem ideo reſcindere* militibus dixit, *ne quis eorum revertenetur*. Quæ vox valde terruit animos Rom. Nam antiquitus ex verbis temere prolapſis captabantur omnia. ut ejus rei exemplum eſt in Valer. Max. 1, 5, 4. & Tac. 15, 74, 3. Quapropter ſedulo dabant operam, ne quid ominoſæ vocis excideret. *Sic abitionem antiqui dicebant mortem.* Feſtus. Hinc urbium etiam immutata

ſubitis ſigna turbinibus hauſit Euphrates: & quum apud Nicephorium caſtra poſuiſſet, 4
miſſi ab Orode rege legati denuntiavere, *percuſſorum cum Pompeio fœderum Sullaque meminiſſet*. Regis inhians ille theſauris, nihil, 5
ne imaginario quidem jure, ſed *Seleuciæ ſe reſponſurum eſſe*, reſpondit. Itaque dii fœde- 6
rum

tata vocabula *Hirpinorum colonia una Beneventum, auſpicatius mutato nomine, quæ quondam appellata Maleventum.* Plinius 3, 11. adde Livium. 9, 27. *Epidamnum colonia, propter inauſpicatum nomen a Romanis Dyrrachium appellata.* Idem Plinius 3, 23. Adſcribam Helladium in Biblioth. Photii Cod. 279. pag. 1594. *Antiqui ſolliciti fuerunt, ne male ominoſa dicerent, maxime vero Athenienſes, ideo & δεσμωτήριον, οἴκημα appellabant; δήμιον, κοινὸν vocabant; & ἐριννύας, εὐμενίδας, vel σεμνὰς θεὰς; μῦσος vocabant ἄγος; ὄξος, μέλι nominabant; χολὴν, γλυκεῖαν; βόρβορον, ὀχετὸν*, &c. Cujus originem ad Solonem Plutarchus refert in vita cap. 21. ἃ δ' οὖν οἱ νεώτεροι τοὺς Ἀθηναίους λέγουσι τὰς τῶν πραγμάτων δυσχερείας ὀνόμασι χρηστοῖς καὶ φιλανθρώποις ἐπικαλύπτοντας, ἀστείως ὑποκορίζεσθαι, τὰς μὲν πόρνας, ἑταίρας, τοὺς δὲ φόρους, συντάξεις, φυλακὰς δὲ τὰς φρουρὰς τῶν πόλεων, οἴκημα δὲ τὸ δεσμωτήριον καλοῦντας, πρῶτον Σόλωνος ἦν (ὡς ἔοικε) σόφισμα, τὴν τῶν χρεῶν ἀποκοπὴν σεισάχθειαν ὀνομάσαντος. Pertinent eodem hæc Pauſaniæ ex Corinthiacis: ναὸς θεῶν, αἷς Ἀθηναῖοι, σεμνάς, Σικυώνιοι δὲ Εὐμενίδας ὀνομάζουσι. Huc pertinet quod in religioſis locis dedicandis *fauſta nomina requirebantur.* vide Tacit. H. 4, 53, 3.

4. *Et*] Malim *ſed.*

5. *Imaginario jure*] Sic Antonius infra, 4, 10, 2: *neque cauſſa, neque conſilio, ac ne imaginaria quidem belli indictione, in Parthos impetum facit.*

Seleuciæ ſe reſponſurum] Ita Dio, Appianus, Plutarchus. *apud Cteſiphontem*, Sextus Ruffus. *Vinetus.* Similis ſuperbiæ ſimiles eventus habuere Democritus, Ætolorum prætor, qui reſpondit Quintio, *decretum reſponſumque brevi in Italia, caſtris ſuper ripam Tiberis poſitis, daturum.* Liv. 35, 33, 6. poſtea captus. Idem, 36, 25, 4. & ſua met manu interfectus *in* eadem *ripa Tiberis*. Idem, 37, 46, 5. Et Manuel Comnenus Imp. qui Sultano Turcico pacem petenti per legatos, *Iconii ſe reſponſurum* dixerat, ab eodem poſtea maximis cladibus attritus, & ad extrema deductus. Auctor Choniates.

Reſpondit] Abeſſe poterat hæc vox.

6. *Dii fœderum ultores*] Pertinet huc Cleomenis exemplum, apud Plutarch. apophth. Lacon. cap. 73: Apud Liv. 30, 42, 17: *Quum flecti miſericordia Patres appareret, ſenatorum unum infeſtum perfidiæ Carthaginenſium ſucclamaſſe ferunt: per quos Deos fœdus icturi eſſent, quum eos, per quos* ante

Digitized by Google

rum ultores, nec inſidiis, nec virtuti hoſtium
7 defuerunt. Jam primum, qui ſolus & ſubvehere commeatus & munire poterat a tergo, relictus Euphrates. tum ſimulato transfugæ cuidam Mazaræ Syro creditur, dum in mediam camporum vaſtitatem eodem duce ductus exercitus, ut undique hoſti exponeretur.
8 Itaque vixdum venerat Carras, quum undique præfecti regis, Sillaces & Surenas oſtendere ſigna auro ſericeiſque vexillis vibrantia. Tum

ante ictum eſſet, fefelliſſent? Per eoſdem, inquit Aſdrubal, qui tam infeſti ſunt fœdera violantibus.

SALMASII.

7. *Cuidam Mezeræ Syro*] *Mazzareſyro*, Nazarian.: uterque Palatinus, *Mazaræ*.

Hoſti exponeretur] Sic Nazarius. alteri Palatino, *opponeretur*.

FREINSHEMII.

7. *Et ſubvehere*] Hinc fluminum præcipua cura maximis Impp. Exemplum Germanici, apud Tac. 2, 5.

Munire poterat a tergo] Ita conjunxi. prius diſtinguebatur; *munire poterat, a tergo relictus Euphrates*, ut ſenſus eſſet, Euphratem a tergo relictum: contra hiſtoriam, & mentem Flori: quæ eſt, Euphratem, niſi relictus, & in aliam partem iter verſum eſſet, potuiſſe tutum præſtare Rom. exercitum a tergo.

Mezeræ Syro] *Agbarum Arabum præfectum* Appian., Parth pag. 140. a, vocat: *Augarum Oſroenum* Dio, lib. 40. pag. 145. *Ariamnem* Plutarch. Craſſo, cap. 37. *Marachum* & *Macorum* Sextus Ruffus. Conſtat apud omnes, hunc transfugam, quocunque nomine fuerit, ſubornatum a Perſis fuiſſe, ut Craſſi credulitate in ipſius perniciem abuteretur. *Stadius*, & *Vinetus*. Et hæc quidem tuta frequenſque via eſt fallendi hoſtem; qua uſi Riſaces Darium, Æthis Lyſimachum, apud Polyæn. lib. 7; Popedius Cæpionem, apud Appian, de bell. Civ. lib. 1. pag. 377; Perſa quidam Julianum, apud Hieron. in Chron. Euſeb. num. 2379; Damaſcium, in Bibl. Photii, Cod. 242; Jordanem, de regn. ſucceſſ. cap. 89 in loca iniqua deductos hoſtibus ſuis cædendos capiendoſque præbuere. Alii urbes cepere, quos notamus ſupra, 1, 7, 5. Alii (ut Hannibal) per numeroſiores transfugas, ipſos ad quos transfugerant, cecidere.

8. *Signa auro ſericeiſque vexillis vibrantia*] Vir doctus ad poëtas venaticos cenſet alludi hoc loco morem Romanum. (quos potius a Parthis id deſumpſiſſe credibile fiat. Vide Cedren. pag. 140.) at cur Parthis idem non conveniat, fateor me neſcire. cum enim ſigna vexillaque habuiſſe ratio & ſcriptorum loca dictent, cur eadem auro ſericoque facta fuiſſe non potuerint? apud opulentiſſimam certe gentem, quæque divitias ſuas, ut Juſtinus, 41, 2, 10. auctor eſt, nuſpiam magis quam in

armis

Digitized by Google

Tum ſine mora circumfuſi undique equitatus, in modum grandinis atque nimborum denſa pariter tela fuderunt. Sic miſerabili ſtrage deletus exercitus. Ipſe in colloquium ſol- 9
licitatus, ſigno dato, vivus in hoſtium manus incidiſſet, niſi tribunis reluctantibus fugam ducis barbari ferro occupaſſent. Sic quoque relatum caput ludibrio hoſti fuit. Filium 10
ducis pene in conſpectu patris eiſdem telis operuere. Reliquiæ infelicis exercitus, quo quemque rapuit fuga, in Armeniam, Ciliciam, Syriamque diſtractæ, vix nuntium cladis retulerunt. Caput ejus reciſum cum dex- 11
tera manu ad regem deportatum ludibrio fuit, nec indigno. Aurum enim liquidum in rictum oris

armis oſtentavit. Hinc apud Tac. 15, 29, 4. Parthi repræſentantur *inſignibus patriis fulgentes*.

9. *In colloquium ſollicitatus*] De inſidioſis hoc genus colloquiis dictum ſupra, 2, 2, 11.

10. *Quo quemque impulit fuga*] Sic apud Curt. 3, 11, 12: *Qua cuique patebat ad fugam via, erumpunt*.

Vix nuntium cladis retulerunt] Sic olim in clade Cyri a Scythis accepta, *etiam illud memorabile fuit, quod ne nuntius quidem tantæ cladis ſuperfuit*. Juſtin. 1, 8, 12. Excerptum Velleii ex Gallica hiſtoria, quod Lazius reperit, & genuinum credidit, repugnante Welſero in Vindelicis, pag. 147: *Legionem divinam, ut ne nuntius ſupereſſet, funditus delerunt*. talia quidem paſſim occurrunt in auctoribus. Vide Sen. de ira, c. 1, 11, 4: Willerm. Tyrenſ. 12, 10. Quanta porro hæc fuerit clades, ſatis explicat Appianus, de bell. civilib. 2. pag. 438, a. *nam ex centum millibus vix decem millia refugerunt in Syriam*. Adde Hiſt. Miſcell. 4, 5.

11. *Aurum enim liquidum in rictum oris infuſum eſt*] Quod ipſum modo acciderat Aquilio, ut refert Appianus Mithrid. pag. 184. & Plinius 33, 3, 13. qui bellum epiphonema addit: *Hoc parit*, inquit, *habendi cupido*. Simile exemplum in Geſtis DEI per Francos, quæ Bongarſius edidit. part. 2. pag. 238. m. Videntur autem hi reges a Scytharum Regina docti, quæ *caput Cyri amputatum in utrem humano ſanguine repletum conjici juſſit, cum hac exprobratione crudelitatis, Satia te, inquit, ſanguine, quem ſitiſti, cujuſque inſatiabilis ſemper fuiſti*. Juſtin. 1, 8, 13. Sic equites Hungari, qui Geyſam & Ladiſlaum fratres, contra Salomonem Hungariæ regem ſecuti fuerant; cadaver Vidi, qui

Digitized by Google

oris infuſum eſt: ut; cujus animus arſerat auri cupiditate, ejus etiam mortuum & exangue corpus auro ureretur.

bellum id conciverat, mulctarunt. *In patefactum* enim *pectus pulverem objecerunt, eoque oculos opplev erunt, exclamantes*: *Nunquam, Vide, tui oculi honoribus ac donis ſatiari potuere: conjecta nunc terra avidum pectus & lumina exple.* Bonfin. Dec. 2. lib. 3. in fine. Indi ſive Americani Hiſpanis aurum ſic infuderunt Benzoni hiſt. del mondo nuovo lib. 1. pag. 49. Item Sigiſmundus. Imp. Piſo Florentino. Bonfin. 3, 3. Exemplum avaritiæ poſt mortem alio modo exprobratæ eſt Ruffinus, cujus *manum abſciſſam ubique per urbem circumgeſtarunt, ab occurrentibus petentes, inſatiabili ſtipem darent.* Zoſimus lib. 5. Quod venuſte ſuo more deſcribit Claudianus in Ruffin. 2, 436.

VARIORUM.

11. *Ureretur*] Ita editio Vineti, neque ſecus antiquiſſima. intermediæ, *ureretur*. Gruterus.

CAP. XII.

Anacephalæoſis.

1 HÆc eſt illa tertia ætas populi Romani transmarina, qua Italia progredi auſus
2 orbe toto arma circumtulit. Cujus ætatis ſuperiores centum anni ſancti, pii, &, ut diximus, *aurei*, ſine flagitio, ſine ſcelere, dum ſincera adhuc & innoxia paſtoriæ illius ſectæ in-

VARIORUM.

PErverterat Florus ante hiſtoriarum & temporum ordinem, cujus facti cauſſa ſupra, 2, 19, 5: & in hac anacephalæoſi rationem aſſignat, ut ſcilicet hos populi Romani omnes motus domeſticos, ſeparatos ab externis juſtiſque bellis ex ordine proſequatur. Continet autem hoc caput compendioſe materiam 17. capitum immediate præcedentium, & 13. immediate ſequentium. Plura ex his quæ hoc capite continentur, lege apud D. Auguſt. Civit. 3, 26. *Camers.*

FREINSHEMII.

2. *Paſtoriæ illius ſectæ integritas*] Juſtinus ita de Scythis, 2, 2, 15: *Plus in illis proficit vitiorum ignoratio, quam in his* (Græcis) *cognitio virtutis*. Tacit. Germ. 26, 1: *Fœnus agitare, & in uſuras extendere, ignotum: ideoque magis ſervatur, quam ſi vetitum eſſet.*

FREINS.

Digitized by Google

integritas, dumque Pœnorum hoſtium immi-
nens metus diſciplinam veterem continebat.
Poſtremi centum, quos a Carthaginis, Co- 3
rinthi, Numantiæque excidiis, & Attali regis
Aſiatica hereditate deduximus in Cæſarem &
Pompeium, ſequutumque hos, de quo dice-
mus, Auguſtum, ut claritate rerum bellica-
rum magnifici, ita domeſticis cladibus miſe-
ri, & erubeſcendi. Quippe ſicut Galliam, 4
Thraciam, Ciliciam, Cappadociam, uberri-
mas validiſſimaſque provincias, Armenos e-
tiam, & Britannos, ut non in uſum, ita ad
imperii ſpeciem, magna nomina acquiſiiſſe,
pulcrum atque decorum: ita eodem tempore 5
dimicaſſe domi cum civibus, ſociis, manci-
piis, gladiatoribus, totoque inter ſe ſenatu,
turpe atque miſerandum. Ac neſcio an ſatius 6
fuerit populo Romano, Sicilia & Africa con-
tento fuiſſe, aut his etiam ipſis carere, domi-
nanti

FREINSHEMII.

Pœnorum hoſtium imminens metus] Vide Aldum Manutium, de quæſitis per epiſt. 2, 9. cui adde Vellei. 2, 1, 2. Claudian. de bell. Gild. Eleganter Juvenal. 6, 291:

Nunc patimur longæ pacis mala: ſævior armis
Luxuria incubuit, victumque ulciſcitur orbem.

Elucet igitur hinc, quam prudens fuerit Naſicæ conſilium, de quo ſupra, 2, 15, 8. Scite autem Camers explicat, auctorem dicere, mala ſequentia ex otio accidiſſe Romanis. Appiique Claudii dictum ex Val. Max. 7, 2, 1. citat; *Negotium populo R. melius quam otium committi.* Huc igitur reſpexerit Catullus, Carm. LII. cum cecinit:

Otium reges prius & beatas
Perdidit urbes.

Non ſunt hinc aliena, quæ notavit Berneccerus ad Juſtin. 20, 1, 1. h. & 16, 4, 3. d.

3. *Ut claritate*] V. c. *& celeritate*, quod & in Pal. pr.; ſecundus enim, *in claritate*. Gruterus. Haud obſcurum eſt, ex priori ſcriptura legendum *celebritate*.

6. *Ac neſcio an ſatius*, &c.] Vide omnino diſcurſuum Gruteri, in Tacitum, decimum octavum.

nanti in Italia ſua, quam eo magnitudinis cre-
7 ſcere, ut viribus ſuis conficeretur. Quæ enim res alia furores civiles peperit, quam nimia felicitas? Syria prima nos victa corrupit: mox Aſiatica Pergameni regis hereditas. Illæ opes atque divitiæ afflixere ſeculi mores: merſamque vitiis ſuis, quaſi ſentina, rempublicam
8 peſſum dedere. Unde enim populus Romanus a tribunis agros & cibaria flagitaret, niſi per famem, quam luxu fecerat? Hinc ergo Gracchana & prima & ſecunda, & illa tertia Appuleiana ſeditio. Unde regnaret judiciariis legi-

SALMASII.

8. *Quam luxus fecerat*] *Luxu* in omnibus libris calamo exaratis, & veteribus excuſis.

9. *Regnare juſſus a Senatu eques*] Quale hoc ſit, non intelligo: quis enim ita intelligat, ſenatum ipſum juſſiſſe equites regnare? diu hic hæſiſſem, niſi me cito exſolviſſent illæ optimæ membranæ, in quibus legi, *judiciariis legibus divulſus a ſenatus eques*. ſed in iiſdem lacuna erat ſtatim poſt *Appuleiana ſeditio*; quid olim fuerit, non conjicio. puto tamen nihil aliud fuiſſe quam *unde*, & ſenſum ſic haberi integrum, *unde judiciariis legibus divulſus a ſenatu eques, niſi ex avaritia*, &c. cap. ſequenti: *quid ad jus libertatis æquandæ magis efficax, quam ut, ſenatu regente provincias, ordinis equeſtris auctoritas ſaltem judiciorum regno niteretur.*

VARIORUM.

6. *Viribus ſuis*] Horat, Epod. 16: *Suis & ipſa Roma viribus ruit.* Camers.

FREINSHEMII.

In Italia ſua] Quidam Impr. *Italia ſua*, non minus bene: niſi forte melius ſit, *Italia ſuæ*.

7. *Nimia felicitas*]. Infra, 4, 2, 8. *Cauſſa tantæ calamitatis eadem quæ omnium, nimia felicitas.* Seneca, epiſt. 91, 14: *Cladis cauſſas, ſi alia deficiunt, nimia ſibi felicitas invenit.*

Syria, &c.] Vide omnino notas Bernecceri ad Juſtin. 31, 8, 9: & 36, 4, 12. ipſumque Juſtinum, 2, 14, 6: & Plin. 34, 7, 2. Nec non Piccartum, obſerv. hiſtoricopol. 18, 4.

Illæ opes] Adde Curt. 3, 2, 15. n. Diodor. lib. 36. apud Valeſ. ἐτρέπησαν γὰρ οἱ νέοι μετὰ τὴν ἐκ τῶν πολέμων ἄνεσιν εἰς τρυφὴν καὶ ἀκολασίαν, χορηγὸν ἔχοντες τὸν πλοῦτον ταῖς ἐπιθυμίαις.

Merſamque vitiis ſuis] Petronius, carmine de bello civili:

Hoc merſam cœno Romam.

8. *Quam luxu fecerat*] Sic edidi, volentibus o. Pall. & ed. vetuſtiſſima. Similis locutio in Livio, 2, 34, 12. *rapiant frumenta ex agris noſtris, quemadmodum tertio anno rapuere: fruantur, ut auxere, annona, quam*

legibus divulſus a ſenatu eques, niſi ex avaritia, ut vectigalia reipublicæ, atque ipſa judicia in quæſtu haberentur? Hinc rurſus & promiſſa civitas Latio, & per hoc arma ſociorum. Quid autem bella ſervilia? unde nobis, niſi ex abundantia familiarum? Unde gladiatorii adverſus dominos ſuos exercitus, niſi ad conciliandum plebis favorem effuſa largitio, quum

quam furore ſuo fecere. Ubi tamen non dubitem reſcribere, *quam furto ſuam fecere*.. Sic Apul: Metamorph. 7. pag. 223: *Piſtor ille, qui me pretio ſuum fecerat*. Prius erat, *quam luxus fecerat*. Adde infra, 4, 1, 1.

9. *Regnaret*] Appoſite. *nam*, quod Memmius ait, apud Salluſt. Jug. 31, 32: *impune quælibet facere, id eſt regem eſſe*. Jam autem tale erat *judiciorum* hoc *regnum*, ut iterum appellat noſter, 3, 13, 3. ut ea *poteſtate ſubnixi, fata fortunaſque principum haberent in manu*. infra, 3, 17, 3. totum autem locum ſic edidimus, ut erat in veteri quodam impreſſo, quem diligenter collatum fuiſſe bonæ notæ Mſſ., multis argumentis deprehendimus.

Judiciariis legibus] De quibus latius Livius, 70, 71, 97. Appianus, bell. civ. lib. 1. Plut. Gracchis. Aſconius, in divinationem Ciceronis. Suetonius Cæſare, 41, 5. (ubi Berneccerus) & noſter mox auctor. *Vinetus*. Adde Tacit. 11, 22: Plin. 33, 2. 6. Ex quibus auctoribus latius apparet, quantum e rep. petitum ſit iſtis legibus, quantumque turbarum ſæpius in urbe concitaverint. Vide etiam Sigonium de antiquo jure Italiæ, 2, 18.

Vectigalia reip.] Infra, 3, 17, 3: *Equites Rom. interceptis vectigalibus ſuo jure peculabantur rempublicam*.

Promiſſa civitas Latio] Per Druſum infra, 3, 17, 6.

10. *Ex abundantia familiarum*] Aliquot exempla huic rei congeſſit Arniſæus, de rep. 1, 3, 29. Quibus junge notam Bernecceri ad Juſtin. 18, 3, 6. e. & noſtrum ſupra, 1, 21. Item Athenæum Caſaub. pag. 264, & 265. Auctori belle accommodes verba Plinii, 33, 1: *Hoc profecere mancipiorum legiones, & in domo turba externa, ac ſervorum quoque cauſſa nomenclator adhibendus*. Juvenalis, 14, 305. vocat *cohortes*. Seneca pater, Controv. 2, 9: & Petronius, *greges ſervorum, & ancillarum greges*. idem Sen. pater. Epit. Controv. 2, 7: Filius, de tranqu. animi, cap. 8. *exercitus*. Tacit. 12, 65, 1. *agmina*. Confer Ammianum, 17, 27: & Tacitum, 4, 27, 4.

Ad conciliandum plebis favorem] Vide Lipſium, Saturnal. 1, 9. Plebs enim Romana talibus ſpectaculis ad furorem uſque dedita fuit; eoque nomine paſſim apud ſcriptores vapulat, quos inter inſignis cumprimis locus eſt, quem adſcribimus ex auctore de cauſſis corruptæ eloquentiæ, 29, 4: *Propria & peculiaria hujus urbis vitia pene* (malim, *vitia, quæ pene*) *in utero matris concipi mihi videntur, hiſtrionalis favor, & gladiatorum equorumque ſtudia*. Juven. Sat. 10. de pop. Romano:

— *Duas*

Digitized by Google

quum ſpectaculis indulget, ſupplicia quon-
11 dam hoſtium artem facit? Jam ut ſpecioſiora
vitia tangamus, nonne ambitus honorum ab
12 iiſdem divitiis incitatus? Atqui inde Mariana,
inde Sullana tempeſtas. Aut magnificus ap-
paratus conviviorum, & ſumptuoſa largitio,
nonne ab opulentia paritura mox egeſtatem?
13 Hæc Catilinam patriæ ſuæ impegit. Denique
illa ipſa principatus & dominandi cupido, un-
de, niſi ex nimiis opibus, venit? Atqui hæc
Cæſarem, atque Pompeium, furialibus in
14 exitium reipublicæ facibus armavit. Hos igi-
tur populi Romani omnes domeſticos motus,
ſeparatos ab externis juſtiſque bellis, ex or-
dine proſequemur.

CAP.

—— *Duas tantum res anxius optat,*
Panem, & Circenſes. ——

Indulget, ſupplicia, quondam hoſtium artem facit] Scripſerim, *indulget, &* &c. Ceterum ſimile de coquinaria in Livio, 39, 6, 9: *quod miniſterium fuerat, ars haberi cœpta.* Quod *ſupplicia* vocat Florus, ea tempora reſpicit, *cum ſontes ferro depugnabant*, ut ait Cic. Tuſc. quæſt. 2, 17. f.

11. *Specioſiora vitia tangamus*] Vetus illa, quam laudavi ſæpius, editio. *ſp. uſi ea tang.* unde legerim *ſpec. ulcera tang.*

Ambitus honorum ab iiſdem divitiis] Salluſt. Catilin. 10, 3: *Primo pecuniæ, dein imperii, cupido crevit: ea quaſi materies omnium malorum fuere.* Nam, ut ait Tacit. H. 2, 38, 2: *rebus modicis æqualitas facile habebatur.*

Aqui] Malim, *atque.*

12. *Apparatus conviviorum*] Obvia ubivis exempla, quæ recenſere piget. Vide tamen Lipſium, admirand. 4, 7.

14. *Separatos ab externis juſtiſque bellis*] Vide ſupra, 2, 19.

VARIORUM.

12. *Catilinam patriæ ſuæ impegit*] Expunxi vocem, quæ erat in aliis ed., ſuaſu Pall. & v. c. nam nune. *Catilinam hoſtem patr. ſ. impegit.* Gruterus.

SAL-

CAP. XIII.

Cauſa ſeditionum tribunicia poteſtas.

SEditionum omnium cauſas Tribunicia po- 1
teſtas excitavit: quæ ſpecie quidem plebis
tuendæ, cujus in auxilium comparata eſt, re
autem dominationem ſibi acquirens, ſtudium
populi ac favorem agrariis, frumentariis, ju-
diciariis legibus aucupabatur. Inerat omnibus 2
ſpecies æquitatis. Quid enim tam juſtum, 3
quam recipere plebem jus ſuum a patribus?
ne Populus, gentium victor, orbiſque poſſeſ- 4
ſor,

SALMASII.

1. *SEditionum omnium cauſas*] Ab hoc capite incipit Liber quartus in altero Palatino, titulus capitis conceptus in vetuſtiſſimo libro, *de legibus Gracchanis*.

FREINSHEMII.

1. *CAuſſas*] Editio mea vetus, *cauſſa*. unde ſuſpicari licet ita legendum: *Seditionum omnium cauſſa tribunicia poteſtas*. ut illud, *excitavit*, abjiciatur. quod certe ſtylum auctoris non mediocriter reſipit. Sic enim ille, 2, 6, 1: *Poſt primum Punicum bellum vix quadriennii requies*. & 1, 17, 1: *Hactenus P. R. cum ſingulis gentium; mox acervatim: tamen ſic quoque par omnibus*. amat, inquam, noſter ellipticas iſtas loquendi formas.

Tribunicia poteſtas] Idem queruntur Quintius Coſ. apud Liv. 3, 19. Coſſ. apud eundem, 4, 2: & Appius Claudius apud eundem, 5, 3

VARIORUM.

DE tribunicia poteſtate lege Feneſtellam, tit. 25. & quos ibi citavimus. Huc faciunt quæ ſupra, 1. cap. 23. annotata ſunt. Gracchanas leges tres fuiſſe conſtat: *Frumentariam*, ut ſcilicet ſemis & triente frumentum plebi daretur: *Agrariam*, ut nemini liceret ultra 50. (immo 500.) telluris jugera poſſidere: *Tertiam* ut equeſter ordo bis tantum virium in ſenatu haberet, quam ſenatores ipſi. Statuerat enim ut 300. ſenatores eſſent, equites 600. Sic enim equeſtrem ordinem, cum ſenatu conſentientem, corrumpere nitebantur. Auctores ſunt, Livius, 58, & 60: & Appian. bell. Civ. lib. 1. Agraria lex quando, & a quo, primum lata, docet Livius, 2, 14, 4: quam tandem M. Tullius penitus ſuſtulit. Extant plures Cic. orationes. Quæ mala ex agraria lege ſequantur, docet idem Cic. Offic. 2, 21. *Camers*. Hinc autem orditur libr. quartum Pal. tert. & ed. antiquiſſima. nec male. *Gruterus*.

4. *Ne pop. gentium victor, &c.*] Quibus hæc periodus tota videtur exſecanda, tanquam quæ iiſdem concipiatur verbis cap. ſeq., auctoris

5 ſor, extorris aris ac focis ageret. Quid tam
æquum, quam inopem populum vivere ex
6 ærario ſuo? Quid ad jus libertatis æquandæ
magis efficax, quam ut, ſenatu regente pro-
vincias, ordinis equeſtris auctoritas ſaltem ju-
7 diciorum regno niteretur? Sed hæc ipſa in per-
niciem redibant: & miſera reſpublica in exi-
8 tium ſuum merces erat. Nam & a ſenatu in
equi-

ctoris partitionem exſecant. pertinet enim hæc ſententia ad ll. agrarias; ut ſequens ad frumentarias; tertia deinde ad judiciarias: quod ipſum tam clarum eſt, ut pudeat monere. ſequenti cap. iſthæc plane eſſe ſupervacua, omnia fere vociferantur. Et hæc quidem adhuc mea eſt opinio; eam mutare paratus, ubi rationes audivero. *Gruterus.*

SALMASII.

4. *Extorris aris ac focis ageret*] *Ageretur*, Palatini. ſed melius excuſi. Hæc periodus tamen tota mihi videtur ex loco penitus exſecanda, cum paulo poſt iiſdem verbis concepta ſequatur ſuo & magis idoneo loco. idem ſenties, ſi ordinem & ſeriem verborum Flori conſideres: *Quid tam juſtum, quam recipere plebem jus ſuum a patribus? Quid tam æquum, quam inopem populum vivere ex ærario ſuo? Quid ad jus libertatis æquandæ magis efficax, &c.*

FREINSHEMII.

4. *Aris ac focis*] Ita quidem, ſcripſere quibus nefas putabatur iſthæc duo dirimi, quod alias ſolerent conjungi. Sed huic loco nihil cum aris. quin igitur *agris* reſcribendum ſit, non dubito, nec quiſquam, puto, dubitabit.

Ageret] Sic Pal. pr. At ſec. & tert. *ageretur*. minus recte. *Gruterus.* Optimum judicium, non enim hic de conſervanda in agris plebe, ſed reducenda in eos quæritur: ut oporteat ejectam intelligi. Diverſum in Sueton. Aug. 12, 3: *Narſinos extorres oppido egit.*

5. *Vivere ex ærario ſuo*] Nam ex iſto depromebatur pecunia, qua coëmeretur frumentum, quod poſtea viliſſimo pretio vendebatur plebi. Vide de tota hac re, Frumentaria Romanorum largitione, librum Vincentii Contareni.

6. *Judiciorum regno*] Vide ſupra, 3, 12, 13

7. *In exitium ſuum merces erat*] Acute. quomodo etiam Vellei. 2, 22, 7: *ut ſui quiſque periculi merces foret.* Idem, 2, 28, 4: *fieretque quiſque merces mortis ſuæ.* Quintil. declam. VI. pag. 18. f: *civis Romanorum merces fio.* Seneca, de benef. 1, 9: *qui pretium ſe ſui fecit.* Petron. carmine de bello civili, verſ. 50: *Roma ipſa ſui merces erat.* Claudian. princ. Paneg. de conſul. Mallii Theodori: *Ipſa quidem virtus pretium ſibi.* Et elegantiſſimus Barclaius, de populo ſuo Siculo, *proditor ſui & proditionis merces.* Idem plane cum noſtro dicit Val. Max. 7, 6, 4: *quo tempore non reip. victoria quærebatur; ſed præmium victoriæ res erat publica.*

FREINS-

Digitized by Google

equitem tranſlata judiciorum poteſtas vectiga-
lia, id eſt, imperii patrimonium, ſupprime-
bat. & emptio frumenti ipſos Reipublicæ ner- 9
vos exhauriebat ærarium. Reduci plebs in a-
gros unde poterat ſine poſſidentium everſio-
ne, qui ipſi pars populi erant? & tamen re- 10
lictas

FREINSHEMII.

8. *Vectigalia*] Vectigal pecunia erat, quæ vel portus, vel venditionis, vel circumvectionis nomine exigebatur. Hinc nomina *Vectigalium*, *Portorii*, *Decumarum*, & *Scripturæ*, vel *Salis* & *Macelli*, vel *Vicesimæ* apud ſcriptores obvia ſunt. *Portoria* pecuniæ erant, quæ portitoribus pendebantur, id eſt, iis qui mercedes ex mercibus devehendis aut trajiciendis exigebant. *Decumas* ſolvebant fructuum, qui agrum publicum arabant. *Scriptura*, erat vectigal, quod ab iis pendebatur, qui ſelvis & paſcuis publicis fruebantur. *Macelli* nomine res omnes quæ ad victum hominum pertinebant, comprehenderunt, ea vectigalia, ut civibus, ditato ærario remiſſa ſunt; ita *Vicesima*, quæ ab iis qui manumittebantur, exigebatur (de cujus origine Livius, 7, 16, 9.), ſemper remanſit. At vectigalia provinciis ſunt impoſita, quæ aut certa erant, & *ſtipendia* dicebantur: aut incerta, quæ iis, quæ expoſuimus, nominibus pendebantur, eaque publicani ad haſtam a cenſoribus redimebant, idque quæſtus ſui cauſſa, ut ea a provincialibus ſuo periculo exigerent, & reip. datis ſponſoribus repræſentarent, atque quum publicani fere equites fuerint, & ad ipſos judicia lege Gracchi tranſlata eſſent, facile erat ſuæ ſocietati favendo vel ludificare locationem, vel remittere, vel redemptionis parte relevare: atque tali coitione pecuniam publicam depeculari. *Stadius*. Vide Excerpta Valeſiana, ex Diodori lib. XXXIV. Porro eleganter vectigalia, *patrimonium imperii* vocat auctor. his enim *Reſp. ſuſtinetur*: ut apud Tacitum, 13, 51, 2. Senatores Neroni, abolitionem eorum molienti, inculcant. *Nam* (verba Taciti H. 4, 74, 2.) *neque quies gentium ſine armis*; *neque arma ſine ſtipendiis*; *neque ſtipendia ſine tributis, haberi queunt*. Igitur augendi potius, quam minuendi, reditus, ſi tamen honeſte, & abſque ſubditorum incommodo poſſit fieri. Pertinet huc Auguſti factum, apud Dion. lib. 56. pag. 674 Adrianus tamen Cæſar SESTERTIUM. NOVIES. MILLIES. CENTENA. MILLIA. fiſco debita remiſit, teſte veteri inſcriptione apud Gruterum, pag. 10. num. 6. & Spartiano in vita, cap. 7.

Reip. nervos] Sic in Tac. H. 2, 84, 2. pecuniam *eſſe belli civilis nervos dictitat Mucianus*. Adde Thucyd. 2, 2, 4. &c.

9. *Ærarium*] Locus erat, in quo pecunia publica in æde Saturni cuſtodiebatur: quod triplex apud ſcriptores obſervavi. *Stadius*. Vide latius Demſterum, ad Antiquitates Roſini, 7, 31.

Digitized by Google

lictas ſibi a majoribus ſedes; ætate, quaſi jure hereditario, poſſidebant.

FREINSHEMII.

10. *Ætate, quaſi hereditario jure, poſſidebant*], Lipſius, dict. cap. XIX. dicit abeſſe Mſ. ſuo dictionem *ætate*, quo duce deinceps conjicit, *hereditario jure poſcebant*, tanquam Florus exponat, quid pro ejecta plebe dici poſſet: at ego alibi, in ſuſpicionibus, lib. 29. cap. 7. defendi lectionem vulgatam; ſubnixam nunc quoque Pall. trium auctoritate. arbitror enim, omnino propugnari a Floro poſſeſſores, utique cum plebis jus ſupra explicuerit, illis, *quid enim tam juſtum*, &c. Gruterus. Cujus opinio vel inde firmatur, quod hac poſteriore capitis parte recenſet incommoda & iniquitatem quæ ſequerentur leges iſtas, cum prius commoda earum æquitatemque propoſuiſſet. Hoc addo, videri voculam *tamen* trajiciendam ita; *qui tamen ipſi pars populi erant*, *& relictas ſibi*, &c. Porro ſimiles in ſua Rep. turbas, optimo ſane modo, ſed aliis non ſemper perinde prompto, diſcuſſit Aratus Sicyonius, apud Ciceron. de Officiis, 2, 23.

CAP. XIV.

Seditio Tiberii Gracchi.

1 PRimam certaminum facem Tiberius Gracchus accendit, genere, forma, eloquentia, facile princeps. Sed hic, ſive Manciniana

VARIORUM.

SEditionem Tib. Gracchi ſcribunt Liv. epit. 58. Latius Appianus, de bell. civ. lib. Auctor de vir. illuſtr. cap. 64. Plura Plut. in vita Gracchorum. Auguſt. Civit. 3, 24: Val. Max. 1, 4, 2: 3, 2, 17: 4, 7, 1: 7, 2, 6: Oroſ. 5, 7, & 8. *Cramers*.

FREINSHEMII.

1, *GEnere, forma, eloquentia*] De Gracchis plerique auctores; ſufficiat impræſentiarum breve judicium Senecæ, ſed ſolidum. is igitur, conſol. ad Marciam, cap. 16. de illis: *quos etiam qui bonos viros negaverit, magnos fatebitur.* Adde Plutarch. in vita, cap. 27: Diodor. apud Valeſ. pag. 373. p.

Facile princeps] Hoc eſt, egregius, eximius. Hoc enim verbi civiliter capiendum eſt, non ita ſtricte, quaſi Florus eum omnibus aliis, ipſique fratri, præponat. Quem ei errorem vir doctus ad Velleium impingit. Sic cum aliquem fortiſſimum, doctiſſimum, &c. dicimus, non continuo ſequitur, neminem ad idem fortitudinis, doctrinæve, perveniſſe. Sic Cicero pro Cluentio, cap. 5: *A. Cluentius, homo non ſolum municipii Larinatis, ex quo erat, ſed etiam regionis illius, & vicinitatis, virtute, exiſtimatione, nobilitate, facile princeps.* Idem Cicero, Gracchum hunc, *ſummum Oratorem* fuiſſe, dicit. Bruto, cap. 27.

2. *Manciniana deditionis*] Locum

Digitized by Google

næ deditionis, quia ſponſor fœderis fuerat, contagium timens, & inde popularis: ſive 3
æquo & bono ductus, quia depulſam agris ſuis plebem miſeratus eſt, ne Populus gentium victor, orbiſque poſſeſſor, extorris aris ac focis ſuis exularet, quacunque mente, rem auſus ingentem. Poſtquam rogationis dies aderat, 4
ingenti ſtipatus agmine Roſtra conſcendit: nec deerat obvia manu tota inde nobilitas, & tribuni in partibus. Sed ubi inter- 5
cedentem legibus ſuis Cnæum Octavium videt

cum hunc tibi Vellei. 2, 2. explicet. *Vinetus.* Porro cauſſas, quæ non hujus modo, ſed ſequentium etiam ſeditionum, concitores impulerint, refert Cicero, de haruſp. reſponſ. cap. 20. Pertinet huc locus ex Marciano Capella, lib. v: *Remotio eſt, cum de facto confeſſo culpam in eam qui pertulit* (leg. *perpulit*), *refert: ut Tib. Gracchus in Mancinum, qui auctor faciendi fœderis fuit.*

SALMASII.

3. *Ne populus gentium victor*] Diximus ſupra, non videri nobis hanc periodum ex præcedenti capite tranſlatam, ſed contra optimo libro portentoſe ſcribitur, *nemo cum gentium victor.* quam vitioſam ſcripturam putamus conflatam ex iſtis, *ne po ovium gentium victor*: hoc eſt, *ne populus omnium gentium victor.*

VARIORUM.

4. *Ingenti ſtipatus agmine*] A. Gell. 2, 13. recitans verba Sempronii Aſellionis, de Tib. Graccho: *Gracchus*, inquit, *domo cum proficiſceretur, nunquam minus terna aut quaterna millia hominum ſequebantur.* Camers.

FREINSHEMII.

3. *Miſeratus eſt*] Sequebantur quædam ex præcedenti capite repetita; *ne pop. gentium victor, &c.* quæ omiſi, ſecutus judicium Gruteri, cujus ipſa verba ſubnectam. Miror, tot hujus auctoris correctores, tot editores, ne ſuſpicatos quidem, & verbulo uno indicaſſe, totam hanc periodum tranſcriptam fere verbotenus ex præcedenti capite. ego ſane id jam nunc enuntio, obelo etiam fixurus, niſi feſtinatio iſthæc vetaret. Conſpiciuntur quidem in Pall.; ſed quid tum? non hodie & heri primum nata librariorum ſiniſtra liberalitas. Hactenus Gruterus.

5. *Cn. Octavium*] Livius, 58: & Appianus, civilium 1. pag. 356: & Plut. in vita, cap. 14. *Marcum* pro *Cn.* vocant hunc Octavium. Trib. pl. erat & hic, atque ita Tib. Gracchi Collega. Tribunorum autem plebis, inquit in hac hiſtoria Plut., hæc poteſtas erat, ut, uno intercedente, alii, etiamſi plures eſſent, nihil agerent. *Vinetus.* Idque ſolum patribus adverſus vim tribuniciam telum erat; *publicis* (verba ſunt Livii, 6, 35, 9.) *privatiſque conſiliis nullo remedio alio, præter* ex-

Digitized by Google

det Gracchus, contra fas collegii, jus poteſtatis, injecta manu, depulit Roſtris, adeoque præſenti metu mortis exterruit, ut abdi-
6 care ſe magiſtratu cogeretur. ſic triumvir creatus dividendis agris. Quum, ad perpetranda cœpta, die comitiorum prorogari ſibi vellet imperium, obvia nobilium manu, eorumque
7 quos agris moverat, cædes a foro cœpit. Inde quum in Capitolium profugiſſet, plebemque ad defenſionem ſalutis ſuæ, manu caput tangens, hortaretur, præbuit ſpeciem regnum ſibi & diadema poſcentis: atque ita, duce Scipione Naſica, concitato in arma populo; quaſi jure oppreſſus eſt.

CAP.

expertam multis jam ante certaminibus interceſſionem, invento. Intercedentium ſolennis vox erat, *veto*, ut colligitur ex eodem Livii loco, num. 12.

SALMASII.

6. *Sic triumviratus creatus*] Meliores & vetuſtiores libri, *ſic triumvir creatus.* quod niſi verius aut melius eſt, jucundiorem ſaltem habet ſonum illo vulgato.

FREINSHEMII.

5. *Metu mortis exterruit*]. Tac. H. 5,26,1: *ſc. ſpes vitæ magnos etiam animos infringit.*

Triumvir] Sic Pall. duo meliores. Nam tert. ut & v. e. *triumviratus*. quod quamvis haud improbem, alteri tamen non præpoſuerim, ob antiquitatem & fidem librorum calamo exaratorum, quibus, ut jam aliquoties dixi, inferior eſt Pal. tert. *Gruterus*. Diſtinctionem hic loci mutavi, ſenſu ſic exigente.

7. *Præbuit ſpeciem regnum ſibi & diadema poſcentis*] Similem ex geſtu errorem prodit Suetonius, Cæſ. 33,2, & 5: ubi Cæſar *exiſtimatur equeſtres cenſus pollicitus ſingulis* (militibus): *quod accidit opinione falſa. Nam, cum in alloquendo, exhortandoque, ſæpius digitum lævæ manus oſtentans, affirmaret ſe ad ſatisfaciendum omnibus, per quos dignitatem ſuam defenſurus eſſet, anulum quoque æquo animo detracturum ſibi: extrema concio, cui facilius erat videre concionantem, quam audire, pro dicto accepit, quod viſu ſuſpicabatur; promiſſumque jus anulorum cum millibus quadringenis fama diſtulit.*

Duce Scipione] Diodor. apud Valeſ. pag. 382. f. Τὸν Γράκχον τυραννίδι ἐπιχειρήσαντα ταῖς ἰδίαις χερσὶν ἀνεῖλεν, περιγενόμενος τῆς συγκλήτου.

Scipione]



Scipione Naſica] *Qui hic ex nummo areo, F. Urſin.*

CAP. XV.

Seditio Caii Gracchi.

STatim & mortis & legum fratris ſui vindex non minore impetu incaluit Caius 1
Gracchus. qui cum pari tumultu atque terrore 2
plebem in avitos agros arceſſeret: & recentem Attali hereditatem in alimenta populo
polliceretur: jamque nimius & potens altero 3
tribunatu, ſecunda plebe volitaret: obrogare 4
auſo

SALMASII.

3. POtens altero tribunatu, ſecunda plebe] N. Alter autem Palatinus, *altero tribunatu, comitum manu fretus*, reliquis, quæ interjacent, omiſſis. cui parem fuiſſe veterem ordinem didicimus ex viri doctiſſimi notis.

4. *Abrogare auſo legibus ſuis*] *Obrogare*, quidam melioris notæ.

FREINSHEMII.

2. P*Ari tumultu atque terrore*] Comparatio hic inter Gracchos eſt, non inter tumultum & terrorem. Vide ſupra, 1. 13, 14.

VARIORUM.

QUæ hic ſcribuntur, habentur latius a Livio, lib. 60, & 61. Appiano, de bell. civ. lib. 1. Plut. in vita Gracchorum: Oroſ. 5, 12: Val. Max. 1, 7, 6: 4, 7, 2: 6, 8, 3: 8, 10, 1: 9, 4, 3. Diſtingue tu hiſtorias, prudens lector, quoniam ſtuduimus brevitati, & præcipua in citandis auctoribus noſtra impræſentiarum verſatur intentio. Item Agell. 11, 13. meminit Plin. 33, 2: Auctor de vir. illuſtr. cap. 65: Auguſt. Civit. 3, 24. lege quæ notavimus ſupra, 3, 13. *Camers.*

auſo legibus ſuis Minucio tribuno; fretus co-
mitum manu, fatale familiæ ſuæ Capitolium
5 invaſit. Inde proximorum cæde depulſus,
quum ſe in Aventinum recepiſſet; inde quo-
que obvia ſenatus manu, ab Opimio conſule
6 oppreſſus eſt. Inſultatum quoque mortis reli-
quiis: & illud ſacroſanctum caput Tribuni
plebis percuſſoribus auro penſatum eſt.

CAP.

SALMASII.

5. *Cædepulſus*] *Repulſus* in Nazarii ſchedis. Palatinus, *depulſus*.

6. *Mortis reliquiis*] Eædem ſchedæ *reliquis*. *reliqua* hic auctor non ſemel uſurpavit, ἀντὶ τῶν λειψάνων.

VARIORUM.

Tribuni pl.] Errat in eo Florus, jam enim tribunatu abierat Gracchus, quare abdicato magiſtratu ſacroſanctus eſſe deſierat. *Stadius*.

FREINSHEMII.

4. *Fatale familiæ ſuæ Capitolium*] Sic ſupra, 1, 14, 7: *ſolennem familiæ ſuæ conſecrationem*, & infra, 4, 7, 6: *fatalis Cn. Pompeio harena*. Apud Lucan. 7, 591. *fatales Philippos*. apud Sueton. Cæſ. 59, 4: *invictum in Africa fataliter Scipionum nomen*. Credebant enim veteres, quibuſdam gentibus, familiis, hominibus, loca alia aliis feliciora eſſe, aut iniquiora.

5. *Inde*] Cum mox ſequatur eadem dictio, κακοφωνίας vitandæ cauſſa, malim hic, *Unde*.

5. *Ab Opimio conſule*] Gracchum ab ſocero ſuo D. Bruto Callacio & Opimio Coſ. oppreſſum, ſemel atque iterum ait Ampel. Salluſt. Jug. 16, 3: *L. Opimius, qui* (ſic forte aptius, quam *quia*), *Coſ. C. Graccho & M. Fulvio interfectis, acerrume victoriam nobilitatis in plebem exercuerat*. Refert autem Val. Max. 6, 8, 3. a ſervo ſuo interfectum, ne deveniret in hoſtium poteſtatem. cujus rei exemplum infra, 4, 7, de Caſſio, & Bruto; & paſſim apud auctores. Auctor de vir. illuſtr. cap. 65. Gracchum *ſua*, *vel ſervi manu* interfectum ſcribit. ut ita in medio relinquat.

6. *Sacroſanctum caput Trib. pl.*] Tribuni quippe plebis ἱεροὶ erant καὶ ἄσυλοι, verbis Appiani de bell. civ. lib. 1. pag. 370: Hinc apud Plin. 7, 44. cum Catinius Labeo Trib. pl. ſummum virum & honoratiſſimum Metellum, ad Tarpeium præcipitandi cauſſa raperet, *reſiſtendi, ſacroque ſanctum repellendi jus non fuit*. Sic ad Scipionem, criminis inſimulatum, miſſi tribuni pl. ut eum *comprehendere juberent, ac jure ſacroſanctæ poteſtatis reducerent*. Livius, 29, 20, 10. De jure ſacrum ſanciendi vide Liv. 3, 55: & auctores quos notavimus ſupra, 3, 13: & 1, 23, 1.

Percuſſoribus auro penſatum eſt] Sicut Appianus, lib. IV. apud Valeſ. ſcripſit, Syracuſanos idem pretium in capita Hippocratis & Epicydis conſtituiſſe. Plin. 33, 3: *Septimuleius, C. Gracchi familiaris, auro repenſum caput ejus exciſum, ad Opimium tulit; plumboque in os addito, parricidio ſuo remp. etiam circumſcripſit*. Diodor. apud Valeſ. hæc tradit de L. Vitellio. Sed

plus

plus accredam Latinis hiſtoriis. Extat elegans in hunc Septimuleium jocus Scævolæ, apud Cicer. de orat. 2,67. qui *roganti* Septimuleio, *ut ſe in Aſiam præfectum duceret, Quid tibi vis*, inquit, *inſane? tanta malorum eſt multitudo civium, ut tibi ego confirmem, ſi Romæ manſeris, te paucis annis ad maximas pecunias eſſe venturum.*

Non tempero quin adſcribam ſimile huic dicto, quod habet il Cortegiano del Caſtiglione, lib. 2. pag. 89: *Don Giovanni di Cardona diſſe d'uno, che ſi voleva partir di Roma: Al parer mio coſtui penſa male, perche e tanto ſcelerato, che ſtando in Roma anchora col tempo potria eſſer Cardinale.*

CAP. XVI.

Seditio Apuleiana.

NIhilominus Apuleius Saturninus Gracchanas aſſerere leges non deſtitit. Tantum animorum viro Marius dabat. Qui nobilitati ſemper inimicus, conſulatu ſuo præterea con- 1

FREINSHEMII.

1. DEſtitit. *Tantum*, &c.] In his omnibus non ſatis expeditus eſt ſenſus, cui forſan ita quodammodo ſubveniri poſſit: *deſtitit: Qui (tantum an. viro Mar. dabat, nob. ſ. inim. conſ. ſuo pr. confiſus) occiſo*, &c.

Nobilitati inimicus] Forte ſcripſerit auctor, *inicus*, h. e. *iniquus*. Idem enim mendum in Salluſt. Jug. 54. 6. *inimicum ſibi certamen cum hoſtibus*. ubi patet *iniquum* eſſe legendum. Sicut apud Virg. 10, 889, -- *pugna congreſſus iniqua*. præterea hoc vocabulo in ea re uti amant ſcriptores. Varro apud Nonium in *Biceps*: *ſenatui iniquus*, ut recte citatur a Stadio, infra, 3, 17, 3. Tacit. 14, 52, 4: *oblectamentis principis palam iniquum*. Horat. carm. 1, 2, 51. *te noſtris vitiis iniquum*. Sic ex diverſo, *æquus* apud Tacit. 4, 4, 3: *Druſus æquus adoleſcentibus, aut certe non adverſus, habebatur*. Rem quod attinet, teſtantur id omnes fere. Val. Max. 2, 2, 1: *C. Marius, civis alioquin magnificus, ſed novitatis ſuæ conſcientia vetuſtati non ſane propitius*. Tangit Salluſt. Jug. 84, 8: *hortandi cauſſa, ſimul & nobilitatem, uti conſueverat, exagitandi, concionem populi advocavit*.

Conſulatu ſuo] Legendum, *conſ. ſexto* ex Epit. Liv. niſi forte ſuum vocat, quod emerit, ut eſt ibidem. qualis jocus Cæſaris apud Plutarch. in Sylla, cap. 6. in aliquem magiſtratum, qui quum diceret, ſua ſe in eum poteſtate uſurum: recte, inquit, tuum dicis, quod emeris. Sed verius hoc loco puto *ſexto* legere.

VARIORUM.

DE Apuleiana ſeditione ſcribunt Liv. 69: Appian. de bell. civ. lib. 1: Plut. in Mario. Val. Max. 3, 2, 18: Auctor de vir. illuſtr. cap. 67, & 73: Oroſ. 5, 17. *Camers*.

Digitized by Google

confiſus, occiſo palam comitiis Annio competitore Tribunatus, ſubrogare conatus eſt in ejus locum Caium Gracchum, hominem ſine tribu, ſine nomine: ſed ſubdito titulo, in fa-
2 miliam ipſe ſe adoptabat. Quum tot tantiſque ludibriis exultaret impune, rogandis Gracchorum legibus ita vehementer incubuit, ut Senatum quoque cogeret in verba jurare; quum abnuentibus *aqua & igni interdicturum ſe minaretur*. Unus tamen extitit, qui mallet
3 exilium. Igitur poſt Metelli fugam omni nobilitate perculſa, quum jam tertium annum dominaretur, eo veſaniæ progreſſus eſt, ut Con-

SALMASII.

1. *Annio competitore*] *Mumio*, Palatinus.

2. *In verba ſua jurare*] *In verba jurare*, vetus editio: cui conſentiunt ſcripti omnes. poſſumus igitur *ſua* ejicere, tot conſentientium auctoritate id jubente.

FREINSHEMII.

Annio] Advertendum, plurimum differre ſcriptores in nomine hujus. Auctor de vir. illuſtr. cap. 73. vocat *A. Mumium*: Livius, epit. 69. *A. Numium*: Val. Max. 9. 7, 3, & Oroſius, 5, 17: Appianus de bell. civ. lib, 1. pag. 367. c. *Nonium*. Camers. *A. Mumium* vocari etiam Gruterus mallet.

C. Gracchum] *Quinctium* quendam, qui ſe Gracchorum fratrem ob oris ſimilitudinem mentiebatur, *Q. Metellus inſiticium cenſu contra vim incitatæ multitudinis prohibuit*: eum Saturninus, quia populo gratum ob Gracchorum memoriam ſciebat, ſibi collegam, tertio quem ceperat tribunatu, cooptavit; quem primo magiſtratus ſui die periiſſe in ſeditione invenio. Hæc ex Cicer. pro Sextio, cap. 47: Val. Max. 9, 7, 2: Appian. de bel. civ. lib. 1. pag. 369. *Stadius*. Val. Max. citato loco: & 3, 2, 18: & 3, 8, 6. hominem *L. Equitum* appellat: Cicer. pro Sextio, cap. 38: *Numerium*, & *Quinctium*.

Hominem ſine tribu] Hoc eſt ſervum, aut, ut alii ſcribunt, fugitivum. Libertini enim tribum habebant Eſquilinam, aut quamcunque Urbanam, in qua cenſebantur. *Stadius*. Auct. de Vir. Illuſtr. cap. 12.

2. *Unus Metellus Numidicus*] Vide Cicer. pro Sextio, cap. 16: Vellei. 2, 15, 7: Val. Max. 3, 8, 4: Appia. de bell. civ. lib. 1. pag. 369. Auct. de Vir. Illuſtr. cap. XII.

3. *Quum jam tertium annum dominaretur*] Idem Appius Claudius, apud Livium, de tribunis ſæpius refectis, *L. illum Sextium, & C. Licinium, perpetuos (ſi Diis placet) tribunos, tantum licentiæ novem annis, quibus regnant, ſumſiſſe*, &c.

SAL-

Conſularia quoque comitia nova cæde turbaret. Quippe ut ſatellitem furoris ſui Glauciam, 4 conſulem faceret, Caium Memmium competitorem interfici juſſit: & in eo tumultu *regem* ex ſatellitibus ſuis ſe appellatum lætus accepit. Tum vero jam conſpiratione Senatus, ipſo 5 quoque jam Mario conſule, quia tueri non poterat, adverſo; directæ in foro acies. expulſus inde Capitolium invaſit. Sed quum 6 abruptis fiſtulis obſideretur, Senatuique per legatos pœnitentiæ fidem faceret, ab arce degreſſus

SALMASII.

5. *Expulſus inde, in Capitolium*] *Expulſus, inde Capitolium invaſit*, omnes ſcripti.

FREINSHEMII.

4. *Ut Glauciam Coſ. faceret*] Eadem Appianus, de bell, civ. lib. 1. pag. 369. Quod tamen non pertendit: Cic. Bruto, 62, 8. nec Florus id ait, ſed de conatu tantum teſtatur; ſecus quam locum hunc intellexit vir doctus, in animadverſ. 2, 7. qui fallitur ipſe, dum Florum autumat falli.

Regem ex ſatellitibus ſuis ſe appellatum lætus accepit] Summum crimen in libera rep. præſertim Romana, quæ nomen hoc abominabatur: quale etiam Cæſarem afflixit; quamvis nec accepto regis nomine, ſed levi quadam ſuſpicione: quaſi oblatum non ſatis bona fide rejiceret. Hinc Cicero, Phil. 11, 19, 6. ad Antonium, qui Cæſari Lupercalibus diadema impoſuerat: *Tu, tu, Cæſarem occidiſti Lupercalibus.* Suetonius item, in vita, 80, 1. huic rei necem Cæſaris maturatam adſcribit: *Quæ cauſſa conjuratis*, inquit, *maturandi fuit deſtinata negotia.*

5. *Ipſo quoque jam Mario Coſ., quoniam tueri non poterat, adverſo*] Eandem Mario culpam impingit Epit. Liviana, 69. loco vulnerato, quem ita conſtituo: *Quibus rebus concitato ſenatu (in cujus cauſſam & C. Marius, homo mutabilis, & varii conſilii, ingeniique ſemper ſecundum fortunam, tranſierat, cum eum tueri minime poſſet) oppreſſus armis, &c.* de Saturnino loquitur. Reliqui non attingunt hoc ulcus, ſed tantum plenis buccis prædicant, Saturninum a Mario everſum, quos inter Velleius, 2, 12, 6: Val. Max. 8, 6, 2.

Inde Capitolium] Sic o. Pall., Gruteri, & nonnulli Mſſ. Vineti. Sed Impr. q. *inde in capit.* quod ſi recipias, *invaſit* mutandum ſit in *evaſit*. Obſervandum autem, ſolenne fuiſſe hoc refugium ſeditioſis & tumultuantibus. Exempla apud Liv. 3, 15, 7: noſtrum ſupra, 3, 14, 7: Tacit. 3, 69, 7.

6. *Abruptis fiſtulis*] Cicer. pro Rabirio fine fragm. Vide Rycquium, de Capitolio, cap. 37.

Per legatos] An hi vere legati fuerint, diſputat Gentilis, de legat. 2, 9.

greſſus cum ducibus factionis receptus in curiam eſt. Ibi eum, facta irruptione, populus
7 fuſtibus ſaxiſque coopertum in ipſa quoque morte laceravit.

FREINSHEMII.

Cum ducibus factionis receptus in curiam aggreſſus eſt] V. e. *factionis in curiam aggreſſus eſt*: ut forte fuerit, *congreſſus eſt*, vel aliud quid. nam nec Pall. conſpirant, quippe tert. *regreſſus*. ſtant tamen duo alii pro vulgata. *Gruterus*. Editio noſtra præfert, *receptus in curiam eſt* non abſurde, præſertim cum illud *aggreſſus*, videatur repetitum ex ſuperiore linea, ubi fuerat *degreſſus*. & conſentit hiſtoria. Appian. de bell. civ. lib. 1. pag. 370: *Conſul in curiam eos* (Apuleium, & ſocios) *incluſit, velut legitime ſumpturus de eis ſupplicium*.

In curiam] *Hoſtiliam*, ut patet ex Vellei. 2. 12. 6: modo citato. De hac, aliiſque curiis, vide Pomponium Lætum, in opuſculo de antiqu. Rom. 3, 26.

7. *Ibi in eum facta irruptione populus*, &c.] Appian. de bell. civ. lib. 1. pag. 370. modo citata: *plebs curiæ tegulas convulſas jaciebat in incluſos*. Quidam tamen nominatim in Rabirium cædem ejus conferunt, ut epit. Liv. 69. ſi modo ſana ejus loci lectio; nam in antiquioribus edit. eſt; *bello quodam interfectus eſt*: ex quo Sigonius affinxit *a Rabirio quodam*, quod ceteri deinceps editores receperunt, temere fortaſſis; cum non a Rabirio interemptus ſit, ſi Ciceroni, in defenſione ejus, credimus, ſed Scæva quodam ſervo: quod equidem magis credibile eſt, quam Rabirium immixtum fuiſſe iſti cœtui. putem igitur potius reformandum fuiſſe in epit. Liv. *telo quodam interfectus eſt*.

CAP. XVII.

Druſiana ſeditio.

1 POſtremo Livius Druſus non tribunatus modo viribus, ſed ipſius etiam Senatus aucto-

FREINSHEMII.

1. L*ivius Druſus*] Senecæ de hoc judicium vide, Conſol. ejus ad Marciam, 16, 5: Plut. in C. Graccho, cap. 11. eſt ἀνὴρ οὔτε γεγονὼς τινὸς Ῥωμαίων, οὔτε τεθραμμένος χεῖρον. Similia Dio in Excerpt. apud Valeſ. pag. 638. De hoc Obſequens, cap. 114: *Livius Troſo, P. Tarquinius leges ferentes cum bellum Italicum conſurgeret*. ubi forte legend. *Livio Druſo Pl. tribuno, leges ferente*.

VARIORUM.

SCribunt hoc idem Epit. Liv. 70, & 71: Val. Max. 9, 5, 2: Auctor de vir. illuſtr. cap. 66: Oroſ. 5, 18: Appian. de bell. civ. lib. 1. pag. 371. *Camers*.

SAL-

Digitized by Google

auctoritate, totiuſque Italiæ conſenſu, eaſdem leges aſſerere conatus, dum aliud captat 2
ex alio, tantum conflavit incendium, ut ne prima illius flamma poſſet ſuſtineri; & ſubita morte correptus, hereditarium in poſteros ſuos bellum propagaret. Judiciaria lege Grac- 3
chi diviſerant populum Romanum, & bicipitem ex una fecerant civitatem. Equites Romani tanta poteſtate ſubnixi, ut qui fata fortunaſque principum, vitaſque principum haberent in manu, interceptis vectigalibus, peculabantur ſuo jure rempublicam. Senatus exilio

SALMASII.

2. *Ut nec prima illius*] Probo ex iiſdem veteribus, *ut ne prima illius flamma.*

3. *Pecularentur ſuo jure remp.*] Qui ordinem ſeriemque, quæ hunc locum nectit, videat, certo pronuntiet, ſcribendum eſſe, *peculabantur*, cui ſcripturæ robur addit favor optimorum librorum & veteris editionis. paulo ſupra, illa verba, *vitaſque principum*, foras ſunt ejicienda. quæ pro certo habeo eſſe ab aliquo inepto adtexta. brevius & verius libri, *ut qui fata fortunaſque principum.* vox *patrum*, quam intruſerant, quibus rationibus permoti? nonne tunc patres, principes erant in rep.? deinde illud, *vitaſque*, nonne eſt plane ſupervacaneum, cum præceſſerit, *fata*? omnino ſtudioſus aliquis ad oram libri adleverat hæc verba gloſſæ inſtar obtinentia: quæ poſtea neſcientes librarii temere reconcinnata in contextum receperunt.

FREINSHEMII.

3. *Gracchi*] Ejeci vocem, quam inculcaverant alii. nam omnes, quos vidi, retinent *Caii Gracchi.* male omnino. quo enim referas illud *diviſerant*? nempe ad utrumque Gracchum, non alterutrum, multo minus etiam ad equites Romanos. totum igitur locum alio modo interpunxi. Vide Dionis excerpta apud Valeſ. pag. 625.

Bicipitem ex una fecerant civitatem] Varro apud Nonium in dictione *Biceps*, eiſdem fere verbis citatur: *Gracchus ſenatui iniquus, equeſtri ordini judicia tradidit, ac bicipitem civitatem fecit, diſcordiarum civilium fontem.* Stadius. *Diductam civitatem* nominat Tac. 4. 17, 4.

Fata fortunaſque principum] Sic v. e. ſic Pall. tres. quod quid clarius? & tamen poſterius impr. intruſerant, *patrum, vitaſque. fata fortunaſque patrum, vitaſque principum.* Gruterus. Hæc res inter cauſſas belli ſervilis in Sicilia ponitur, in Diod. lib. 34. ecl. 2.

Interceptis vectigalibus] Vide ſupra, 3, 12, 13.

exilio Metelli, damnatione Rutilii debilitatus,
4 omne decus majeſtatis amiſerat. In hoc ſtatu rerum pares opibus, animis, dignitate (unde & nata Livio Druſo æmulatio acceſſerat) equitem Servilius Cæpio, Senatum Livius Druſus
5 aſſerere. ſigna, & aquilæ, & vexilla aderant. Ceterum ſic urbe in una, quaſi in binis caſtris, diſſidebatur. Prior Cæpio in ſenatum impetu facto, reos ambitus Scaurum & Phi-
6 lippum, principes nobilitatis elegit. His motibus

Salmasii.

5. *Nobilitatis elegit*] Meliora exemplaria *delegit* habent. nec veteri editioni, aut alteri Palatino, aſſentiendum eſt, *abegit* præferentibus, ubi libri II. cap. IV: *in cauſa belli Saguntbus electa eſt, vetus Hiſpaniæ civitas.* eadem loquutio.

Freinshemii.

Exilio Metelli] De quo ſupra, 3, 16, 3.

Damnatione Rutilii] *P. Rutilius Ruffus*, qui Coſ. fuerat cum C. Manlio, anno DCXLIIX. vir innocentiſſimus, lege repetundarum interrogatus, & conſpiratione equitum, qui tunc judicabant, ex invidia condemnatus eſt: quod cum Q. Mucio Scævolæ in Aſia legatus fuiſſet, Aſiaticos a publicanorum (qui equites erant) injuriis defendiſſet: quare omnes civitates Aſiæ, legatos, ſeceſſum ejus opperientes, & ad ſe ut veniret invitantes, obviam miſerunt. a Sulla etiam revocatus, longius, ne quid contra leges faceret, in exilium receſſit. Smyrnæ eum exulaſſe, in Bruto ſcriptum eſt. Stadius ex Vellei. 2, 13, 2: Aſcon. in divinat.: Liv. epit. 70: Seneca, de provid. cap. 3: Val. Max. 6, 4, 4. Cicero, in Bruto: Egregium hujus dictum recenſet Senec. de benef, 6, 37: mortem & bona Smyrnæis relicta, Tacit. 4, 43, 8: brevem ſed egregiam laudem Cicero, pro C. Rabirio Poſthumo, cap. 10. de oratore, 1, 53: & pro Fonteio, cap. 13. Meminit & Dio, in Excerpt. apud Valeſ. pag. 637.

4. *Pares opibus, animis, dignitate*] Juſtin. 16. 3, 1: *inter pares aſſiduum diſcordiæ malum.* adde eundem, 13, 2, 3. hinc apud Tacit. 2, 47, 7. cum in Aſiam ad introſpiciendas ſociorum res aliquis mittendus eſſet, *dilectus eſt M. Aletus e prætoriis, ne conſulari obtinente Aſiam, æmulatio inter pares, & ex eo impedimentum, oriretur.* Idem, 14, 46, 2: *æmulis inter ſe per nobilitatem, Voluſio, atque Africano.* Præter has aliam diſcordiæ Cæpionis cum Druſo cauſſam adfert Plinius, 33, 1, 18. cum ait, cœptam *ex anulo in auctione venali.* Vide etiam Dionis excerpt. Valeſ. pag. 638: Liv. Epit. 70, 5.

5. *Elegit*] Aliæ edd. aut *eligit.* aut *egit.* vetus vero *abegit*, quod ultimum quoque in Pal. tert. Nimis tamen languere videatur oratio retenta hac voce. quapropter ex ductu literarum reformem, *ejecit*,

tibus ut reſiſteret Druſus, plebem ad ſe Grac-
chanis legibus evocavit, eiſdem ſocios ad ſpem
civitatis erexit. Extat vox ipſius, *Nihil ſe ad
largitionem ulli reliquiſſe, niſi ſi quis aut cœnum
dividere vellet, aut cœlum.* Aderat promul- 7
gandi dies, quum ſubito tanta vis hominum
undique apparuit, ut hoſtium adventu obſeſſa
civitas videretur. Auſus tamen obrogare de 8
legibus conſul Philippus: ſed apprehenſum
faucibus viator non ante dimiſit, quam ſan-
guis in ora & oculos redundaret. Sic per vim 9
latæ,

ejecit, eleganti ſenſu; multo tamen meliore illo, quem ex ſcriptura, quam Salmaſius indicat, effingo. Veteres enim illi *delegit* habent. unde legendum aio, *dejecit.*; conſideretur tota loci ſententia, hujuſque etiam verbi proprietas: nemo negabit quin illi alteri præcellat. Vide Aſconium, pag. 5. Apud Senec. etiam ad Marcian. cap, 2. Malim, *jecerat nulli ceſſura ponderi fundamenta*, quam *legerat.*

SALMASII.

6. *Gracchanis legibus, eiſdem ſocios*] Altera lectio in uno Palatino, quam tamen mendoſam cenſeo, hæc eſt: *plebem ad ſe Gracchanis legibus evocavit, ſocios ad plebem ſpe civitatis erexit.* viderint illi, quibus guſtus ſapit, quid ſapiat hæc lectio. nobis religioni eſt vulgatam ſollicitare.

FREINSHEMII.

6. *Gracchanis legibus, eiſdem ſocios*] In fine periodi pro *erexit*, commodius videatur *traxit*.

Exſtat vox ipſius] Etiam in Auct. de Vir. Illuſtr. cap. LXVI.

8. *Obrogare de legibus*] Inſolens loquendi forma; mihi quidem uſu incognita: ſupra, 3, 15, 4. fuit; *obrogare auſo legibus ſuis Minucio tribuno*, quomodo quin hic quoque ſcribatur, non video quid vetet.

Sed apprehenſum, &c.] Nota immanem Tribunorum potentiam, qui ad cos., etiam ſummum honorem gerentem, viatorem audebant mittere. Exempla apud Liv. 2, 56, 15: 4, 26, 9: 5, 9, 5. immo cenſorem in vincula ducere, apud eundem, 9, 33, 23: etiam triumphaturos vetare. Sueton. Tib. 2, 14. pertinent huc quæ notavi ſupra, 3, 15, 6.

Viator] Diſſentit expreſſe Val. Max. 9, 5, 2. *obtorta gula, & quidem non per viatorem, ſed clientem ſuum.* locum indicavit Camers.

Sanguis in ora & oculos redundaret] Sic Pall. o. & v. e. Videatur tamen etiam legi non male poſſe, *in aures*: cur enim *in ora* potius, quam *in os*, auctor ſcripſerit? Plinius, 7, 44: *tanquam parum eſſet, faucium certe intortarum, expreſſique per aures ſanguinis, pœnam exactam eſſe.* hoc autem erat *obtorto collo duci.* Auctor de Vir. illuſt.

latæ, juſſæque leges: ſed pretium rogationis ſtatim ſocii flagitare, quum interim imparem Druſum, ægrumque rerum temere motarum, matura, ut in tali diſcrimine, mors abſtulit. nec ideo minus ſocii promiſſa Druſi a populo Romano repoſcere armis deſierunt.

CAP.

illuſt. cap. 66. de hoc ipſo facto; *conſuli legibus agrariis reſiſtenti, ita collum in comitio obtorſit, ut multus ſanguis efflueret e naribus.* quod alii aliter efferunt. Tacit. 4, 70, 2: *quantum obducta veſte, & adſtrictis faucibus niti poterat.* Cicero, in Verr. 4, 10: *quem obtorta gula de convivio in vincula atque in tenebras abripi juſſit.* Vide Comment. ad Juvenal. 10, 88.

SALMASII.

9. *Statim ſocii flagitavere*] Placet *flagitare*, ut optimæ membranæ exaratum habent.

FREINSHEMII.

9. *Matura, ut in tali diſcrimine, mors abſtulit*] Simillimum illud Livii, 6, 1, 9. de Q. Fabio: *cui judicio eum mors, adeo opportuna, ut voluntariam magna pars crederet, ſubtraxit.* Idem, 23, 30, 9. de Gelone dixit. de Piſone Tac. 4, 21, 6. De ipſo Druſo hoc Seneca, de brev. vitæ, 6, 3: *ſubito vulnere per inguen accepto collapſus eſt: aliquo dubitante, an mors voluntaria eſſet; nullo, an tempeſtiva.* Sic Plinius, epiſt. 2, 1: *Honoratum cognitioni Senatus mors opportuna ſubtraxit.* Ante complures annos de clariſſimo quodam duumviro Vindelico ſimilia quædam ferebantur. Ceterum de morte Druſi referunt omnes quos vidi, incerto auctore cæſum; præter Cicer. de nat. deor. 3, 33. qui percuſſorem ejus nominat. *Summo cruciatu,* inquit, *ſuppliciogue, C. Varius, homo importuniſſimus, periit: ſed, quia Druſum ferro, Metellum veneno, ſuſtulerat, illos conſervari melius fuit, quam pœnas ſceleris Varium pendere.* in quibus tamen expeditior ſententia fuerit, particula leviter trajecta, ſic; *periit, quia Dr. fer. Met. ven. ſuſtulerat: ſed illos,* &c. Ampelius *per inſidias Philippi Conſ. interfectum* ſcribit.

FREINS-

Digitized by Google

CAP. XVIII.

Bellum Sociale.

SOciale bellum vocetur licet; ut extenue- 1
mus invidiam: ſi verum tamen volumus,
illud civile bellum fuit. quippe quum populus
Romanus Etruſcos, Latinos, Sabinoſque mi-
ſcuerit, & unum ex omnibus ſanguinem du-
cat, corpus fecit ex membris, & ex omnibus
unus eſt. Nec minore flagitio ſocii intra Ita- 2
liam, quam intra urbem cives, rebellabant.
Itaque, quum jus civitatis, quam viribus au- 3
xerant, ſocii juſtiſſime poſtularent, ad quam
ſpem eos cupidine dominationis Druſus erexe- 4
rat, poſtquam ille domeſtico ſcelere oppreſ-
ſus eſt, eadem fax, quæ illum cremavit, ſo-
cios

VARIORUM.

1. SOciale bellum, &c.] Ita edd. antiquæ. nam Stadiana & Vineti præponit; *Bellum, quod adverſus ſocios geſtum eſt, ſociale bellum*, &c. ſed iis reſectis, ſuus tamen conſtat auctori ſenſus; neque agnoſcunt illas voces Pall. codd. *Gruterus.*

FREINSHEMII.

BEllum ſociale ſcribunt Epit. Liv. 71. & ſeqq. Latius Appian. de bel. civ. lib. 1. pag. 373. &c. Auctor de vir. illuſtr. cap. 63, & 75: Valer. Max. 8, 6, 4: Auguſt. Civit. 3, 17, & 26: Plin. 33, 1: Eutrop. 5, 1: Oroſ. 5, 18: Euſeb. lib. temporum. Solin. cap. 2: Plut. Sulla, cap. 8, &c. Strabo, lib. 5. pag. 166. *Camers.* Hujus belli hiſtoriam Lucullus etiam, celeberrimus ille imperator, Græce compoſuit. Plut. in vita, cap. 2. Lucceius Latine. Cic. ep. fam. 5, 12. Adde Diod. lib. 37.

1. *Si verum tamen volumus*] De hac loquendi forma vide ſupra, 3, 7, 1.

Corpus fecit ex membris] Supra, 1, 1, 9: *ex variis quaſi elementis congregavit corpus unum.*

3. *Itaque quum jus civitatis, quam*] Sequor ed. Stadii, manifeſto & probo ſenſu. neſcio quid ſibi velint aliæ, in quibus: *Itaque quum Tuſciæ civitates, quas.* Vellei. iiſdem prope verbis, 2, 15, 4: *Quorum ut fortuna atrox, ita cauſſa fuit juſtiſſima: petebant enim eam civitatem, cujus imperium armis tuebantur.*

4. *Eadem fax, quæ illum cremavit, ſocios, &c. accendit*] Sic infra, 3, 23, 2. *Fax illius motus ab ipſo*

Sylla

cios in arma & oppugnationem Urbis accen-
5 dit. Quid hac clade triſtius? quid calamitoſius? quum omne Latium, atque Picenum, Etruria omnis, atque Campania, poſtremo Italia, contra matrem ac parentem ſuam Ur-
6 bem conſurgerent. quum omne robur fortiſſimorum fideliſſimorumque ſociorum ſub ſuis quiſque ſignis haberent municipalia illa prodigia: Popedius Marſos; & Latinos Afranius; Umbros totus ſenatus, & conſules: Samnium Lu-

Syllæ rogo exarſit. Non abſimilis locutio in Juſtino. 11,1,4: *nonnulli facem nuptiis filiæ accenſam, rogo patris ſubditam, dolebant.*

5. *Quid hac clade triſtius? quid calamitoſius*] Plin. 2, 83: *Bellum ſociale, quod haud ſcio, an funeſtius ipſi Italiæ fuerit, quam civilia.* Vellei. 1, 15, 5: *id bellum amplius* CCCM. *juventutis Italicæ abſtulit.*

Omne Latium, &c.] Populos, qui a Rom. hoc tempore deſciverunt, recenſet Appianus de bell. civ. lib. 1. pag. 374.

6. *Sub ſuis quoſque ſignis*] Sic reſcripſi. alii omnes, quantum ſcio, *ſub ſuis quiſque ſignis.* quod ego quidem haud intelligo. Senſus eſt, illa municipalia prodigia (ut vocat duces Italicos) ſocios adverſus Romanos duxiſſe, *ſub ſuis quoſque ſignis.* ita Curtius, 3, 3, 26: *ultimi erant cum ſuis quiſque ducibus, qui cogerent agmen, leviter armati.*

Popedius] *Quintum Popedium* vocat App. p. 375. *Pompedium* Strabo, lib. 5. p. 167. in Oroſio tamen, 5, 9. eſt *Popedius.* *Silonem* cognomento, Vellei. 2, 16, 1: Ep. Liv. 76: Diodor. excerpt. ex lib. 37; qui tamen *Q. Pompædium* vocat. Plut. Mar. cap. 54. ubi tamen editur πόπλιος, pro ποπέδιος. & de fort. Roman. cap. 15: Obſequens, cap. 116, ubi *Pompeius Sylo*, pro *Popedius Silo.* quod vitium etiam in Diod. lib. 37. ſub fin. excerpti reperias. eſt autem alius Pompeius Silo in editis Senecæ ſuaſoriis. In Plutarchi Cat. Min. cap. 3. eſt Πομπαίδιος Σίλλων, ἀνὴρ πολεμικὸς, καὶ μέγιστον ἔχων ἀξίωμα.

Marſos] Fortiſſimum populum, *de quibus ferunt: ad id temporis nec ſine Marſis, nec de Marſis, triumphum viſum*; Appian. pag. 378: & hinc bellum iſtud *Marſicum* appellatum fuit, a præcipua gente.

Et Latinos Afranius] In al. edd. *Pop. Marſos & etiam Latinos, Afranius Umbros*, &c. Ut videantur iſtæ voces, *& etiam*, abſorpſiſſe nomen alicujus ducis.

Afranius] *Titus Afranius* eſt apud Appian. pag. 375.

Totus ſenatus & conſules] Vellem juviſſent hac in parte qui mſſ. codices poſſident, varietatem lectionum promendo. quam ſæpe magno uſui eſſe, in Salviani locis aliquot Ritterſhuſius admonuit. Quamvis enim non obſcurum ſit, auctorem Senatum conſuleſque, quos

Digitized by Google

Lucaniamque Teleſinus: ut quum regum & 7
gentium arbiter Populus ipſum ſe regere non
poſſet, victrix Aſiæ Europæque a Corfinio
Roma peteretur. Primum fuit belli in Albano 8
monte conſilium, ut feſto die Latinarum, Julius Cæſar & Martius Philippus conſules, inter ſacra & aras immolarentur. Poſtquam id 9
nefas

quos inſtituerant Itali, dicere (qua de re Strabo, lib. 5. pag. 167: & Diodorus, lib. 37.); male tamen cohærere ſententiam, nemo paullum attentior non videt. Porro conſilium eſt omnium ducum, qui memorantur, nomina ſubjungere, ſi quæ forte medela huic auctori inde quæri poſſit. Sunt igitur præter jam nominatos: *Herius Aſinius* Velleio, 2, 16, 1: & Appiano, pag. 375: Eutropio, lib. 5. *Hierius Aſinius*: ejuſque interpreti Græco Ἵερος Ἀσιάνιος. pro quo *Hirnus Aſinius* eſt in epit. Liv. 73. ubi *prætor Marrucinorum* vocatur. *Inſteius*, ut Vellei. appellat, vel, *P. Vettius*, ut Appianus; *Cato*, qui *P. Vettius Cato*, & in aliis exempl. *Vettius Scato* eſt Ciceroni, Philippica 12, 11. *C. Vettius* apud Senec. de benef. 3, 23, 6. ubi *prætor Marſorum* dicitur: *Titus Vettius*, Eutropio; & ejus interpreti, Τίτος Βέττιος. *C. Pontidius*, apud Vellei. *Marius Egnatius*, apud Vellei. Appian. & epit. Liv. 75: *Pontius Teleſinus*, infra, 3, 21, 22: Vellei. 2, 27, 1: Plut. Sylla, cap. 57: Appian. pag. 405. *C. Papius*, apud Appian. cognomento *Mutilius*, ut Velleius, & forte Plut. de fort. Roman. cap. 15. nam ibi Μύλιος. vel, ut Oroſ. 5, 18. habet, *Mutilus*, Samnitium dux. Apud Diodor. Ἀπώνιος Μότυλος eſt: item, M. Ἀπώνιος. *M. Lamponius*, Appian. & noſtro infra, 3, 21, 22. quem Lucanorum ducem facit Diod. lib. 37: Plut. Sylla, cap. 57: & Appian. pag. 405. *P. Ventidius*, Appian. hic videtur pater fuiſſe Ventidii qui Parthos vicit. vide Vellei. 2, 66, 1: Plin. 7, 43, 2. *Gutta Capuanus*. Appian. pag. 405. *C. Judacilius*, Apulorum dux. Appian. vel ſecundum Oroſ. & Eutrop. Picentum. *P. Præſenteius*. App. *C. Apponius Motulus*. Diodor. *Tib. Cleptius*. Diod. de quo idem, lib. 36: *Lucanis Cleptius, vir ſcientia rei militaris & fortitudine clariſſimus, præerat*. *Agamemnon* archipirata, Marſorum dux, Oroſ. & Eutrop. *Francus*, Marſorum dux, Oroſ. & Eutrop. *Juventius*, Eutrop. 5, 9. *Obſidius*, Oroſ. *Titum Herennium*, & *Aulum Cluentium* addit Eutropius. Legitur & *Duillius* apud Frontin. 1, 5, 17. Hi ſunt quos reperire licuit, unde ſi quis auctori lucem fœnerari poſſit, gauderem utique; nam ego minor ſum.

7. *Corfinio*] Urbe Peligna, quam communi conſilio muniverant Itali, *Italicam*que vocaverant. Appian. Diodor.

8. *In Albano monte*] Ubi fieri ſolebat Jovi Latiali feriis Latinis. Livius, 21, 63, 10: *ne Latinas indiceret, Jovique Latiali ſolenne ſacrum in monte Albano faceret*.

Inter ſacra & aras immolarentur] Auct. de Vir. Illuſt. cap. LXVI. Eoſdem conceptus habuit Val. Max. 9, 7, 2. de Q. Pompeii cos. nece:

nefas proditione diſcuſſum eſt, Aſculo furor omnis erupit, in ipſa quidem ludorum frequentia trucidatis, qui tum aderant ab Urbe, legatis. hoc fuit impii belli ſacramentum. Inde

nece: *ſacrificare incipientem adorti, in modum beſtiæ necaverunt.* Adde Caſaubonum, in notis ad Suetonium, Auguſto, 15, 2.

9. *Aſculo furor omnis erupit*] Sic etiam Appianus. ſed initium belli a Picentibus ortum eſt, in ep. Liv. 72. Appianus idem, & Strabo, Marſos defeciſſe primos memorant. Sed poteſt non magno negotio hic nodus diſſolvi. Primum enim Aſculum in Piceno eſt, auctore Plinio, 3, 13. neque ullum relinquit dubitandi locum ep. Liv., in qua ſic ſcriptum eſt: *Italici populi defecerunt, initio belli a Picentibus orto.* hoc autem initium quale fuerit narrans, hæc addit: *Q. Servilius procos. in oppido Aſculo, cum omnibus civibus Romanis qui in oppido erant, occiſus eſt.* Deinde Marſi reliquis populis auctores defectionis fuere, Popedius præcipue, quem, Romanos imitati, coſ. crearunt. Florus. Strabo. Diodorus. Eoſdem ante alios arma ſumpſiſſe indicare videtur Paterculus, 2, 15, 3. has omnes ob cauſſas bellum Marſicum eſt appellatum, non Samniticum, quamvis ex ea gente alter eſſet coſ. creatus. Hæc Vincentius Contarenus, variar. lect. initio.

Per ludorum frequentiam] Idem vult Obſequens, cap. 114: *Aſculi* (ſic enim malo, vel certe *a Silone*, quam quod inibi legitur *A Sylo*) *per ludos Romani trucidati.* Appian. pag. 374: *Servilius propere oppidum ingreſſus, Aſculanoſque, ſolenne patrium celebrantes, minis deterrere conatus, ab eis interficitur,* &c.

Legatis] Oroſ. 5, 17: *C. Servium prætorem, legatum ad ſe miſſum, apud Aſculum occiderunt, ſtatimque clauſa civitate omnes cives Rom. indicta* (an *indigna*?) *cæde jugulaverunt.* At qualis ille legatus? qua de cauſſa miſſus? quo more? an legatus hic eſt pro præſide? quod poſterioribus ſeculis nomen obtinuit: videretur, niſi repugnaret veteris reip. conſtitutio, qua præſides propria habebant auſpicia, propriam juriſdictionem ex lege, non demandatam, ut poſtea Cæſaribus imperantibus. Prope igitur eſt, ut cenſeam, Florum, & Oroſium (modo ſic ſcripſerint uterque), lapſos ſui ſeculi conſuetudine, *legatos* appellaſſe qui pro conſulibus, aut pro prætoribus erant. Hoc enim expreſſe Appianus, pag. 374. cum imperio fuiſſe in iis regionibus; &, ne putes oſcitanter hoc dixiſſe, addit: *apparet enim, tunc quoque regiones Italiæ diſtributas fuiſſe proconſulibus. quem morem imitatus Adrianus imperator, retulit poſt ætates aliquot.* Reſtat alia auctorum pugna, de nomine & honore cæſorum. Vellei. enim, 2, 15, 3. *Servium prætorem*; ut & modo citatus Oroſius, vocant. epit. Liv., *Q. Servilium proconſulem*; cui accedit Appianus, qui Fonteium etiam, legatum ejus, cæſum refert: quod & ipſum Velleius. Poſt horum necem omnes qui tum in oppido erant, Romanos promiſcua cæde ſtratos, omnes conſentiunt.

Belli ſacramentum] Sic apud Tac. H. 4, 64, 5.

SAL-

de jam paſſim ab omni parte Italiæ, duce & 10
auctore belli diſcurſante Popedio, diverſa per
populos & urbes ſigna cecinere. Nec Anniba- 11
lis, nec Pyrrhi, fuit tanta vaſtatio. Ecce Ocri-
culum, ecce Grumentum, ecce Feſulæ, ecce
Carſeoli, Reate, Nuceria, & Picentia cædi-
bus, ferro, & igne vaſtantur. Fuſæ Rutilii co- 12
piæ, fuſæ Cæpionis. Nam ipſe Julius Cæſar
exercitu amiſſo, quum in Urbem cruentus re-
ferretur, miſerabili funere mediam etiam Ur-
bem perviam fecit. Sed magna populi Romani 13
for-

SALMASII.

11. *Reſeratæ Nuceria*] Nemo vel de mendo admonuit, quod tamen graviſſimum ſuper hoc loco ſidit. optimus liber, *reſerat Nuceria*. in uno Palatino, *reſerata*. alter, *roſerata*. omnino debet nomen Italicæ urbis reponi; &, niſi fallor, ſcribendum: *ecce Carſeoli, Reate, Nuceria*, &c. alii melius conjiciant, & viri ſunto. pro *Nuceria*, quidam *Luceria*: & *Nuceria*, & *Luceria*, in Italia ſunt.

FREINSHEMII.

10. *Duce & auctore belli Popedio*] Conſentiunt epit. Liv. 76: Strabo, lib. 5. pag. 167. alii.

11. *Nec Annibalis, nec Pyrrhi, fuit tanta vaſtatio*] Rotundius ita: *Non Annib. non Pyrrhi tanta vaſtatio*. Sic ſupra, 1, 13, 7. *Non Cremeræ fœdior clades*. Sic enim, ut jam monui, lubentius ſcripſerim. ad quas rationes accedit Sidonii auctoritas, quem ſic etiam ſenſiſſe apparet ex carm. 9, 239.

Tantum dans lacrymas ſuis Philippis,
Ut credat Cremeræ levem ruinam,
Infr. & cenſeat Alliam dolendam,

12. *Rutilii*] Reponendum hoc nomen Obſequenti, cap. 115. loco quem *Lucilius Lupus* obſedit hactenus.

Julius Cæſar] Alios eſſe ſecutum annales Florum oportuit, qui ea de L. Julio Cæſare ſcribit, quæ alii de Rutilio Lupo memoriæ prodiderunt. accedit ad criminationem Flori, quod Annales Coſſ. hunc Julium cenſorem cum Licinio Craſſo in proximum annum nuncupent, & Rutilium Lupum in prælio occiſum teſtentur. *Stadius*. Talia conſideranti ſuboritur ſuſpicio, librariis redonandum hunc Julium Cæſarem, quem forſan ex notis male intellectis effinxerant; quid enim propius, quam ex his literis *Coſ.* fieri *Cæſ.*? nec *Julius* & *Rutilius* ſcriptura multum diſcrepant. præterea quid iſta vox *ipſe*? cui bono? aut quis ita loquitur? cur ergo diffitear, videri legendum: *nam ipſe Rutilius Coſ.*?

VARIORUM.

Perviam fecit] Ingenioſe Lipſius, dicto cap. XIX. emendabat, *permadefecit* Pall. tres nihil abeunt a vulgato. *Gruterus*.

SAL-

Digitized by Google

fortuna, & ſemper in malis major, totis denuo viribus inſurrexit: aggreſſique ſinguli populos; Cato diſcutit Etruſcos; Gabinius Mar-
14 ſos; Carbo Lucanos; Sylla Samnites. Strabo vero Pompeius, omnia flammis ferroque populatus, non prius finem cædium fecit, quam Aſculi everſione, Manibus tot exercituum, conſulum direptarumque urbium diis litaretur.

CAP.

SALMASII.

14. *Tot exercituum conſularium*] Melius ex libris legam: *manibus tot exercituum, conſulum, direptarumque urbium*, &c.

FREINSHEMII.

13. *Et ſemper in malis major*] Vide ſupra, 2, 2, 22.

Sylla Samnites] Siſenna apud Cicer. de divin. 1, 33: *Cum Sylla in agro Nolano immolaret, ante prætorium, ab infima ara, ſubito anguis emerſit: cum quidam C. Poſthumius haruſpex oraret illum, ut in expeditionem exercitum educeret; id cum Sylla feciſſet, tum ante oppidum Nolam florentiſſima Samnitum caſtra cepit*. Idem Val. Max. 1, 6, 4: Plut. Sylla, cap. 17: Obſequens, cap. 116.

14. *Strabo vero Pompeius*, &c.] Velleius, 2, 21, 1: *Magni pater, cujus præclara opera, bello Marſico, præcipue circa Picentum agrum, uſa erat reſpubl. quique Aſculum ceperat, circa quam urbem cum in multis aliis regionibus exercitus diſperſi forent, V & LXXM civium Rom.; amplius LXM Italicorum, una die conflixerant.*

VARIORUM.

13. *Etruſcos*] Etruſcorum animos, dum moliuntur bellum, a Senatu Romano in amicitiam, civitatis donatione, fuiſſe præoccupatos alii ſcribunt. (Appianus, pag. 379.) ſed L. Porcium Catonem Cos. rebus proſpere geſtis, fuſiſque aliquoties Marſis, dum caſtra eorum ad Fucinum lacum expugnat, fraude C. Marii, cujus patris victoriam Cimbricam Cato dicteriis extenuaverat, in turba occiſum eſſe, Oroſius, 5, 17. ſcribit. *Stadius*.

SAL

Digitized by Google

CAP. XIX.

Bellum ſervile.

UTcunque, etſi cum ſociis (nefas) cum 1
liberis tamen & ingenuis dimicatum eſt:
quis æquo animo ferat in principe gentium
Populo bella ſervorum? Primum ſervile bel- 2
lum inter initia Urbis, Herdonio Sabino du-
ce, in ipſa Urbe tentatum eſt: quum, occu-
pata Tribuniciis ſeditionibus civitate, Capi-
tolium obſeſſum eſt, & a Conſule captum:
ſed hic tumultus magis fuit, quam bellum.
Mox, imperio per diverſa terrarum occupa-
to, quis crederet Siciliam multo cruentius
ſervili, quam Punico bello eſſe vaſtatam?
Terra frugum ferax, & quodammodo ſubur- 3
bana

FREINSHEMII.

1. Lucretius, lib. 1: Silius, 14, 23: Diodorus, 5, 2: Polybius, lib. 1: Solin. cap. 11: Mela, lib. 2.

2. PRimum ſervile bellum] De quo Liv. 3, 15, 7: Dionyſius, 10, 16: Diod. apud Valeſ. pag. 362. Zonaras in conſulatu Poſthumii Comini, & T. Largii.

3. *Terra frugum ferax*] Quo reſpectu *ille M. Cato ſapiens, cellam penariam reip., nutricem plebis Romanæ, Siciliam nominavit.* Cic. in Verr. 2, 2: *benigniſſimam urbis nutricem.* Val. Max. 7, 6, 1: *fiſcalia horrea & vitales portas.* Salvian. lib. VI, καὶ δὴ καὶ καλοῦσιν αὐτὴν ταμιεῖον τῆς Ῥώμης, *atque adeo penum urbis appellant.* Strabo, lib. 6. pag. 188, &, ſi recte memini, a quodam auctore *horreum pop. Rom.* vocatur. infra, 4, 2, 22: *annonæ pignus.* Plura de ejus fertilitate Claudian. de raptu Proſerp. lib.

VARIORUM.

SErvile bellum, quod in Sicilia geſtum eſt, ſcribunt ep. Liv. 56: Plut. Craſſo, cap. 18; Oroſ. 5, 8: Eutrop. 4, 3: Euſeb. lib. temp. Auguſt. Civ. 3, 26. Animadvertendum, hoc bellum geſtum ante bellum ſociale, ut ex proceſſu ſcriptorum videre licet. Eutrop. præterea dicit geſtum anno DCL. Sociale vero anno DCLXII. ab U. C. Auctor Solin. cap. 2. Tempore igitur ſociale bellum poſterius eſt, ſed dignitate prius. *Camers.*

Digitized by Google

bana provincia, latifundiis civium Romanorum tenebatur. Hic ad cultum agri frequentia ergaſtula, catenatique cultores, materiam
4 bello præbuere. Syrus quidam nomine Eunus (magnitudo cladium facit, ut meminerimus) fanatico furore ſimulato, dum Syriæ deæ comas jactat, ad libertatem & arma ſervos, quaſi numinum imperio, concitavit; idque ut di-
5 vinitus fieri probaret, in ore abdita nuce, quam ſul-

SALMASII.

3. *Latifundiis civium Latinorum tenebatur*] Pro *Latinorum*, Lipſius ille, *lautiorum* legebat: ingenioſe, niſi aliud ſuaderent libri; quorum optimus, eorum ſaltem quos vidimus, Nazarianus ita habet, *civium Romanorum Latinorum.* certum eſt duplicem in libris olim lectionem fuiſſe, *Romanorum*, & *Latinorum.* utramque more ſuo eximius ille liber conſervavit: cum ſequiores librarii alterutrum tantum retinendum putaverint. inde eſt quod alii libri, *Romanorum*; alii nonnulli, *Latinorum*, ſcriptum habeant. *Latinorum* ejicimus: *Romanorum* verum putamus. ita etiam habetur in utroque Palatino.

FREINSHEMII.

Latifundiis] Mſſ. Vineti, *late fundis*, quod & in vet. noſtro. non male, ut opinor, imo optime.

Catenatique cultores] Vide Lipſium: electorum 2, 15. Excerpta Diod. apud Valeſ. pag. 362, & 365.

4. *Eunus*] Hujus meminit etiam Marcellinus, fine lib. 14: & fuſe Diodorus, lib. 34: Eclog. 2.

Magnitudo cladium facit, ut meminerimus] Similis fere ſententia ſupra, 2, 6, 25: *Cannæ, ignobilis vicus, ſed magnitudine cladis emerſit, & XLM cæde parta nobilitas.* Plutarch. Sylla, cap. 72. inter eos Eunum hunc numerat, *qui, nulla quidem virtute, nobilitati ſunt tamen.*

Syriæ deæ] De hac vide Salmaſii Plinianas exercitationes in Solinum, pag. 574, &c. Eam attingit vetus inſcriptio apud Gruterum, pag. 5. num. 1. JOVI. O. M. ET. DEÆ. SURIÆ.

Comas] Paſſim edd. *cerimonias.* at vetus, *comas.* utrumque quomodo defendatur, habet. ſed admiſi illud *comas*, quod ita quoque extaret in mſſ. Vineti & Palatinis. *Gruterus.* Pontano autem reſcribendum videtur, *comos. comus* enim eſt ſaltationis genus, quod tibia & fiſtula in comeſſationibus, cujuſmodi erant Syriæ iſtius deæ, paſſim agitabantur. Vide Caſaub. ad Baron. 14, 9.

5. *In ore abdita nuce*, &c.] Idem Diodorus, ubi ſupra. Sic *Barchochabas auctor ſeditionis Judaicæ, ſtupulam in ore ſuccenſam anhelitu ventilabat, ut flammas evomere putaretur.* D. Hieronym. apologia adverſus Rufinum. Adde Lucian. de Alexandro Abonitichite, tom. 1. pag. 868: &c. El Viaie de la Tierra Santa del Ceverio, cap. 13. f.

SAL-

ſulphure & igne ſtipaverat, leniter inſpirans, flammam inter verba fundebat. Hoc miracu- 6
lum primum duo millia ex obviis, mox jure belli refractis ergaſtulis, ſexaginta amplius millium fecit exercitum; regiiſque, ne quid malis deeſſet, decoratus inſignibus, caſtella, oppida, vicos, miſerabili direptione vaſtavit. Quin illud quoque (ultimum belli dedecus) 7
capta ſunt caſtra Prætorum; nec nominare ipſos pudebit, caſtra Manilii, Lentuli, Piſonis, Hypſæi. Itaque qui per fugitivarios retrahi de-

SALMASII.

5. *Leniter inſpirans*] *Leviter inſpirans*, in aliis. utrumque probum eſt.

FREINSHEMII.

6. *Hoc miraculum*] Non dubito quin ſcripſerit Florus, *hoc miraculo*. ut ſequentia, *fecit exercitum*, referantur ad Eunum. Sic Salluſtius, apud Senec. epiſt. 114. *exercitum argento fecit*. Auctor de vir. illuſtr. cap. 67. *ruptis ergaſtulis exercitum fecit*.

Jure belli] Quod igitur jus belli ſervis? aut porro jus belli conſiſtit in refringendis & armandis ergaſtulis? nihil tamen expedio, niſi debiles conjecturas. quid, ſi *more belli*? nam hoc ſæpius factum legimus, nullo tamen jure. nec enim continuo mos in jus tranſit. quid, ſi *vi rebelli*? quid, ſi *vi & bello*? aut inſeramus vocem, ut ſolet Florus, *quaſi jure belli*? elige vel corrige.

Refractis erg.] Iiſdem prope verbis Auct. de Vir. illuſtr. cap. LXVII.

Sexaginta] Sic v. e.: vulg. *quadraginta*; quod rejeci ob mſſ. Vin. qui alterum firmabant. neque ſecus Pall. duo meliores, nam tert. retinet XL. *Gruterus*. Oroſ. 5, 6. LXX dicit: quin CC Diodorus, lib. 34.

Regiiſque, &c.] Inſuper mutato nomine, *Antiochum* ſe vocavit, alios ſervos ſibi ſubditos *Syros*. Diodorus. Sicut apud eundem alter ſervorum dux *Tryphonem* ſe dici juſſit. Nam in hac quoque re nonnihil eſt momenti. tangit Juſtinus, 10, 3, 5: *Codomannus quidam rex a Perſis conſtituitur; Darii nomine, ne quid regiæ majeſtati deeſſet, honoratus*. Tarquinius Collatinus pulſus eſt ob nomen regium. Regillianus quidam Imp. factus, nominis ſuffragio. Blanca præ ſorore Urraca, Gallorum regis hæ filiæ fuerunt, regias nuptias ſortita eſt, rebus cum omnibus, præterquam nominis elegantia, vinceretur.

7. *Quin illud quoque (ultimum belli dedecus) capta*, &c.] Ita diſtinxi, quod totidem literis verba inveniſſem in vet. ed.

Nec nominare] Contra Tac. 14, 14, 8.

7. *Fugitivarios*] Græci eleganter φυγαδοθήρας. (Plut. Demoſth. cap. 40.) recentior Helleniſmus διωγμίτας. (qui forte fuerint *Dioçmitæ*

debuiſſent, prætorios duces, profugos præ-
8 lio ipſi ſequebantur. Tandem Perperna Im-
peratore ſupplicium de eis ſumptum eſt. Hic
enim victos, & apud Ennam noviſſime ob-
ſeſſos, quum fame, quaſi peſtilentia, con-
ſumpſiſſet, reliquias latronum compedibus,
catenis, religavit, crucibuſque punivit. fuitque
de ſervis ovatione contentus, ne dignitatem
trium-

mitæ Marcellini, 17, 30.) Metaphraſtes in vita S. Athanaſii: ζημίαν ζωῆς ὑφέξειν τοὺς διωγμίτας, εἰ μὴ τὸν Ἀθανάσιον ζῶντα παραστήσωσι. Juſtinianus ἐρευνάδας Græce nominat illos Quæſtores a ſe inſtitutos, quorum officium deſcribit, Novella 80. Hæc Caſaubonus ad Sueton. Cæſ. 1, 2. ibi: *ſeque ab inquiſitoribus pecunia redimere*. De *fugitivariis* porro proprie ſic dictis vide Gothofredi notam ad l. 18. de præſcr. verb. Quod autem ex l. 15. eod. tit. *fugitivarios* eos etiam quidam faciunt, qui noverunt, ubi deliteat ſervus, eumque indicant; cauſſam non video. nec enim magis iſti fugitivarii, quam quivis alius, qui latentem latronem aut prædonem quemcunque indicat, quod omnes facere tenentur per l. 1. de receptat.

8. *Perperna*] Florum Romanæ hiſtoriæ callentiſſimum, hæc non de *M. Perperna*, qui paulo poſt eum Ariſtonico debellavit; ſed de *P. Rupilio* ſcripſiſſe mihi perſuadeo; qui, omnium auctorum conſenſu, hoc bellum ſervile confecit. Ceterum in Flori vulgatis exemplaribus librariorum culpa lata perperam *Perpernæ* nomen pro *Rupilio* ibidem irrepſiſſe videtur: ſicut etiam Sigonium, alioſque hiſtoriæ Romanæ peritos, opinari intelligo. Hæc Pighius in annalibus Romanis ſub anno DCXXII.

Crucibuſque punivit] Servili ſupplicio. Vide Lipſium, de Cruce, 1, 12.

Ovatione] Minoris triumphi genus eſt, quod concedebatur imperatoribus, *cum aut bella non rite indicta, neque cum juſto hoſte geſta eſſent: aut hoſtium nomen humile & non idoneum eſt, ut ſervorum piratarumque: aut deditione repente facta, in pulvere (ut dici ſolet) incruentaque victoria evenit*. Agell. 5, 6. Ovans nec curru vectus, nec trabeam, nec togam pictam indutus, pedibus urbem, exercitu præeunte, ingreditur, ut Dionyſius, 5, 46. (qui *pedeſtrem triumphum* vocat ovationem, extremo lib. 9.) teſtatur. itidem Maſſurius Sabinus, apud Agell. dicto loco prodidit: ſequentibus eos non militibus, ſed univerſo ſenatu. Myrtea coronatos fuiſſe, & uſos, qui ovantes ingrederentur; ut, qui triumphantes veherentur, laurea, Plutarchus, Marcello, cap. 35, & 36: Plinius, 15, 29. Feſtus, Agell. teſtantur. Ovationem Plut. ab ove, quam immolabant ovantes; ut, triumphantes in Capitolio taurum, dictam contendit. *Stadius*. Dionyſius, 5, 46. *a Græco εὐάσμος vocabulo, in obſcuritatem corrupto*.

des-

triumphi ſervili inſcriptione violaret. Vixdum 9
reſpiraverat inſula, quum ſtatim ſervi, & a Syro reditur ad Cilicem. Athenio paſtor, interfecto domino, familiam ergaſtulo liberatam ſub ſignis ordinat. Ipſe veſte purpurea, 10
argenteoque baculo, & regium in morem fronte redimita, non minorem, quam ille fanaticus prior, conflat exercitum: acriuſque multo, quaſi & illum vindicaret, vicos, caſtella, oppida diripiens, in dominos, in ſervos infeſtius, quaſi in transfugas, ſæviebat.
Ab hoc quoque Prætorii exercitus cæſi, cap- 11
ta Servilii caſtra, capta Luculli. Sed Aquilius,

deducit. Symmachus, ep. 10, 22. Ovantes *equo vectos* ſcribit.

8. *Contentus*] Sic Aquilius, apud Cicer. de orat. 2, 47: Craſſus, apud Plin. 15, 29. ex hac cauſſa ovantes urbem ingreſſi.

SALMASII.

9. *Quum ſtatim a ſervis, & a Syro*] Lectio parum proba. corrigo, *quum ſtatim ſervi, & a Syro reditur ad Cilicem.*

11. *Prætorii exercitus cæſi*] *Prætoris exercitus.* N.

FREINSHEMII.

9. *Quum ſtatim ſervi*] Repræſentavi lectionem Pal. pr. & ſec. itemque mſſ. aliquot Vineti. hactenus impr. *quum ſtatim a ſervis*, nullo ſenſu.

Athenio paſtor] Nam varia ſervorum erant officia, quæ copioſe exequuntur, Pignorius, in tractatu de ſervis; & Popma, de operis ſervorum. De hoc vide etiam Dionem apud Valeſ. pag. 637.

10. *Regium in morem fronte redimita*] Hoc eſt, diademate revincta. Diadema enim erat faſcia candida, qua frontem circumligabant. Hinc illud Favonii, in Pompeium, apud Val. Max. 6, 2, 7. Vide omnino Lipſium ad Tacit. 6, 37. 3: & Briſſonium, de regno Perſ. lib. 1. pag. 35. De hac autem hiſtoria lege Diodor. 36, 7.

Acriuſque multum, &c.] Si mei res ſit arbitrii (quod ſine mſſ. ope non licere novi) conſtituerem periodum hanc hoc modo: *acriuſque multum, quaſi & illum vindicaret, ſæviit; in ſervos infeſtius, quaſi transfugas.* Habes auctoris ſtylum, pauculis tranſpoſitis, aliis, quæ ex ſuperiore numero 6. attexta videbantur, eliminatis.

11. *Ab hoc quoque*] Diodorus, lib. 36. tribuit hæc Salvio cuidam, cui Athenio, velut imperator regi, audiens fuerit.

Aquilius] Quem ab egregia fortitudine laudat Diodorus, fine narrationis hujus; & Athenionem ſua manu confeciſſe ſcribit. Hic eſt, quem mox Mithridates

Digitized by Google

lius, Perpernæ uſus exemplo, interclusum hoſtem commeatibus ad extrema compulit: communitaſque copias armis fame facile delevit: dedidiſſentque ſe, niſi ſuppliciorum
12 metu voluntariam mortem prætuliſſent. Ac ne de duce quidem ſupplicium exigi potuit, quamvis in manus venerit. quippe, dum circa adprehendendum eum multitudo contendit, inter rixantium manus præda lacerata eſt.

CAP.

cepit, necavitque: de quo Athenæus, 5, 14: *Manius Aquilius, qui conſulatum geſſit, & de Sicilia triumphavit.* Qui capiendus de minori triumpho, hoc eſt, ovatione, quod etiam Caſaubonus monuit. vide ſupra, 3, 19, 8.

SALMASII.

11. *Niſi ſuppliciorum metui*] Mors non præfertur ſuppliciorum metui, ſed ſuppliciis; quibus quidem ut mortem præferamus, metus ipſorum facit: non tamen metui tantum illam præoptamus. optimæ membranæ, *niſi ſuppliciorum metu ac voluntariam mortem prætuliſſent.* addita ſyllaba lego, *niſi ſuppliciorum metu ſibi voluntariam mortem prætuliſſent*: alias legendum eſſet, *niſi ſuppliciorum metu voluntariam mortem prætuliſſent.*

12. *Dum circa deprehendendum eum*] Eædem membranæ, *dum circa adprehendendum.* lego, *circa adprehendendum eum.* qua lectione nihil verius.

FREINSHEMII.

12. *Inter rixantium manus præda lacerata eſt*] Sic infra, 3, 21, 26: *Bæbius inter manus laceratus eſt.* Simile in Plutarcho mihi lectum memini, de quodam formoſo puero, duarum partium manibus, dum utrinque trahitur, diſtracto. Æteon ei nomen fuit. Vide etiam Maximum Tyrium, ſerm. 8. in pr. & Diod. apud Valeſ. pag. 229.

VARIORUM.

12. *Dum circa deprehendendum*] V. c. & aliæ, *dum circa ad depreh.* neque aliter Pall. *Deprehendendum* illud habuerim pro ſcribæ gloſſa. *Gruterus.*

SAL-

CAP. XX.

Bellum Spartacium.

ENimvero ſervilium armorum dedecus fe- 1
ras. nam & ipſi per fortunam in omnia
obnoxii, tamen quaſi ſecundum hominum
genus ſunt; & in bona libertatis noſtræ adop-
tantur: bellum Spartaco duce concitatum quo
nomine appellem neſcio. quippe quum ſervi
militaverint, gladiatores imperaverint, illi in- 2
fimæ ſortis homines, hi peſſimæ, auxere lu-
dibrio calamitatem. Spartacus, Crixus, Oe- 3
nomaus, effracto Lentuli ludo, cum triginta
haud

SALMASII.

3. CRixus] Libri variant: *Criſſus, Chryſsus*. ſed meliores, *Crixus*.

FREINSHEMII.

DE bello contra Spartacum geſto ſcribunt ep. Liv. 95: Oroſ. 5, 25: Eutrop. 6, 2: Front. 1, 5, 20, & 21: 1, 7, 5: (2, 5, 34.) Auguſt. Civ. 3, 26. Copioſe Plut. in Craſſo: Appian. de bel. civ. lib. 1. pag 423: Claudian. de bello Getico, verſ. 155: Lucanus, 2, 554: Camers meminit & l. 3. §. 10. de acquir. poſſeſſ. Item Themiſt. Serm. IX.

1. *Quaſi ſecundum genus hominum ſunt*] Sic illa apud Juven. 6, 221: O *demens, ita ſervus homo eſt?* Homines autem eos eſſe, parumque diſcriminis inter eos & dominos, pulcre oſtendit Seneca, epiſt. 47. Vide Macrob. Saturn. 1, 11.

2. *Hi peſſimam*] Quid, ſi legas: *illi infimæ ſortis homines, hi peſſimæ; nam* &c? &, *auxere ludibrio calamitatem*, huc facit, cum enim calamitoſiſſimum ſit ſervire, miſerius adhuc eſt gladiatorem eſſe: cujus vita, viliſque ſanguis, ludicris & ſpectaculis impenditur.

3. *Cum triginta haud amplius*] Ita Mſſ. Vineti ac Pall. ut & v. c. ideoque malui, quam quod hactenus cuſi, *cum ſeptuaginta*: etſi ita plerique ſcriptorum. immo adhuc illud *aut* mutarim in *haud* (obſecutus ſum judicio); ut neget, amplius fuiſſe quam XXX; quem numerum invenies quoque apud Cicer. lib. 6. epiſt. ad Atticum. *Gruterus.* Ciceronis ad Atticum, 6, 2. verba ſunt hæc: *non amplius, inquis, quinquaginta. Cum Spartaco minus multi primo fuerunt.* De numero porro iſto varietatem auctorum proponere libet. LXXIIX fuiſſe Plutarchus, Craſſo, cap. 14. ſcribit: Appianus, de bell. civ. lib. 1. pag. 423. LXX. Epit. Liv. 95: Vellei. 2, 30, 6: Eutrop. 6, 2: Oroſ. 5, 25: & Frontin. 1, 5, 21. LXXIV. Pacatus, Paneg. Theod. cap. 23. indefinite, *effracto*

haud amplius ejuſdem fortunæ viris eruperunt Capua; ſerviſque ad vexillum vocatis, quum ſtatim decem amplius millia coiſſent hominum,

Cn. Lentuli ludo mirmillonum agmen emicuit. Idem poſtea accidit imperante Probo, ut, effracto ludo, LXXX gladiatores turbas darent. Zoſimus fine primi libri quod extat.

SALMASII.

Ejuſdem fortunæ viris] Ἄνδρας vocat, qui potius ἀνδράποδα erant. optime vetus liber. *cum ejuſdem fortunæ ludis.* facilis emendatio: *ludiis* enim lego. *Ludii* vulgo ſunt ſaltatores: Ovidius,

Ludius æquatam ter pede pulſat
humum.

ſed *ludii* etiam ſunt gladiatores, a ludo dicti, ut manifeſto indicat hic locus. Trebellius Pollio, Claudio: *At ego ſcio, ſæpius inter gladiatores bonis propugnatoribus hoc nomen adpoſitum, habuit proxime tuus libellus numerarius hoc nomine, in indice ludorum.* ita vulgo legitur peſſime. nam ſcribendum, *in indice ludiorum.* ludii ſunt gladiatores. Ille libellus munerarius nomina continebat gladiatorum. In eo catalogo gladiatorem nomine Aureolum conſcriptum fuiſſe ſcribit Pollio. nec diſſimulandum eſt, non *ludiorum* repeγiſſe in optimis membranis Palatinis, quas ſtudioſe contulimus. Gloſſæ veteres, Laniſta, λουδοτρόφος, μονομαχοτρόφος, ἐπιστάτης μονομάχων. legendum, λουδιοτρόφος. Ludius enim idem eſt, quod μονομάχος. inde λουδιοτρόφος dicitur laniſta, qui ludios, hoc eſt, μονομάχους, inſtituit. Ludii igitur ſunt gladiatores, quod nos primi nunc docemus.

Serviſque ad vexillum & ad auxilium vocatis] Eadem hunc locum corrupit ratio, de qua ſupra ſæpius diximus. διπλογραφούμενον in libris, *ad auxilium*, *ad vexillum*, quorum alterum verum, alterum falſum & expungendum. nam optimus codex ita ſcriptum exhibet, *ſervis ad vexillum, ad auxilium vocatis. ad auxilium* depravatum erat in antiquis libris pro illis, *ad vexillum.* Antiqui ſcribæ religioſe καὶ ἀδιόρθωτον καὶ διωρθωμένην γραφὴν adſcribebant. recta ſcriptura eſt, *ad vexillum.* altera, ut diximus, depravata. legendum igitur, *ſerviſque ad vexillum vocatis, quum ſtatim decem amplius millia coiſſent hominum*, &c.

FREINSHEMII.

3. *Viris*] Ita Pal. prim. ac tert. nam ſec. *ludis*: quod proclive quidem mutare in *ludiis*; ſed an ideo etiam convenit? mihi non videtur Flori ævo id nomen datum gladiatoribus; etſi negare nolim. potuiſſe invaluiſſe ſeculo ſequenti. Haud eis diſconvenire nomen *virorum*, liquet ex ſequentibus, ubi iterum, num. 6. iiſdem tribuitur. *Gruterus.* Sic Plutarcho paſtores, qui poſtea Spartaco aggregati ſunt, appellantur πλῆκται καὶ ποδώκεις ἄνδρες. Sic noſter, 2, 14, 4. Andriſcum appellat *virum.* Julianus autem, in Cæſarib. refert τὸν δουλικὸν δ᾽ ἐκεῖνον πόλεμον, οὐ πρὸς ἄνδρας γενόμενον, ἀλλὰ πρὸς τοὺς χειρίστους τῶν οἰκετῶν.

VARIORUM.

3. *Serviſque ad vexillum vocatis*] Sic omnino legendum fide Palat. ſec. ac tert. *Gruterus.*

Digitized by Google

num, non modo effugiſſe contenti, jam vindicari volebant. Prima velut ara viris mons Veſuvius placuit. Ibi quum obſiderentur a 4
Clodio Glabro, per fauces cavi montis vitineis delapſi vinculis, ad imas ejus deſcendere radices: & exitu invio, nihil tale opinantis

SALMASII.

Jam vindicare volebant] Hæc lectio melior non eſt illa altera, *jam vindicari volebant*; idque χρῆσις hujus auctoris docet. Nazar. liber, *quin jam vindicari volebant*. ita reponendum cenſeo.

4. *Vitineis delapſi vinculis*] *Vitinea vincula* unica voce Græci vocant κλημάτιδας. qua voce etiam uſus eſt Plutarchus in ejuſdem hiſtoriæ narratione. libri quidam *vixinis*, aut *vixineis*. poſſet eſſe, *buxinis*, aut *buxineis*. *Buxinum* enim dicebant Latini a buxo. ut Græci πύξινον ἀπὸ τοῦ πύξου. Gloſſarum ſcriptor, *Buxinum*, πύξινον. in Catalectis Virgilianis, in illa parodia de mulione:

——— *Pectinemque buxinum.*

vulgo ſcribitur monſtroſe prorſus, *proximum*. antiqua γραφὴ, *puxinum* aut *poxinum*. poſtea in *proximum* corruptum eſt.

Et exitu invio] Non poſſum audire qui *inviſo* legunt: neque *invio*, quod editum eſt, probo: quod fortaſſe mirum videbitur. ille liber, quem fere in omnibus ſequimur, *in uno* habet. qui Plutarchi hæc verba legerit, id optimum fortean putet: ἔπειτα Κλωδίου στρατηγοῦ μετὰ τρισχιλίων πεμφθέντος ἐκ Ῥώμης καὶ πολιορκοῦντος αὐτοὺς ἐν ὄρει μίαν ἔχοντι καὶ χαλεπὴν καὶ στενὴν ἄνοδον, ἣν Κλώδιος ἐφρούρει. τὰ δ᾽ ἄλλα κρημνοὺς καὶ λισσάδας. Sed non dubito quin legendum ſit, *exitu non uno*. Et facile probabo. Illa μία ἄνοδος, quam Plutarchus dicit, ad hunc locum nihil facit. Cuſtodiebat eum Clodius. Latrones, cum ceteras omnes vias τὸ δυσέμπορον loci intercluderet; unica autem quæ erat, teneretur a Clodio; per fauces cavi montis delapſi ſunt vinculis vitineis. Ad imas autem radices in multas partes ſciſſo aut forato monte, non uno exitu ſubito invaſerunt caſtra. *Non uno* igitur legimus, pro *in uno*, facili etiam in aliis lapſu.

FREINSHEMII.

Jam vindicari volebant] Ita Pal. pr. ac ſec. nam tert. editioque princeps, *jam vindicare vol.* ſequentes, *jam vindicare etiam volebant*. Pal. pr. habebat a manu recentiori; *quin jam vind.* ſed annon *quin* ſuperfluum? *Gruterus.* Ceterum ex præcedentibus etiam, *non modo eff. cont.* iſtud *modo* ejecerim. niſi forte, pro *non modo non* poſitum eſt? cujus rei exempla in Indice Juſtiniano notavimus. Sed iſto ſenſu non reperi, niſi ſubſequentibus *ſed ne*, aut aliquo ſimili, ut in illo Cicer. in Piſ. cap. 40. *non modo quid geſſeris, ſed ne quibus in locis quidem fueris, dicere audes*. Similis eſt autem huic loco Lucianus, 24, 29, 10: *nec jam libertate contentos eſſe, niſi etiam regnent ac dominentur.*

4. *Harena*] Nemo me accuſabit, opinor, ſi veram lectionem reddam auctori, tametſi ſine libris

5 tis ducis ſubito impetu caſtra rapuere. Inde
alia caſtra. Deinceps Coram, totamque per-
vagantur Campaniam. Nec villarum atque
vicorum vaſtatione contenti, Nolam, atque
Nuceriam, Thurios, atque Metapontum,
6 terribili ſtrage populantur. Affluentibus in
diem copiis, quum jam eſſet juſtus exercitus,
e viminibus, pecudumque tegumentis, in-
conditos ſibi clipeos; e ferro ergaſtulorum re-
7 cocto, gladios ac tela fecerunt. Ac ne quod
de-

bris. Igitur ejecta *ara* harenam ſubſtitui. Quid enim cum *ara* gladiatoribus, aut quænam iſta comparatio? non dubito quin ipſa veritas ſit noſtra conjectura. Sic idem, ſeq. cap. princ: & 4, 2, 18. cum cives gladiatorio more concurriſſe ait, *arenam* vocat, iiſdem pene verbis, quantum enim ad gladiatores pertineat harena, vulgo notum eſt.

Clodio Glabro] In epit. Liv. 95. *Claudius Pulcer* eſt. Appiano *Varinius Glaber*.

Vitigineis] Ita Vineti Mſſ. al. *vixinis* aut *vixineis*. putes legendum, *Vimineis*, Frontinus, 1, 5, 21. *ex vimine ſilveſtri catenas conſeruit*. Sed quodnam illud *vimen ſilveſtre*? cur ea differentia additur? Plut. Craſſo, cap. 15. *e labruſca* contextas fuiſſe catenas iſtas ait. eſſe igitur in Frontino ſcribendum: *ex vite ſilveſtri*.

Exitu invio] Forte non abſurdum fuerit legere; *exitu in ipſo*, ut referatur ad caſtra in ipſo exitu oppoſita, malim, *exitu in imo*, niſi modo præceſſiſſet id vocis.

SALMASII.

5. *Atque Nuceriam*] Etiam hoc loco ex libris quidam *Luceriam* retinent.

6. *E viminibus, pecudumque tegumentis*] Frontinus, *Spartaco copiiſque ejus ſcuta ex vimine fuerunt, quæ coriis tegebantur, e ferro ergaſtulorum recocto*. N. *& ferro*.

FREINSHEMII.

5. *Caſtra. Deinceps*] Videtur utique non expers injuriæ locus. Ad ſenſum rectius conſtituendum hæc ſcriptura profecerit: *Inde alia caſtra. deinceps Coram. totamque pervagati Campaniam, nec vill.* &c.

6. *E viminibus*] Non conficiundorum ſcutorum ratio, & urgente neceſſitate ſæpius uſurpata. Cæſar, de bel. Gall. 2. 33. de Atuaticis: *Scutis ex cortice factis, aut viminibus intextis, quæ ſubito (ut temporis exiguitas poſtulabat) pellibus induxerant*, ad talia ſcuta tirones exercebantur apud antiquos. De Spartaco loquitur Frontinus, 1, 7, 6. Salluſtius etiam videtur accipiendus, H. 4, 3, 14: *Hi locorum pergnari* (ſic enim legendum eſt; *non perignari*), *& ſoliti nectere ex viminibus vaſa agreſtia; ibi tum quod inopia ſcutorum fuerat, ad eam artem ſe quiſque in formam parmæ equeſtris armabat*. Adde Tacit. 2, 14, 6.

SAL-

decus juſto deeſſet exercitui, domitis obviis
gregibus paratur equitatus, captaque de præ-
toribus inſignia & faſces ad ducem detulere.
Nec abnuit ille de ſtipendiario Thrace miles, 8
de milite deſertor, inde latro, dein in hono-
re virium gladiator. qui defunctorum quoque 9
prælio ducum funera imperatoriis celebravit
exequiis, captivoſque circa rogum juſſit armis
depugnare, quaſi plane expiaturus omne præ-
teritum dedecus, ſi de gladiatore munerator
fuiſſet. Inde jam conſulares quoque aggreſ- 10
ſus, in Apennino Lentuli exercitum perceci-
dit. apud Mutinam Caii Caſſii caſtra delevit.
Quibus elatus victoriis, de invadenda urbe 11
Romana (quod ſatis eſt turpitudini noſtræ)
deliberavit. Tandem etiam totis imperii viri- 12
bus contra mirmillonem conſurgitur: pudo-
rem-

SALMASII.

10. *Caii Caſſii*] *Craſſi*, & *Craſſi*, veteres nonnulli.

13. *Circa Bruttium angulum*] *Brittium*, ἀρχαϊκῶς. ſcriptum in veteribus Græcis Βρέττιοι & Βρέττιοι. ſic & Brindiſium non raro occurrit in ſcriptis libris. eſt Græcis Βρενδέσιον. mox *cluſi*, Nazarianus, non *occluſi*: & melius. *cluſi* pro *clauſi*. *Bruttium angulum* hic vocat Florus. Plutarchus, τὴν ῥηγίνων χεῤῥόνησον.

FREINSHEMII.

8. *De ſtipendiario Thrace miles*] Similis climax ſupra, de Viriato, 2. 17, 15.

9. *Qui*] Forte rectius, *quin*.

Circa rogum] *Crixi*. Vide Appian. de bell. civ. lib. 1, pag. 424.

Munerator] Hoc eſt, qui præbet ſpectacula, munus, gladiatores. ἀγωνοθέτης eſt Græcis. Auguſtus *munerarium* dixit. Vide latius Lipſium, Saturn. 1, 7.

10. *Conſulares*] Sidonius, carm. 9, 249:

Vel qua, Spartace, conſulum ſolebas
Victrici gladios fugare ſica.

ſic enim in Sidonio malim, quam *Vel quos*, & *ſica*. ratio correctionis eſt in contextu.

12. *Contra mirmillonem*] Species pro genere. Nec enim mirmillo fuit iſte Spartacus; *Thrax* genere, & ut Sidonius modo dicebat, *ſica* armatus, propria Thracibus ornatura. vide Lipſ. Saturn. 2, 9, & 13,

FREINS.

remque Romanum Licinius Craſſus aſſeruit: a quo pulſi fugatique (pudet dicere) hoſtes
13 in extrema Italiæ refugerunt. Ibi circa Bruttium angulum cluſi, quum fugam in Siciliam pararent, neque navigia ſuppeterent, rateſque ex cratibus, & dolia connexa virgultis in
14 rapidiſſimo freto fruſtra experirentur, tandem eruptione facta, dignam viris obiere mortem: & quod ſub gladiatore duce oportuit, ſine miſſione pugnatum eſt. Spartacus ipſe in primo agmine fortiſſime dimicans, quaſi Imperator, occiſus eſt.

CAP.

FREINSHEMII.

13. *Bruttium angulum*] Adde Suet. Aug. cap. 7: Sic ſupra, 2, 6, 51: *Nero in ultimum Italiæ angulum* (iidem Bruttii erant) *ſubmoverat Annibalem.* Livius etiam, fine libri 27. *extremum Italiæ angulum Bruttios* dixit.

Cluſi] Sic Naz. & v. ed. noſtra. aliæ *occluſi*: male. nam & reliqui Palatini, *clauſi*.

Ex cratibus] Ita tamen elephantos trajecit Metellus, apud Frontinum, 1, 7, 1. Nec multo alter Annibal: apud Liv. xxi.

14. *Sine miſſione*] Hoc eſt, ad necem uſque. Miſſio enim erat gratia deferendi pugnam, quæ dabatur quandoque victis gladiatoribus: cum autem placeret, ut eouſque pugnaretur, quoad alteruter occumberet, dicebatur pugna *ſine miſſione*. Vide Lipſium, Saturn. 2, 21. qui, ſicut in aliis multis, ita hic quoque loci, erit inſtar omnium. Hoc addo, quæ reperiuntur apud Apulei. lib 2. videri ipſiſſima verba, gladiatoribus occini ſolita, ab iis forte, a quibus producebantur: *occide moriturus, pugna hæc non habet miſſionem.* Adde Lipſ. ad Senecam de ira, 1, 16, 41. Porro *gladiatores ſine miſſione & prohibuit* Auguſtus, Suet. in vita, 45, 7.

Quaſi imperator] Simile eſt ſupra, 2, 14, 9. de Pſeudophilippo; *ut de eo pop. Rom., quaſi de vero rege, triumpharet.*

CAP.

Digitized by Google

CAP. XXI.

Bellum civile Marianum.

HOc deerat unum populi Romani malis, ut jam ipſe intra ſe parricidale bellum domi ſtringeret, & in urbe media ac foro, quaſi harena, cives cum civibus ſuis, gladiatorio more concurrerent. Æquiore animo utcunque ferrem, ſi plebeii duces, aut ſi nobiles, mali ſaltem ducatum ſceleri præbuiſſent: quum vero, pro facinus! qui viri! qui imperatores! decora & ornamenta ſeculi ſui, Marius, & Sylla, peſſimo facinori ſuam etiam dignitatem præbuerunt. Tribus, ut ſic dixerim, ſideribus agitatum eſt: primo & levi, & modico tumultu magis, quam bello, intra ipſos

SALMASII.

1. UT *jam ipſe*] *Jam ut ipſe*, ipſiſſimus eſt Flori character.

3. *Tumultu magis, quam bello*] Editiones anteriores habebant, *tumultu majore, quam bello.* ſcio unde enatum ſit illud vitium lectionis: vitioſe ſcriptum erat, *majus* pro *magis*: deinde illi, qui operam ſuam di[illegible]nt corrumpendis libris, ex *majus* fecerunt *majore.* cap. XIX hujus libri, *Tumultu majus, quam bello.* ita ſcriptum erat in antiquiſſimo Codice, *majus*, pro *magis*.

VARIORUM.

BEllum Marianum ſcribunt fere omnes. Epit. Liv. 77. & ſeqq. Plutarchus, in vitis Marii & Syllæ: Auguſt. Civit. 3, 27, & 28: Eutrop. lib. 5. per totum: Oroſ. 5, 19: Auctor de vir. illuſtr. cap. 67, 68, 69, & 75: Copioſe Appianus de bell. civ. lib. 1. pag. 383, &c. Val. Max. 1, 5, 5: 2, 3, 1: 6, 8, 2: 6, 9, 14: 9, 2, 2: Solin. cap. 40: Plura Lucanus, 2, 67. *Camers.*

FREINSHEMII.

1. B*Ellum*] Convenientius eſſet, *telum.*

2. *Quum vero*] Parum congruere periodum iſtam quilibet attentus facile perſpiciet. putem autem concinniorem fore, ſi legatur; *jam vero.*

3. *Tumultu magis, quam bello*] At & infra, 4, 12, 40. fuit: *ſub meridiano tumultuatum magis, quam bellatum eſt.* immo ſupra, 3, 19, 2: ſed

4 ſos armorum duces ſubſiſtente ſævitia: mox atrocius & cruentius per totius viſcera ſenatus 5 graſſante victoria: ultimum non civicam modo, ſed hoſtilem quoque rabiem ſupergreſſum eſt; quum armorum furor totius Italiæ viribus niteretur, eouſque odiis ſævientibus, 6 donec deeſſent, qui occiderentur. Initium & cauſa belli, inexplebilis honorum Marii fames, dum decretam Sullæ provinciam Sulpicia lege ſollicitat. Sed impatiens injuriæ ſtatim Sulla legiones circumegit: dilatoque Mithridate, Eſquilina Collinaque porta geminum agmen





Ornamenta ſeculi ſui, Marius] *Cujus vultus in* Gemma, *apud* Urſinum, 88. Imago, *&* *in* Nummis, *apud* Patinum, *ad* Suetonii Jul. *Verum mera hac figmenta; quippe in altero caput Mario eſt calvum & imberbe, in altero capillis hiſpidis & frontem velantibus deforme, barba quoque promiſſa. Neque in* Gemma *placet effigies.*

Sed hic tumultus magis, quam bellum. Gruterus. Liv. 25, 26, 6: *Tumultum tamen majorem hoſtes præbuerunt, quam certamen.* Cum hac

Et Sulla] *Qui in* Nummis, *apud* Urſino-Patinum, in Famil. Cornelia; *ut & apud* Oudano-Oyzelium, 112. Tab. 12. Num.

autem periodo confer, quæ ſcribuntur infra, 4, 2, 2, & 3.

6. *Sulpicia lege*] C. Ampel. *Civile bellum primum Sulpicius Tribunus excitavit, quod ſubſcriptam provinciam Mithridaticam Sylla in Marium transferre noluiſſet.* Ubi *ſibi ereptam* leg., & *transferri.*

SAL-

agmen Urbi infudit. Unde quum conſulto 7
Sulpicius & Albinovanus objeciſſent cater-
vas; ſudeſque & ſaxa undique a mœnibus ac
tela jacerentur, ipſe quoque jaculatus incen-
dio viam fecit, arcemque Capitolii, quæ Pœ-
nos, quæque Gallos etiam Senones evaſerat,
quaſi captivam victor inſedit. Tum ex ſena- 8
tuſconſulto adverſariis hoſtibus judicatis, in
præſentem tribunum, alioſque diverſæ factio-
nis, jure ſævitum eſt. Marium ſervilis fuga
exemit, imo fortuna alteri bello reſervavit.
Cornelio Cinna, Cnæo Octavio conſulibus, 9
male obrutum reſurrexit incendium, & qui-
dem ab ipſorum diſcordia, quum de revocan-
dis, quos ſenatus hoſtes judicaverat, ad po-
pulum referretur. Cincta quidem gladiis con- 10
cio-

SALMASII.

7. *Unde, quum ſubito*] Repone antiquam & veram lectionem, *Unde, quum conſulto.* quam ut mutarent, quid moverit correctores, neſcio: niſi ſit cujuſdam libri prava ſcriptura, quæ cum haberet, *Unde conſulto*, illi mutandum putaverunt *ſulto* in *ſubito.* nos tales ſyllabarum ſimiliter abſorptus notavimus multoties in hoc tantulo libro.

Quæ Pœnos quoque, Gallos etiam] Neſcio, an quibuſdam placere poſſit alter Palatinus, ita ſcribens, *quæ Pœnos, quæque Gallos etiam Senones, evaſerat.* nos flagitium non eſſe putamus aliquid mutare.

8. *Ex ſenatuſconſulto*] Nazarii liber, *ex conſulto ſenatus*, poſterior Palat. *ex decreto ſenatus.*

Exemit] Idem, *eximit*, Flori character,

FREINSHEMII.

7. *Sudes & Saxa*] Tela tumultuaria, quæ mihi quoque conjunxiſſe videtur Virg. in illis, Æn. 1, 154:

Jamque faces & ſaxa volant. --

Videtur, inquam, ſcripſiſſe, *Jamque ſudes.* nam quomodo illud alterum explicari poſſit, nondum video. Sic idem, Æn. 7, 506. ubi iterum tumultum depingit: -- *hic torre armatus obuſto, Stipitis hic gravidi nodis*, &c. Sic Statius, Thebaid. 5, 352. -- *ſaxa ſudeſque.* Nunc in Virgilio nihil muto. Sic enim & Tac. 14, 45, 2: *conglobata multitudine*, ſaxa ac faces minitante.

8. *Tum ex conſulto ſenatus*] Porro morem *hoſtes judicandi* multis exemplis illuſtrat Briſſonius, formularum lib. 2. pag. 292.

FREINSH.

cione, ſed vincentibus quibus pax & quies potior, profugus patria ſua Cinna confugit ad partes. Redit ab Africa Marius clade major. ſiquidem carcer, catenæ, fuga, exilium,
11 horrificaverant dignitatem. Itaque ad nomen tanti viri late concurritur: ſervitia (pro nefas!) & ergaſtula armantur: & facile invenit exer-
12 citum miſer imperator. Itaque vi patriam repoſcens, unde vi fuerat expulſus, poterat videri jure agere, niſi cauſam ſuam ſævitia corrum-





Cinna confugit] *Nummus honori Cinnæ ſtatus, apud* Goltzium, in Faſtis, *&* Urſinum, in Familiis.

FREINSHEMII.

10. *Clade major*] Vide ſupra, 1, 16, 7.

Horrificaverant] Sic Pal. pr. & tert. & q. I. Pulcra autem eſt hujus verbi hoc loco notio. *horrificaverant dignitatem* eſt, quaſi dixiſſet, admirabiliorem fecerant Marium, & quodam quaſi ſacro horrore auxerant, reverentiamque conciliarant, quod, cum tot periculis appetitus eſſet, non potuerit extingui. *horror* enim ad res ſacras refertur, & venerationem. Virgil. Æn. 1, 169:

—— Horrentique atrum nemus imminet umbra.

Lucan. 3, 411:

Arboribus ſuus horror ineſt. ——

Vide Taubmannum ad iſtum ex Virgilio locum, & Berneccerum ad Suet. Aug. 6, 2. g. Diverſa ſunt ab his, quæ apud Tacit. 1, 4, 8: & H. 1, 21, 4. de exilio efferatis leguntur.

11. *Servitia armantur*] Non incommode Val. Max. 8, 6, 2.

12. *Cauſſam ſuam*] *Cauſſam ſanam* legit Barthius, adverſ. 18, 18. Utut ſit, animadvertendum eſt, bonam quoque comœdiam indecenter

rumperet. Sed quum diis hominibuſque infeſtus rediret, ſtatim primo impetu cliens & alumna Urbis Oſtia nefanda ſtrage diripitur. Mox in urbem quadtuplici agmine intratur. 13
Diviſere copias Cinna, Marius, Carbo, Sertorius. Hic poſtquam manus omnis Octavii depulſa Janiculo eſt, ſtatim ad principum cædem ſigno dato, aliquanto ſævius, quam aut in Punica aut in Cimbrica urbe, ſævitur. Octavii conſulis caput pro Roſtris exponitur; 14
Antonii conſularis in Marii ipſius menſis. Cæſares a Fimbria in penatibus domorum ſuarum tru-

center agendo corrumpi: quod de Lutheri cauſſa dixiſſe fertur Eraſmus. Plautus, Bacchid. 2, 2, 36:

Etiam Epidicum, quam ego fabulam, æque ac me ipſum, amo;
Nullam æque invitus ſpecto, cum agit Pellio.

Tac. H. 1, 83, 4: *Sæpe honeſtas rerum cauſſas, ni judicium adhibeas, pernicioſi exitus conſequuntur*. Adde 2 Pet: 1, 5, & 6: & ibi Oſiandrum.

SALMASII.

13. *Statim in principum cædem*] *Ad principum cædem*, melius, ex omnibus, tam veteribus ſcriptis, quam excuſis.

14. *Cæſar; & Fimbria*] Fimbrias fuiſſe Marianarum partium, ex hiſtoriis conſtat. quis hic igitur Fimbria a Marianis occiſus? incertant me, ut ita dicam, libri variantes. alter Palatinus, *cæſi a Fimbria*: alter vero, *cæſi a Funebria*. ut paulo poſt, *trucidatur*, non *trucidantur*. an igitur legendum? *Cæſar a Fimbria in penatibus domorum ſuarum trucidatur*. ita legam lubens, ſi modo aliquid mihi ex hiſtoria adluceret.

FREINSHEMII.

13. *Quadruplici agmine*] Κατὰ πίσσας ἅμα τὰς πύλας, inquit Dio apud Valeſ. Excerpt. pag. 642. Quod ſequitur in Floro, *diviſere*, forte melius mutes in, *diviſerant*.

Ad principum cædem] Eleganter, & hiſtorica fide, Lucanus, 2, 99.

14. *Octavii*] Vide Appia. pag. 393. d. Cujus necem præceſſit prodigium, quod referunt Val. Max. 1, 6, 10: Obſequens, cap. 117.

Antonii] Vide Val. Max. 9, 2, 2: Appian. p. 394, b: Plut. Mar. cap. 74: Vellei. 2, 22, 4. Hunc Cicero, ut eloquentiſſimum, prudentiſſimum, ſapientiſſimumque virum, ubique commendat. ut, de Orat. 3, 3. Fuit autem avus triumviri, ſi credimus Plut. in vita Antonii, cap. 1.

Menſis] Sic de Antonio triumviro Seneca. fine epiſt. 83.

Cæſar; & Fimbria] Locus varie vexatus, cui tamen nemo melius (meo quidem animo) ſubvenit, quam Andreas Schottus, in obſerv. hiſtor. 3, 34, qui legendum cenſet; *Cæſares a Cinna*, aut *Cæſares fratres*: juvante etiam Cice-

trucidantur: Craſſi, pater & filius, in mutuo alter alterius aſpectu. Bæbium atque Numitorium per medium forum unci traxere carni-
15 ficum. Catulus ſe ignis hauſtu ludibrio ho-
16 ſtium exemit. Merula flamen Dialis, in Capitolio Jovis ipſius oculos venarum cruore reſperſit. Ancharius, ipſo vidente Mario, confoſſus

rone, de Orat. 3, 3; & Tuſcul. quæſt. 5, 19. Idem Auguſtinum, Civit. 3, 27. ita corrigit.

Craſſi] De horum morte variant ſcriptores: Appianus, pag. 394. refert, filium, ne veniret in poteſtatem perſequentium, a patre occiſum. Ep. Liv. 80. filium ab equitibus Fimbriæ interfectum, patrem ſua manu, quod poſtremum etiam Cicero, de Orat. 3, 3. recenſet; de filio nihil.

15. *Catulus*] Qui cum non incolumitatem, ſed exilium, deprecaretur, ſæva illa Marii voce, *moriatur*, finire vitam coactus eſt, vide Cic. Tuſcul. quæſt. 5, 19: & de Orat. 3, 3: *Concluſit* autem *ſe loco, nuper calce arenaque perpolito, illatoque igni qui vim odoris excitaret, ſimul exitiali hauſto ſpiritu, ſimul incluſo ſuo, mortem magis voto, quam arbitrio inimicorum, obiit.* Velleii. 2, 22, 5: Val. Max. 9, 12, 4: Appian. pag. 395. Similem huic vitæ exitum ſortitus unus, quod ſciam, legitur Jovianus Imp. apud Marcellin. & Victorem, in Epitome.

16. *Merula*] *Inciſis venis, ſuperfuſoque altaribus ſanguine, quos ſæpe pro ſalute reip. flamen Dialis precatus erat deos, eos in execrationem Cinnæ, partiumque ejus tum precatus, optime de repub. meritum ſpiritum reddidit.* Vellei. 2, 22, 3. Val. Max. addit, factum hoc *in Jovis ſacrario.* καὶ οὐδὲν ἦν αὐτοῖς χωρίον, οὐχ ἱερὸν, οὔτ᾽ ἀσφαλὲς, οὔτ᾽ ἄσυλον, inquit Excerpt. Valeſ. 661. f. Porro in nece Merulæ hoc etiam notat Appianus, pag. 395. antequam venas ſecaret, ſcripſiſſe in tabella, ſe depoſito apice id feciſſe, quod nefas eſſet flaminem apicatum mori. Notandum præterea, *duobus & ſeptuaginta annis poſt hujus cædem neminem flaminem ſuffectum.* Tacit. 3, 58. 5.

Ancharius] Accedentem ſe ac ſalutantem Marius occidi juſſit, ſecundum Appian. pag. 394: Plut. Mario, cap. 72. addit, eam poſtea fuiſſe teſſeram Bardiæorum (ſic vocat ſervos qui ad Marium transfugerant), ut quem ille non reſalutaret, interficerent. Huc traho Lucan. 2, 126:

Te quoque neglectum violatæ
Scævola dextræ.

Ubi lege *violentæ*. Hoc enim dederat Marius σύνθημα τοῖς στρατιώταις, σφάττειν πάντας ἑξῆς, οἷς ἂν τῶν προσιόντων μὴ ὀρέξῃ τὴν χεῖρα, Dio in Excerpt. Valeſ. pag. 645. m. Hinc Seneca, de benef. 5, 16, 3: *trucidationis non tantum dedit ſignum, ſed ipſe ſignum fuit.* ut recte explicat Lipſius. Qui autem iſti Bardiæi ſint, non fruſtra dubitatur, cum ejus nominis ratio non appareat, nec ex Græcia peti poſſit, a Mario inditum; proinde mihi in mentem venit ſuſpicari, corrupte ſcriptam eam vocem Βαρδιαῖοι,

Digitized by Google

foſſus eſt, quia fatalem illam ſcilicet manum non porrexerat ſalutanti. Hæc tot ſenatus fu- 17
nera intra calendas & idus Januarii menſis ſeptima illa Marii purpura dedit. Quid futurum fuit, ſi annum Conſulatus impleſſet? Sci- 18
pione Norbanoque conſulibus, tertius ille turbo civilis inſaniæ toto furore detonuit. quippe quum hinc octo legiones, & quingentæ co-

διαῖοι, & reponendum *Μαριαῖοι*, ex more plane Romano, quo ſervi liberi effecti præferebant nomen ejus, cujus beneficio civitatem nacti fuerant. ſic Sylla XM habuit quos *Cornelios* appellavit, apud Appian. pag. 413. nec in ſervis tantum hoc obſervatum, ſed aliis peregrinis quibuſcunque. Hinc regnante Claudio multi deferebantur, qui Claudii nomine non uterentur. apud Dion. lib. 60. pag. 778. Exemplum ejus rei in Cæſ. de bell. Gall. 1, 47. Cicer. in Verrem: & aliis.

Ipſo vidente] Pejor ergo fuit Nerone, qui *tamen ſubtraxit oculos, juſſitque ſcelera, non ſpectavit.* Tac. Agr. 45, 4.

SALMASII.

17. *Si annum Conſularis impleſſet*] *Conſulatus*, in quibuſdam, *conſularis* non muto.

18. *Scipione Norbanoque conſulibus*] Mirum eſt, in omnibus libris calamo ſcriptis legi, *Scipione, Norbano quinto conſulibus.* nec tamen otii mihi tantum ſupereſt, ut poſſim ſcripturam illam, recta ſit, an corrupta, perpendere. corruptam tamen eſſe pronuntio.

FREINSHEMII.

17. *Intra calendas & idus*] Nam Marius deceſſit idibus, Ep. Liv. 80. Plut. tamen, cap. 80. ſeptimodecimo die defunctum ſcribit. Appian. pag. 396. primo conſulatus ſeptimi menſe. Vellei. 2, 23, 11 *initio ſeptimi conſulatus morbo oppreſſus deceſſit.*

Septima illa purpura] Marius enim primus omnium ſepties Cos. fuit. auctores qui ſupra: & Plin. 11, 45.

Conſularis] Nondum video cur, quod in aliis extare dicitur, *conſulatus*, verior ſcriptura negetur. nam *conſulares* dictos, qui conſules eſſent, nuſpiam reperi, quod meminerim.

18. *Norbano Quinto*] Sic edidi, volentibus Pall. o. & q. I. non eo ſenſu, quaſi quinquies cos. fuerit Norbanus (nec etiam hoc ita extuliſſet Florus, ſed *quintum*), ſed ut intelligatur, Norbano prænomen fuiſſe *Quinto.* nec obſtat, quod alii *Caium* vocant. non enim ignota eſt ſcriptorum in nominibus propriis, prænominibus cumprimis, variatio. Porro nec iſta nominum *μετάθεσις* nova eſt, ſed paſſim nota, multis etiam notata, inter cognomina quidem, & agnomina; ſed memini me hujus etiam exempla legere. Ut, apud Horat. Carm. 2, 40, 2: *Hirpine Quincti.* & de arte poëtica:

—— *Nec ſcit quantum Caſcellius Aulus.*

Hinc octo legiones, inde quingenta cohortes] Certum eſt, hoc loco de Marianarum partium copiis agi. nam Sylla cum ſuis in Aſia erat,

cohortes ſtarent in armis, inde ab Aſia cum
19 victore exercitu Sulla properaret. Et ſane
quum tam ferus in Sullanos Marius fuiſſet:
quanta ſævitia opus erat, ut Sulla de Mario
vindicaretur? Primum apud Capuam ſub amne Vulturno ſigna concurrunt: & ſtatim Norbani fuſus exercitus. ſtatim omnes Scipionis
20 copiæ, oſtentata ſpe pacis, oppreſſæ. Tum
Marius juvenis, & Carbo conſules, quaſi deſperata victoria, ne inulti perirent, in anteceſſum

erat, ut ſequitur. Apparet igitur, illud *inde* nullius eſſe pretii: quin legimus, *atque quingentæ cohortes.* Plut. etiam, Mario, cap. 51. aſſerit, quadringentas & quinquaginta cohortes habuiſſe. Porro, cum legiones & cohortes opponuntur, ut hoc loco, illæ ad cives Romanos, hæ ſocios & auxiliares, referuntur: ſic apud Sueton. Veſpaſ. 4, 13: *additis ad copias duabus legionibus, octo alis, cohortibus decem.* Sic apud Tacitum ſæpe.

SALMASII.

Et inde ab Aſia] *Et inde*, hæ duæ voces abſunt a veteribus libris. an ſint tollendæ, neſcio.

19. *Et ibi ſtatim*] Auctoribus libris illud *ibi* jubemus exulare,

20. *Ne inulti perirent*] Ante hæc verba, habet vetus liber, *antu eſſum*: fallor, aut legendum, *anteceſſum.* corruptus alter Palatinus, *in acceſſum*, qui tamen veſtigia oſtendit veræ lectionis. Eleganter igitur hunc locum reſtituimus: *Tum Marius juvenis, & Carbo conſules, quaſi deſperata victoria, ne inulti perirent, in anteceſſum ſanguine ſenatus ſibi parentabant. in anteceſſum*, loquutio familiaris huic Annæo, de qua etiam alibi meminimus dixiſſe. Nazar. legit, *ſanguinem ſenatus ſibi parentabant.* ſic alibi in eodem, *ſanguinem litare.*

FREINSHEMII.

20. *Perirent, in anteceſſum ſanguine*] Sic omnibus literarum apicibus Pal. tert. nec diſcrepat pr. niſi quod is, *in anticeſſum*: nam ſecundus male, *in acceſſum.* hactenus abfuit illud edit. noſtris. porro iidem tres mſſ. habent *ſanguinem* pro *ſanguine*. Gruterus. Hanc autem vocum bigam primus reſtituit Lipſius, ad Senec. epiſt. 7. in fin. Reſpicit huc Livius, 9, 14, 12: *ne deſperata venia hoſtes cæcos in ſupplicia eorum* (equitum Roman.) *ageret, perdere prius, quam perire, optantes.* Adde Silium, 5, 208. Hujus tamen ſceleris invidiam uni Damaſippo impingere videtur Vellei. 2, 26, 3: & Val. Max. 9, 2: & fortaſſe Salluſt. Cat. 51, 28. Appian. pag. 403. Marium Bruto, prætori urbano, hoc per litteras imperaſſe ſcribit. *prærepta interim ultione*, ut loquitur Tacitus, 14, 33, 6.

VARIORUM.

20. *Marius juvenis*] C. Marius, ſupradicti C. Marii, ſepties Cos., filius, Livio, Diodoro, Paterculo, Plutarcho, Auctore de vir. illuſtr. hoc Annæo, Eutropio, Auguſtino,

Digitized by Google

ſum ſanguine ſenatus ſibi parentabant obſeſſaque Curia, ſic de Senatu, quaſi de carcere, qui jugularentur, educti. Quid funerum in 21
foro, in circo, in patentibus templis? Nam Quinctus Mucius Scævola pontifex, Veſtales amplexus aras, tantum non eodem igne ſepelitur. Lamponius atque Teleſinus, Samni- 22
tum duces, atrocius Pyrrho & Annibale; Campaniam Etruriamque populantur: &, ſub ſpecie partium, ſe vindicant. Apud Sacriportum 23
Collinamque portam debellatæ omnes hoſtium

no, omnibus, puto, auctoribus, præter Appianum, qui, pag. 402. f. eum dicit filium fratris, illius ſepties cos., Marii: Ita fratris filium hic fortaſſis adoptaverat. Juvenem autem Marium, cos. per vim creatum ante XX ætatis annum, legimus in Ep. Liv. 86: anno ætatis XXV. in viris illuſtribus: XXVI. apud Vellei. 2, 26, 1: XXVII. apud Appianum. *Vinetus.*

SALMASII.

21. *Namque Quinctus Mucius*] Idem Nazarii liber, *nam cum Mucius Scævola.* legendum, *nam Quint. Mucius Scævola.*

22. *Se vindicant*] Alii libri, *ſe vindicabant.*

23. *Qui belli finis fuit*] Nazarianus, & reliqui, *qui bello finis fuit.* lege, *nec idem cædi, qui bello, finis fuit.*

FREINSHEMII.

Obſeſſaque curia] Sic ſub Domitiano memorat Tacit. Agr. 45, 1: *obſeſſam curiam, & clauſum armis ſenatum.*

Educti] Immo in ipſa curia confoſſi, ſi credimus Appiano.

21. *Veſtales amplexus aras*] Cicero, de Orat. 3, 3: & de nat. Deorum, temperantiæ prudentiæque ſpecimen, ante ſimulacrum deæ Veſtæ trucidatum, quod ſuo etiam ſanguine reſperſerit, eoque æternum illum ignem (quod addit Auguſtinus) virginum curæ commiſſum, prope exſtinxerit. *Vinetus.* Diodorus ait, per interfectores non ſtetiſſe, quominus ignis iſte, perpetua religione ab initio ſervatus, exſtingueretur iſto ſanguine, apud Valeſ. in Excerpt. pag. 411. f.

22. *Lamponius atque Teleſinus*] De his ſupra, 3, 18, 8.

Pyrrho, & Annibale] Eadem comparatio ſupra, 3, 18, 11.

VARIORUM.

23. *Apud Sacriportum*] Pal. pr. *Nec apud Sacrip.* Sec. *ſed apud Sacrip.* Tert. adhæret publicatis. media lectio non mala eſt. *Gruterus.* Porro Velleius, 2. 26, 1; & Lucanus, & Auctor de vir. illuſtr., & Oroſius, ita appellant locum hunc. Appianus, utraque voce integra, ἱερὸν λιμένα, id eſt, *Sacrum portum.* Vinetus.

ſtium copiæ. Ibi Marius, hic Teleſinus oppreſſi. Nec idem tamen cædium, qui belli finis fuit. Stricti enim & in pace gladii: animadverſumque in eos, qui ſe ſponte dedide-
24 rant. Minus eſt, quod apud Sacriportum, & apud Collinam portam, ſeptuaginta amplius millia Sulla concidit. bellum erat. Quatuor millia deditorum inermium civium in villa pu-
25 blica interfici juſſit. Iſti tot in pace, non plures

SALMASII.

25. *Iſti tot in pace; non plures ſunt*] Lege cum interrogationis nota: *Iſti tot in pace, non plures ſunt?*

FREINSHEMII.

Teleſinus] Memorabili inprimis pugna, quam præ ceteris eleganter deſcribit Vellei. 2, 27.

Nec idem tamen cædium, &c.] Salluſt. etiam, de Rep. 1, 25. memorat; *Domitium, Carbonem, Brutum, alios item, non armatos, neque in prælio belli jure, ſed poſtea ſupplices per ſummum ſcelus interfectos: plebem Romanam in villa publica pecoris modo conſciſſam.* Confer omnino Tacitum principio hiſtoriæ quartæ.

Animadverſumque, &c.] Apud Tacit. 12, 17, 2: *trucidare deditos ſævum videbatur.* Objicitur hoc Galbæ: *cum in oculis urbis decumari deditos juberet.* Tac. H. 1, 37, 3. Adde Dionis Excerpta Valeſ.

24. *Quatuor millia*] Suatim agunt hiſtorici, cum in nominando aut numerando diſcrepant. nil igitur mirum, hoc quoque loco exempli ſui tenaces fuiſſe. Conſentiunt autem ſoli omnium cum noſtro Dionyſius, 5, 87: & Strabo. Oroſ. minuit numerum, III M. fuiſſe dicens. reliqui augent; & VI M. quidem habet Plut., Sylla, cap. 60. VII M. Seneca, de clement. 1, 12, 3: Firmicus, lib. 1. cap. 3: Auguſtinus: VIII M. Epit. Liv. 88: & Appian. pag. 407. IX M. Auctor de vir. illuſtr. Alii per legiones componunt, & Panegyriſtes quidem unam numerat: duas Seneca, de benef. 1, 6, 4. IV. autem Val. Max. 9, 2, 1. numero immane aucto.

In villa publica] Livius, Ep. 88: Valerius, 9, 2, 1. Panegyricus Conſtantino dictus, cap. 21. Auguſtinus (Sex. Ampelius), omnes in villa publica. Quid Plutarchus? Sylla, cap. 60. *ἐν ἱπποδρόμῳ*, quod reddunt, *in circo maximo*: male; cum ille abjunctus ſit. intelligitque *Circum Flaminium.* Lucanus dicit *in Ovili*, ſive *in ſeptis*: 2, 97:

—— Et miſera maculavit Ovilia Roma.

Alibi, 7, 306:

Septorumque nefas, & clauſi prælia campi.

Hæc Lipſius, ad Senec. de clem. 1, 12, 4: in Strabone, lib. 5. pag. 172. eſt εἰς τὴν δημοσίαν ἔπαυλιν. quod vertunt, *in Ovile.*

25. *Non plures ſunt*] Aperte pugnat hæc lectio cum mente Flori: malim, *num plures ſunt?* quibus egregie reſpondent ſequentia.

SAL-

res ſunt? quis autem illos poteſt computare, quos in Urbe paſſim, quiſquis voluit, occidit donec admonente Furfidio, *Vivere aliquos debere, ut eſſent, quibus imperarent*; propoſita eſt ingens illa tabula: & ex ipſo Equeſtris ordinis flore ac Senatus, duo millia electi qui mori juberentur. novi generis edictum. Piget poſt hæc referre, ludibrio habita 26
fata Carbonis, fata Sorani Prætoris, atque Venuleii: Bæbium ſine ferro, ritu ferarum, inter manus laniatum: Marium, ducis ipſius fra-

SALMASII.

25. *Ac ſenatus*] *Ac ſenatu*, non male iidem libri.

26. *Prætoris, atque Venuleii*] Vitioſa admodum, neſcio, an plus aliquid debeam dicere. in ſcriptis omnibus exarata lectio, *prætorios atque Venuleios*, non temere eſt. nam omnes conſpirant. forte, *ludibrio habita fata Carbonis, fata Sorani prætoris, atque Venuleii os.* ut dicat, ludibrio habitum os Venuleii. ſed hoc ἀνιστόρητον. itaque alia omnia putamus.

FREINSHEMII.

Quiſquis voluit] Adde Dionis Excerpta Valeſiana, pag. 658.

Furfidio] Hic eſt C. *Furſidius*, *ſ.* pro *f.* quarta nominis litera Oroſio meo. *Afidius*, in Sylla Plutarchi, cap. 62. Alii autem hoc Syllæ tradiderunt dictum a *Caio* quodam *Metello*; alii a quodam Q. *Catulo*. Vinetus. Apud Salluſt. H. 1, 2, 15. legitur *Fuſidius*.

Ingens illa tabula] Non potuit non eſſe magna, quæ duum millium Romanor. nomina contineret. Eundem autem numerum habet Auguſtinus. Appian. civ. 1. pag. 409. XL. ſenatores, & MDC. equites. Val. Max. de eodem: *IVM & DCC. diræ proſcriptionis edicto jugulatos, in tabulas publicas retulit.* Vellei. 2, 28, 3. *Primus ille, & utinam ultimus, exemplum proſcriptionis invenit.* Vinetus. Nec minor fuit illa triumviralis, quæ Ciceronem rapuit; de qua infra, 4, 6, 3.

26. *Inter manus laniatum*] Vide ſupra, 3, 19, 12.

Marium, ducis ipſius fratrem] *M. Marius Gratidianus fuit*, ut patet ex Cicer. de petit. conſul. cap. 3: Seneca, de ira, 3, 18. Cujus autem Marii, ſeniorisne, an juvenis, frater fuerit, ambigitur. puto fuiſſe junioris fratrem, tam ex verbis auctoris, quam aliis argumentis. potuit autem hoc modo factus eſſe frater ipſius, ut quidem Marii ſepties cos. frater ſuſtulerit Marium juvenem, deinde Gratidium illum, de quo jam ſermo eſt, in adoptionem acceperit, ſuum autem filium fratri adoptandum dederit. quod poſtremum utique vel inde ſatis apparet, quod omnibus præter Appianum auctoribus Marius junior, celebris iſtius Marii filius vocetur; illi, fratris ejus filius: quod hac ratione utrumque verum fit. Porro, ne quis moveatur

fratrem, apud Catuli ſepulcrum, oculis, manibus, cruribuſque defoſſis, ſervatum aliquan-
27 diu, ut per ſingula membra moreretur. Poſitis ſingulorum hominum fere pœnis, municipia Italiæ ſplendidiſſima, ſub haſta venierunt, Spoletium, Interamnium, Præneſte,
28 Florentia. Nam Sulmonem, vetus oppidum, ſo-

eo, quod iſte Marii majoris frater habuerit naturales liberos, eoque non putet quendam alienæ familiæ adoptaturum fuiſſe, novum id Romano more non eſſe diſcat ex l. 17. §. 3. de adopt. & illuſtri exemplo Claudii, qui Britannico ex ſe genito fratrem Neronem adoptione junxit. Tacitus, Suetonius, Dio, alii.

SALMASII.

28. *Nam Sulmonem vetus oppidum*] Qui totam hanc periodum leget, ſeriem ejus male connexam, hiulcam, & ἀσύστατον nullo negotio deprehendet; cui ſi ordinem ſuum, καὶ σύστασιν reddere voles, ita debebis ſcribere: *nam Sulmone (vetus oppidum ſocium atque amicum) facinus indignum! nondum expugnato, ut obſides jure belli & mox morte damnati duci jubentur.* partim ingenio, partim ex veteris ſcripturæ veſtigiis hanc lectionem eruimus. *Sulmone* ſane exaratum reperi in optimis membranis. & omnino ita erat excudendum.

FREINSHEMII.

Apud Catuli ſepulcrum] Vide infra, 4, 6, 6.

Oculis, manibus, cruribuſque defoſſis] Hiatus & defectus, quem ſanaturum ſe promiſerat Lipſius, ad Senecam, de ira, 3, 18, 1. Viveres autem Lipſi, & ſanares! Nam lectio, quam Pighius in Annalibus adfert, neſcio quomodo Florum non reſipit. eſt autem iſta: *effoſſis oculis, manibus cruribuſque deſectis.* Malim pro *defoſſis* legere *perfoſſis*. Hanc autem crudelitatem paſſim memorant & deteſtantur. Inprimis Lucanus, 2, 174. cui perſimilis eſt illa, quam in Hannonem civem ſuum exercuerunt Carthaginenſes. nam ita Juſtinus, 21, 4, 7: *virgis cæſus, effoſſis oculis, & manibus cruribuſque fractis, velut a ſingulis membris pœnæ exigerentur, occiditur.*

Ut per ſingula membra moreretur] Ad eandem ſævitiam ſpectat gloriatio Veiani Nigri, *ſeſquiplaga interfectum a ſe* Subrium Flavium, apud Tac. 15, 67, 5. & Caligulæ præceptum: *Ita feri, ut mori ſe ſentiat*, Suet. cap. 30. item *lenta* illa *ſupplicia*, in Plin. Panegyr. 34, 4.

27. *Municipia Italiæ ſplendidiſſima, ſub haſta venierunt*] Tanquam hoſtilia, & bello capta; nam etiam urbes, ut cetera bello capta, vendebantur. Hujus generis eſt, quod Plinius, 4, 20. f. ſcribit; *Æmilium Paullum uno die LXXII. Macedoniæ urbes direptas vendidiſſe.* Sic Veſpaſiani totam Judæam vendiderunt, auctoribus Joſepho, de bell. Jud. 7, 27: & Zonara, ſub finem tomi primi.

Florentia] Editi *Fluentia*, ſed illud eſt in o. Pall. item mſſ. Vineti, & quibuſdam impreſſis. eſt autem hodieque nobilis illa *Florentia*, Tuſciæ caput: de qua vide Paul-

ſocium atque amicum (facinus indignum!) nondum expugnatum, ut obſides jure belli, & modo morte damnati duci jubentur: ſic damnatam civitatem juſſit Sulla deleri.

Paullum Merulam, Coſmogr. 2, 4, 21.

28. *Sulmonem*, &c.] Senſus eſt, deletum oppidum, non obſides necatos; ut videatur Florus comparaſſe Sulmonem hanc cum obſidibus, qui, ſi fidem fallant eorum cives, occidi ſolent. ut videatur propior conjectura, ſi legamus; *jam Sulmonem, vet. opp. ſoc. atque amicum, (facinus indignum!) nondum expugnatum, ut obſides, rebellium odio, morti* (hoc enim æque bonum quam *morte*, immo melius) *damnati duci jubentur: ſic*, &c.

Sic damnatam civitatem juſſit Sylla deleri] V. c. *ſed damnatam*: ego iſtam periodum habuerim pro ſpuria. *Gruterus*. Videtur tamen neceſſaria, & ad hoc factum reſpicere Plin. 3, 5. ubi *Sulmonem* hanc inter deletas Latii urbes recenſet. Diverſa ab hac eſt *Sulmo* Naſonis patria.

CAP. XXII.

Bellum Sertorianum.

1 BEllum Sertorianum quid aliud, quam Sullanæ proſcriptionis hereditas fuit? hoſtile potius, an civile dixerim; neſcio: quippe quod Luſitani Celtiberique Romano geſſerint duce.

FREINSHEMII.

QUæ hoc capite ſcribit Florus, lege apud Appian. de bell. civ. 1. pag. 418: Ep. Liv. 90, & ſeqq. Plura Plut. in vita Sertorii: Valer. Max. 1, 2, 4: 7, 3, 6: Auctor de vir. illuſt. cap. 63, & 67. Eutrop. in princ. ſexti. Hic Sertorius cervam candidam inſignis formæ per Luſitaniam ducebat, & ab ea, quæ agenda aut vitanda eſſent, moneri ſe aſſeverabat, ut barbari ad omnia, tanquam divinitus imperata, obedirent. Frontin. 1, 11, 13: 1, 5, 1: 1, 10, 1: 2, 1, 3: 4, 7, 6: Oroſ. 5, 22. *Camers*. Poſterius hoc recenſent etiam Plin. 8, 32: Plut. Sertor. cap. 16: Val. Max. 1, 2, 4: Agell. 15, 22.

VARIORUM.

1. HOſtile potius, an civile] *Civile* bellum, quod inter ſe gerunt cives, & ejuſdem loci incolæ: *hoſtile*, quod hoſtes, id eſt, peregrini, & diverſarum civitatum regionumque homines. Ita enim *hoſtes* ſunt dicti prius, qui poſtea peregrini, auctore Cicer. off. 1, 12: & Varrone, quarto de lingua Latina. Quod autem *hoſtile* hoc loco appellatur, idem etiam externum bellum dicetur in fine hujus capitis: & infra, 4, 2, 4. *Vinetus*.

SAL-

Digitized by Google

2 duce. Exul & profugus feralis illius tabulæ, vir ſummæ quidem, ſed calamitoſæ virtutis, malis ſuis maria terraſque permiſcuit: & jam Africæ, jam Balearibus inſulis, fortunam expertus, miſſuſque in Oceanum, Fortunataſque inſulas penetravit: tandem Hiſpaniam arma-
3 vit. Viro cum viris facile convenit. Nec alias magis apparuit Hiſpani militis vigor, quam
4 Romano duce. Quanquam ille non contentus Hiſpania, ad Mithridatem quoque Pon-
5 ticoſque reſpexit, regemque claſſe juvit. Et quid

SALMASII.

2. *Et jam Africæ, jam Balearibus inſulis*] Scribere malim, *Africæ, etiam Balearibus inſulis, fortunam expertus*. & verum prorſus cenſeo.

5. *Et quid futurum fuit*] Veteres libri ita diſtinguunt: *& quid futurum fuit ſatis tanto hoſti?* ſed male. alii, *& quid futurum fuit ſatis?* etiam male.

FREINSHEMII.

2. *Miſſuſque in Oceanum, Fortunatas inſulas penetravit*] Falſa manifeſto ſcriptura. a quo enim miſſus, jam ſui juris, & imperator ipſe? Præterea non penetravit inſulas Fortunatas, ſed meditatus eſt tantum id conſilium, non exequutus. teſtor Salluſt. Incert. 9, 22. ab Acrone citatum, qui tradit, Sertorium victum voluiſſe fugere ad inſulas Fortunatas. Teſtor Plut. Sertor. cap. 13. qui idem voluiſſe tantum ſcribit, efficere non potuiſſe. Quid ergo? ſcribendum, *niſuſque in Oceanum Fortunataſque inſulas penetrare*. eo magis, quod illud *Fortunataſque* etiam extet in vet. noſtra editione. Fortunatæ hodie putantur *Iſole di Canaria*, Franc. Lopez di Gomara nell' Hiſt. Gener. delle Indie, cap. 223.

3. *Viro cum viris*] Sic v. e. & mſſ. aliquot Vineti, omneſque Pall. aliæ edd. præponunt, *ubi viro*, &c. *Gruterus*. Vulgatiſſimum autem eſt illud, ὅμοιον ὁμοίῳ φίλον. *Simile ſimili gaudere*: & exempla dictaque in hoc genus trita.

Hiſpani militis vigor] Etiam ſupra, 2, 17, 13. dictum eſt, Hiſpanos non tam animis viribuſque, quam ducibus defectos, nihil egregium auſos.

Romano duce] Non minus in duce, quam exercitu, reponendum, ſupra, 2, 18, 11. monuimus.

4. *Ad Mithridatem quoque reſpexit*] Cum Mithridate enim fœdus junxit: cujus capita in Plutar. Sertor. cap. 40. & Lucullo.

5. *Et quid futurum fuit*] Mihi videntur excidiſſe quædam hoc loco: quomodocunque enim componas reliquias iſtas, parum ſani ſenſus elicias. putem, Florum hoc voluiſſe dicere, quibus verbis id fecerit; *& quid futurum fuit, ſi tanti duces conjungerentur?* Mithridates nempe, & Sertorius. ſic

Digitized by Google

quid futurum fuit? ſatis tanto hoſti uno imperatore reſiſtere res Romana non potuit. additus Metello Cnæus Pompeius. Hi copias viri diu & ancipiti ſemper acie attrivere: nec tamen prius bello, quam ſuorum ſcelere & inſidiis, extinctus eſt. Copias ejus prope tota 6
Hiſpania perſequuti, diu & ancipiti ſemper acie domaverunt. Prima per legatos certamina habita, quum hinc Domitius & Thorius; inde

ſic ſupra, 2, 8, 7: *Et quod illud fuiſſet periculum, ſi ſe conſiliis ejus rex tradidiſſet?*

SALMASII.

6. *Ancipiti ſemper acie dimicaverunt*] Libri, *domaverunt*, aut *domuerunt*. melius. vide periodum: *copias ejus prope tota Hiſpania perſequuti, diu & ancipiti ſemper acie domaverunt.*

Quum hinc Domitius, & cohortes inde Herculeii proluderent] Florum per indicem tantum legerant, qui hanc lectionem nobis ſuppoſuerunt: qui cum neſcio quas Hirtulei cohortes apud Frontinum legiſſent; ſatis habuerunt ſtatim illas huc introducere. jure, an injuria, id facerent, facile ſecuri. *Etherius*, in omnibus veteribus habetur. legendum *& Thorius*: diſtinguendum, *quum hinc Domitius & Thorius, inde Herculei proluderent*. Domitius & Thorius (ſive is ſit Thoranius Plutarcho, Metelli legatus) *hinc*, nempe ex partibus Metelli, *inde*, ex partibus Sertorii, *Herculei*, ſive *Herculei* duos fuiſſe Herculeios fratres in partibus Sertorii omnibus notiſſimum eſt. Plutarchus Domitium & Luſium vocat, non Thorium, Δομίτιον δὲ, inquit, καὶ Λούσιον ἀνθύπατον ὄντα τῆς ἐντὸς Ἰβηρίας διὰ τοῦ ταμίου καταστρατη-γήσας, Sed hic Thorius, Domitio junctus, ſine dubio is eſt, qui, ut ſupra diximus, Plutarcho Thoranius. quem devicit Sertorius. verba Plutarchi, Κατὰ κράτος καὶ Θωράνιον ἄλλον ἡγεμόνα τῶν ἀπὸ Μετέλλου πεμφθέντων μετὰ δυνάμεως ἀνελεῖν Sed ut hæc incerta eſſe poſſent: ita de veritate lectionis, quam exhibuimus, nullus dubitare poſſum.

FREINSHEMII.

Nec tamen prius, &c. Ejicerem quæ præceſſerunt; *hi copias viri diu & ancipiti ſemper acie attrivere.* nam eadem mox ſequuntur convenientiori ſede.

6. *Domaverunt*] Eſt a Pal. pr. nec divertunt alii duo, quam quod ii *domuerunt*. editi prius, *dimicaverunt*. Gruterus. In noſtra etiam eſt *domaverunt*.

Hinc Domitius & Thorius, inde Herculeii] Secutus ſum editionem Stadii, & Salmaſiii judicium, volentibus veteribus omnibus: in quibus, *& horius*, aut, *Etherius*. *Thoranius* eſt Plut. Sertorio cap. 18. ut idem Salmaſius notat. *Thorius* aliquis eſt apud Hirtium de B. Alex. cap. 57. Porro Pal. pr. habet *Hirtuleii* quomodo editur in fragm. Salluſt. Hiſt. 2, 2, 9.

SAL-

Digitized by Google

inde Herculeii proluderent: mox his apud
7 Segoviam; illis apud Anam flumen oppreſſis,
ipſi duces cominus invicem experti, apud
Lauronem, atque Sucronem, æquavere cla-
8 des. Tum illis ad populationem agrorum, his
ad urbium excidia converſis, miſera inter Ro-
manos duces Hiſpania diſcordiæ pœnas da-
9 bat: donec oppreſſo domeſtica fraude Serto-
rio, victo deditoque Perperna, ipſæ quoque
in Romanam fidem venere urbes, Oſca, Ter-
mes, Tutia, Valentia, Auxima, & in fame
10 nihil non experta Calaguris. Sic recepta in
pacem Hiſpania. Victores duces externum id
magis quam civile, bellum videri voluerunt,
ut triumpharent.

CAP.

SALMASII.

9. *Terme, Tutia*] Lege *Termes*, ex libris. Ptolomæo, Τέρμης.

FREINSHEMII.

7. *Segoviam*] De hac urbe lociſque aliis Hiſpanis, quæ hic memorantur, conſulendus omnino Ludovicus Nonius.

8. *Miſera*, &c.] Senſus eſt: *miſera Hiſpania dabat pœnas diſcordiæ inter Romanos*. Solet autem ita fieri: nec egemus exemplis.

9. *Oppreſſo domeſtica fraude Sertorio*] In convivio illo, quod deſcripſit Salluſt. H. 3, 5, 22.

Oſca, Termes, Tutia] Sic fere Pall. nempe, *Termeſtudia*, aut *Oſcater Meſtudia*. editi antea, *Terme*. Gruterus. Noſtra vetus, *Oſtater, Meſtudia*.

In fame] Ita Vineti mſſ. quidam: editi enim omnes, & *infame*, unica dictione; quomodo fere Pall. quod neque omnino ideo damnaverim. *Gruterus*. Prior lectio ſtabilitur ſimili loco infra, 4, 5, 3: & eo, quod de fame Calaguritana Val. Max. 7, 6, 3, ext. recenſet; Eos *uxores natoſque ad uſum nefariæ dapis vertere, & reliquias ſalire non dubitaſſe*. quod idem firmat Salluſtius, H. 3, 1, 10. nam de his ipſis loquitur; eo deveniſſe, ut uxoribus liberiſque mactatis, eorumque *parte conſumpta, reliqua cadaverum ad diuturnitatem uſus fallerent*. Vide quo ſcelerum homines adigat neceſſitas. Adde quæ notamus ſupra, 2, 18, 14, & Berneccerum ad Sueton. Auguſto, 14, 1.

10. *Ut triumpharent*] Nam ex civilibus bellis non triumphatur: *quia ut neceſſariæ iſtæ, ita lugubres ſemper exiſtimatæ, victoriæ ſunt: utpote non externo, ſed domeſtico, partæ cruore*. Val. Max. 2, 8, 7. Adde Paneg. Vet. 12, 6. Hinc Lucanus, princ. operis;

Bella

Digitized by Google

Bella geri placuit nullos habitura triumphos.

Hoc eſt, civilia. Sic Cæſar de civibus non triumphavit. quo reſpexit noſter infra, 4, 2, 89: *Pharſalia, & Thapſos, & Munda, nuſquam. & quanto majora erant de quibus non triumphabat?* Rationem reddit Appian. de bell. civ. lib. 2. pag. 491. nec ipſi honeſtum futurum fuiſſe, & civibus luctuoſum & infauſtiſſimum. nam ob externas victorias talia fieri ſolita; *domeſtica mala triſtitia operienda*, ut ait Tacit. 3, 18, 3. Cæſar tamen Auguſtus triumphavit ex Actiaca victoria, Ep. Liv. 133. Niſi forte & ille externum bellum videri voluit iſtud.

CAP. XXIII.

Bellum civile ſub Lepido.

MArco Lepido, Quincto Catulo conſulibus, civile bellum pene citius oppreſſum eſt, quam inciperet: ſed quantum, lateque fax illius motus ab ipſo Syllæ rogo exarſit! 1

FREINSHEMII.

1. SEd quantum lateque] Quid ſibi velint hæ quiſquiliæ, non exputo. Iſtud contendere auſim, ſequentia Florum abſque exclamatione, narrative, ut loquuntur, concepiſſe, hoc modo; *Fax illius motus ab ipſo Syllæ rogo exarſit*. Idem luſus ſupra, 3, 18, 14: *eadem fax, quæ Druſum cremavit, ſocios in arma & oppugnationem urbis accendit*. Ovid. Faſt. 2;

Conde tuas, Hymenæe, faces, & ab ignibus atris
Aufer, habent alias mœſta ſepulcra faces.

Ceterum, quod de poſitione verborum diximus, multis auctoris locis poſſemus adſtruere. ſic enim ſolet ille primo proponere, quale bellum narraturus ſit: mox cauſſam ejus ſubjicere, eo quem dixi modo: demum ipſam hiſtoriam exequi. Sic ſupra, 2, 8, 5: 2, 14, 2: 2, 15, 3: 2, 16, 2: 3, 5, 1: 3, 14, 1, &c.

Ab ipſo Syllæ rogo] Vere. nam crematus hic primus omnium Corneliorum, cum majores ejus terra conderentur. Advertit Stadius, ex Cicer. de leg. 2, 22; ubi cauſſam ejus rei dicit fuiſſe, quod Sylla Marii reliquias diſſipari juſſerat (quod etiam Val. Max. 9, 2, 1. f. refert) eoque talionem metuebat. Inſignis eſt ſententia apud Saxonem, ut eſt iſte auctor ultra ſeculum ſuum, Hiſt. Dan. lib. 5. pag. 79: *Par eſt, ut alieni corruptor cineris, nullo funeris obſequio donetur; ſortemque proprio referat corpore, quam in alieno perpetrarit.* In hac Hiſt. apud Ampelium, pro *motu Siciliæ*, leg. *metu Syllæ*.

VARIORUM.

SCribunt hæc Ep. Liv. 90. Plutarchus, Pompeio, cap. 25: Appian. de bellis civ. lib. 1. pag. 416: Val. Max. 2, 3. Lepidus Cos. fuit anno urbis DCLXVI. Euſeb. lib. temp. dicit, Olympiad. CLVII. hoſtem publice judicatum. *Camers.*

SAL-

2 ſit! Cupidus namque rerum novarum per in-
ſolentiam Lepidus, acta tanti viri reſcindere
parabat, nec immerito, ſi tamen poſſet ſine
3 magna clade Reipublicæ. Nam quum jure
belli Sylla dictator proſcripſiſſet inimicos: qui
ſupererant, revocante Lepido, quid aliud
quam ad bellum vocabantur? quumque dam-
natorum civium bona addicente Sylla, quam-
vis male capta, jure tamen, repetitio eorum
proculdubio labefactabat compoſitam civita-
4 tem. Expediebat ergo quaſi ægræ ſauciæque
Reipublicæ requieſcere quomodocunque, ne
5 vulnera curatione ipſa reſcinderentur. Ergo
quum turbidis concionibus, velut claſſico, ci-
vita-

Freinshemii.

3. *Quamvis male capta, jure tamen*] Apparet igitur, non idem jus eſſe, & juſtum. Jus enim poſitivum, ut appellant, a jubendo dictum, lex eſt, arbitrio imperantis lata. quapropter evenit, ut tales plerumque leges ſint, quales earum auctores. Egregia eſt in hanc rem diſputatio Alcibiadis, & Periclis, apud Xenophontem, memorabilium lib. I. pag. 718. quam attente legiſſe & conſideraſſe, operæ pretium fuerit. Ideo, ſecundum Cicer. de leg. 1, 15: *ſtultiſſimum eſt, exiſtimare omnia juſta eſſe, quæ ſcita ſint in populorum inſtitutis & legibus.* Quare pulcre in l. 183. de R. J. dictum eſt: *Etſi nihil facile mutandum eſt ex ſolennibus: tamen ubi æquitas evidens poſcit, ſubveniendum eſt.* Hinc intelligitur, quid in animo habuerit Tacit. 3, 27, 2. cum XII tabulas *finem æqui juris* diceret. Affine eſt huic, quod in l. pen. de juſt. & jur. ſcribitur, *prætorem jus dicere, etiam cum inique decernit.*

4. *Ne vulnera curatione ipſa reſcinderentur*] Elegans translatio, & frequens ſcriptoribus. Ad eum ſenſum Seneca, in princ. conſol. ad Helviam: *in morbis nihil eſt pernicioſius, quam immatura medicina* & de benef. 5, 16: *Ingratus L. Sylla, qui patriam durioribus remediis, quam pericula erant, ſanavit.* Tacit. 3, 28, 1: *Cn. Pompeius gravior remediis, quam delicta erant,* & 12, 54, 3: *Felix intempeſtivis remediis delicta accendebat.* Contra Cic. *Appii vulnera non refricando*, ſaluti provinciæ ſuæ conſulebat, ad Attic. 5, 15. His talibus accidit ſæpe, quod de malis oratoribus eſt apud Cicer. de orat. 2, 75. ut *quæ ſanare non poſſunt, exulcerent.*

5. *Turbidis concionibus*] Extat una concionum ejus apud Salluſt. Hiſtor. primo.

Sal-

vitatem terruiſſet, profectus in Etruriam, arma inde & exercitum Urbi admoverat. Sed 6
jam Milvium pontem collemque Janiculum Lutatius Catulus, Cnæuſque Pompeius, Syllanæ dominationis duces atque ſigniferi, alio exercitu inſederant. A quibus primo ſtatim 7
impetu retro pulſus, hoſtiſque a ſenatu judicatus, incruenta fuga in Etruriam, inde Sardiniam receſſit: ibique morbo & pœnitentia interiit. Victores, quod non temere alias in civilibus bellis, pace contenti fuerunt.

LI-

SALMASII.

6. *Sed Milvium pontem*] Nazarianus, *Mulvium*. *Milvius* vulgo vocatur. *Milvius*, & *Molvius*, in vetuſtis libris non raro ſcriptum reperitur. Apud Ammianum etiam, *Mulvium* quodam loco legimus. Græci quoque μούλβιον. Faſti Siculi, qui nuper a ſummo viro Joſepho Scaligero editi ſunt, μουλουβίον ſcriptum habent, pro μούλβιον. καὶ φανερώτατα πίπτει μὲν ἐπὶ ῥώμης Μαξέντιος πηγεὶς εἰς τὸν Τίβεριν ποταμὸν, ἐν τὴν γέφυραν μουλουβίου βασιλεύσας ἔτη ϛ. pluribus de hac ſcriptura dicemus alibi.

FREINSHEMII.

7. *Etruriam*] Ita Pall. tres. ita v. e. (etiam noſtra) aliæ, *in Etruriam*. Gruterus. Ad Hiſtoriam pulcre Rutil., Itin. lib. 1. verſ. 295:

Inter caſtrorum veſtigia ſermo retexit
Sardoam, Lepido præcipitante, fugam.
Litore namque Coſæ cognatos depulit hoſtes,
Virtutem Catuli Roma ſecuta ducis.

Morbo & pœnitentia] Plinius firmat, 7, 53. ubi malim; *quem eventi anxietate didicimus mortuum*. quamvis nec eorum judicium damnem, qui legunt; *quem divortii anxietate diximus mortuum*. Plut. Pompeio, cap. 26: *morbo correptus expiravit, fractus animo, non ob res perditas (ut autumant), ſed quum eſſet nactus epiſtolium, ex quo ſtuprum uxoris comperit*. Periit igitur incruenta morte; quamvis diverſum videatur velle Sueton. Cæſ. 5, 2: ubi, *poſt necem conſulis* (Lepidi). Sed advertendum, necis vocabulum etiam pro morte non violenta ſumi, ſicut ad Juſtin. 42, 1, 1. notavit Berneccerus.

Pace contenti fuerunt] Alias enim dominatio, vel ſaltem vindicta, peti ſolet.

VARIORUM.

Quod non temere alias in civilibus bellis] Sic v. e. & noviſſimæ aliquot, item mſſ. Vineti. antea inepte legebatur: *quod non tenuere aliis in civilibus*, &c. *Gruterus*.

FREINS-

LIBER QUARTUS.

CAP. I.

Bellum Catilinarium.

1 CATILINAM luxuria primum, tum hinc conflata egeſtas rei familiaris, ſimul occaſio, quod in extremis finibus mundi arma Romana peregrinabantur, in nefaria

FREINSHEMII.

BEllum Catilinarium ſcribunt fere omnes. Ep. Liv. 102, & 103. Item Salluſtius: Appian. de bel. civ. lib. 2, pag. 428: Plutarch. in vitis Syllæ, Ciceronis, Cæſaris. Val. Max. 5, 8, 5. & 5, 1: 5, 11: Auguſt. de civit. 1, 5: 2, 23: Oroſ. 6, 6. Extant quatuor Ciceronis invectivarum in L. Catilinam libri, quibus rem totam ſimul, & eleganter, complexus eſt. Meminit Euſeb. lib. temp. & Plin., 7, 28: Juvenalis, ſat. 10. Geſtum eſt autem bellum hoc anno DCXXCIX. ab U. C. auctore Eutropio, 6, 4. Sed videtur legendum, DCXCIX. Depravatus eſt numerus annorum apud Oroſium, DCCXCIX, pro DCXCIX: Plinius, 9, 33. dicit, Ciceronem fuiſſe Coſ. anno U. C. DCC. in cujus conſulatu hæc geſta ſunt. *Camers.* Pighius in Annal. Ciceronis conſulatum refert ad Ann. Urb. Cond. DCXC.

1. *Luxuria primum, tum hinc conflata egeſtas*] Plautus in pr. Trinummi fabulæ, facit *luxuriam inopiæ matrem.* Hinc Claudianus in Ruffin. 1, 35:

Et luxus populator opum, cui ſemper adhærens
Infelix humili greſſu comitatur egeſtas. Camers.

Adde ſupra, 3, 12, 8: & 3, 12, 12: & omnino Salluſtium, hujus Catilinariæ libro, loco non uno, ſed nominatim 18, 3: item Heraldum, ad Martialem, 3, 10, 3.

Simul occaſio] Vide ſupra, 3, 5, 4: & 3, 6, 1: Idem dicit Salluſt. Cat. 16, 6: *in Italia nullus exercitus: Gn. Pompeius in extremis terris bellum gerebat.* Et hic eſt morbus magnorum imperiorum, ut late diffuſa non ubique æqualiter regi poſſint, vide quæ notamus infra, 4, 12, 29.

VARIORUM.

1. C*Atilinam*] Continuat iſta cum præcedentibus v. c. item Pal. tert. recte. neque enim hinc commode liber novus auſpicandus. *Gruterus.*

SAL-

faria conſilia opprimendæ patriæ ſuæ compulere; Senatum confodere, Conſules trucidare, 2 diſtringere incendiis Urbem, diripere ærarium, totam denique rempublicam funditus tollere, & quidquid nec Annibal videretur optaſſe, quibus (ô nefas!) ſociis aggreſſus 3 eſt? Ipſe patricius. ſed hoc minus eſt: Curii, Porcii, Sullæ, Cethegi, Autronii, Varginteii, atque Longini, quæ familiæ? quæ ſenatus inſignia? Lentulus quoque cum maxime Prætor; hos omnes immaniſſimi facinoris ſatellites habuit. Additum eſt pignus conjura- 4 tionis ſanguis humanus: quem circumlatum pa-

SALMASII.

3. *Quæ omnia*] Me judice, omnibus libris adſtipulantibus, iſtæ duæ voces expungendæ, & ita locus concipiendus: *Senatum confodere, Conſules trucidare, diſtringere incendiis urbem, diripere ærarium, totam denique remp. funditus tollere, & quidquid nec Hannibal videretur optaſſe, quibus (ô nefas!) ſociis aggreſſus eſt?* non habent enim illa, quo referantur, ſi duas illas, quas ſuſtulimus, λέξεις ſuo loco manere ſinas.

Antonii] *Autronii*, eorundem omnium librorum conſenſus facit, ut magis probem. Autronios habuiſſe illam conjurationem, omnibus eruditis notum eſt. ſed & cum Antonios etiam habuiſſe nemini dubium ſit, fortaſſe legendum, *Antonii, Autronii, Varginteii*, &c.

Tunc maxime] N. *Tunc cum maxime*, ἀρχαϊκῶς. *cum maxime* autem eſt ἔτι μάλιστα. Gloſſæ, *cum maxime*, αὐτίκα.

FREINSHEMII.

2. *Videretur optaſſe, quibus (ô nefas!) ſociis*] Sic. v. e. ſic Pall. o. & proxime his ſeqq. edd. *quibus id nefas ſociis*. nam Vineti: *videtur optaſſe. Quæ omnia quibus (ô nefas!) ſociis*. ſatis licenter, ſi præter libros. *Gruterus*. Præter iſtos autem ſocios quos numerat Florus, *erant complures paullo occultius conſilii hujus participes nobiles; quos magis dominationis ſpes hortabatur, quam inopia, aut alia neceſſitudo*. Salluſt. Cat. 17, 6. ut nominatim *M. Craſſus* eodem loco. item *Cæſar*. Plutarchus Cæſare, cap. 11.

3. *Autronii*] Sic clare Pal. pr. ac ſec. (& q. mſſ. Vineti) non ut in hunc diem vulgati, *Antonii*. Gruterus. Vide de hoc Cicer. pro Sylla.

Cum maxime] Sæpius autem occurrunt exempla hujus depravationis, quæ ſollicite collegit Zinzerlingius, promulſide critic. juven.

4. *Sanguis humanus*] Recenſet hoc

pateris bibere: ſummum nefas, niſi amplius
5 eſſet, propter quod biberunt. Actum erat de pulcerrimo imperio, niſi illa conjuratio in Ciceronem & Antonium Conſules incidiſſet: quo-

hoc Salluſt. Cat. cap. 22. ita, ut propior videatur non credenti. De more hoc ſanguine ſanciendi fœdera & amicitias, vide omnino Lipſium, in Tacit. 12, 47, 3. ad cujus [illegible]mpla adde Plut. Poplicola, cap. 6. de Brutis, Aquiliis, & Vitelliis: *omnibus viſum eſt, hominis jugulati ſanguine libato, & viſceribus tactis, magnum & dirum jusjurandum concipere.* & Saxonem Grammat., Hiſtor. Dan. lib. 1 pag. 11: *Spoliatum nutrice Hadingum grandævus forte quidam, altero orbus oculo, ſolitarium miſeratus, Liſero cuidam piratæ, ſolenni pactionis jure conciliat. Siquidem icturi fœdus veteres, veſtigia ſua mutui ſanguinis aſperſione perfundere conſueverant, amicitiarum pignus alterni cruoris commercio firmaturi.* Solin. cap. 25. de Scythis: *Hauſtu mutui ſanguinis fœdus ſanciunt, non ſuo tantum more, ſed Medorum quoque uſitata diſciplina.*

SALMASII.

4. *Propter quod biberunt*] Nihil mutamus. libri quidam, *biberetur.* non etiam male.



Ciceronem] *Cicero, e Magneſiorum.nummo æreo, exhibetur ab* Urſino, *in* Imagin. *placet tamen imprimis ejus apud* Rubenium, *e marmore petita effigies.*

VARIORUM.

5. *Ciceronem*] Pro Ciceronis geſtis lege quæ ſcribit Plinius, 7, 30. Ob id factum Cicero *Pater patriæ* a Catone Uticenſi primum appellatus eſt. Plin. ibid. Plut. Cicer. cap. 31. Juvenal. 8, 244: Lucan. 7, 62. *Camers.*

FREINSHEMII.

5. *Antonium*] Hic tamen parum ad opprimendum Catilinam contuliſſe legitur. immo pactione provinciæ vix perſuaſum a Cicerone, ut cum Rep. ſentiret; nec ipſum adeo pugnaſſe in hoſtes, ſed bellum id per Petreium, legatum ſuum,

quorum alter induſtria rem patefecit, alter manu oppreſſit. Tanti ſceleris indicium per 6
Fulviam emerſit, viliſſimum ſcortum, ſed parricidii innocens. Tum Conſul habito ſenatu, 7
in præſentem reum, Cicero peroravit: ſed non amplius profectum, quam ut hoſtis evade-

ſuum, confeciſſe. Hæc ex Cicerone paſſim, & Salluſtio.

SALMASII.

6. *Sed in patriciis innocens*] Conſultius mihi, puto, fuiſſet, hunc locum tacite præterire, quam ad ſcopulum offendere, quem nemo adhuc ſine periculo prætervectus eſt. priores editiones, *parricidii innocens*. ὁ [illegible] Lipſius, *patriciis innocens*, in veteribus libris legerat; ex quo ipſe divinarat, *patriciis innocentius*. Libri quos vidimus, *patriciis innocens*. In Nazariano omnium optimo correctum eſt, *ſed patricius innocens*. legebam aliquando, *patriciis innoteſcens*. Viliſſimum, inquit, ſcortum Fulvia, ſed quam patricii frequentarent: ita ut ex ea conſuetudine, quam cum illa patricii & nobiles habebant, etiam de conjuratione, quam illi moliebantur, audiverit & indicaverit. an aliud aliquid lateat, neſcio. mihi ſane non placet, *patriciis innocentius*, & quidquid aliis placuit comminiſci.

FREINSHEMII.

Alter induſtria, &c.] Pertinet huc quod ille Cicero dixit, Off. 1, 22: *Parvi ſunt foris arma, niſi ſit conſilium domi*. qua de re videndus late Lipſius, Polit. 3, 3: & 5, 2.

6. *Parricidii innocens*] Lectionem quæ inter omnes ſenſum & explicationem commodiſſimam habebat, jamque pluribus editionibus inſerta erat, amplexus ſum. Nam ex diverſa ſcriptura, ut amat fieri, diverſæ etiam conjecturæ natæ ſunt. alii enim, *patriciis innocentius*: alii, *quæ patriciis innocens*, alii, *patricius innocius* legunt, quibus omnibus una hæc ratio facile obſtiterit, quod ipſa Fulvia *nobilis fuerit*. Salluſt. Cat. 23, 3. *Erat ei cum Fulvia, muliere nobili, ſtupri vetus conſuetudo*. Ea autem, quam ponimus, lectio ita commode poteſt explicari; ut Fulvia quidem vile ſcortum & infamis vitæ fuerit, innocens tamen parricidii. *Parricidium* enim vocari ſenatus cædem, conſulumque immo ipſius patriæ ſubverſionem, quæ omnia peracturus erat Catilina, multis auctorum locis adſtrui poſſit: quorum pauca in indicem transſcripſimus. Neſcio quid ſibi velit, noſtra vetus, *patricii nominis*. quæ utique non contemnenda eſt lectio; valeret enim, ſcortum quidem vulgare fuiſſe, ſed gente patriciam. priori tamen adquieſcimus.

7. *Tum conſul*, &c.] Corrupta ſunt & hæc, ut nemo non videt. vetus noſtra editio: *Conſul habito ſenatu in præſentem parricidam reum Cicero peroravit*. ſcripſerim: *habito ſenatu in præſentem parricidam Cicero peroravit*. Nam quæ superſunt, non videntur auctoris. De re paſſim Cicero.

deret, ſeque palam profeſſo *incendium ſuum*
8 *reſtincturum ruina* minaretur. Et ille quidem
ad præparatum a Manlio in Etruria exerci-
tum proficiſcitur, ſigna illaturus Urbi. Len-
tulus deſtinatum familiæ ſuæ Sibyllinis verſi-
bus regnum ſibi vaticinans, ad præſtitutum a
Catilina diem urbe tota viros, faces, tela,
9 diſponit. Nec civili conſpiratione contentus,
legatis Allobrogum, qui tum forte aderant,
in arma ſollicitatis, iiſſet ultra Alpes furor,
niſi, altera proditione Vulturcii, Prætoris li-
teræ tenerentur. Statim Ciceronis imperio in-
jecta eſt barbaris manus. Palam Prætor in ſe-
10 natu convincitur. De ſupplicio agentibus,
Cæſar parcendum dignitati, Cato animadver-
ten-

FREINSHEMII.

Seque palam profeſſo] Sic omnino diſtinguent, qui ſenſum ſalvum velint. nam illud *ſeque* refertur ad *reſtincturum*: *profeſſo* ponitur adverbialiter, quod uſitatiſſimum eſt auctoribus, multa ejus generis exempla in indice Taciti notavimus: aliqua etiam in Juſtiniano, voce *Cognito*, &c.

Incendium ſuum reſtincturum ruina] Eadem Salluſt. Cat. 31, 10: Cicero pro Muræna, cap. 25: Val. Max. 9, 11, 3. Reſpexit huc, ut opinor, Seneca Tragœdus, cum Medeam ſuam ita faceret loqui in cognomine fabula, verſ. 427:

—— Sola eſt quies,
Mecum ruina cuncta ſi video obruta.

Sic apud Plut. Dione, cap. 55: *Dionyſius ruentem tyrannidem intendit in ruinis urbis funerare.* Pulcre Vellei. 2, 91, 4: *Quippe ita ſe mores habent, ut publica quiſque ruina malit occidere, quam ſua proteri, & idem paſſurus minus conſpici.*

8. *Sibi vaticinans*] Salluſt. Cat. 47, 4. dicebat, *ex libris Sibyllinis, regnum Romæ tribus Corneliis portendi: Cinnam atque Syllam antea; ſe tertium eſſe, cui fatum foret urbis potiri.* Idem Cicero, in Catilin. 3, 4. Ceterum multos in præcipitium impulerunt ſimilia vaticiniorum interpretamenta: ut hoc loco tutiſſimum ſit illud: *memento diffidere.* Sic Judæos apud Tacit. H. 5, 13, 4. decepit illud oraculum, *eo tempore Judæa profectos rerum potituros.*

9. *Altera proditione*] Prius enim patriæ proditor erat, conjurando cum hoſtibus ejus; mox ipſorum, cum quibus conjuraverat. An *altera proditio* dicitur, quia prior fuerat a Fulvia?

10. *Cæſar*] Ejus, & Catonis, contrariæ orationes extant in Salluſtii Catilinaria, cap. LI, & LII.

SAL-

tendum pro ſcelere cenſebat. Quam ſententiam ſequutis omnibus, in carcere parricidæ ſtrangulantur.
11 Quamvis parte conjurationis oppreſſa, tamen ab incepto Catilina non deſtitit: ſed infeſtis ab Etruria ſignis patriam petens, obvio Antonii exercitu opprimitur.
12 Quam atrociter dimicatum ſit, exitus docuit. nemo hoſtium bello ſuperfuit. Quem quis in pugnando ceperat locum, eum amiſſa anima corpore tegebat.
13 Catilina longe a ſuis inter hoſtium cadavera repertus eſt; pulcerrima morte, ſi pro patria ſic concidiſſet.

CAP.

SALMASII.

12. *Quem quis in pugnando*] Palatinus, *quiſque*: quodque etiam illæ editiones retinebant, quæ Vinetianam præceſſerunt. *quis* tamen libri meliores agnoſcunt.

FREINSHEMII.

11. *Quamvis*] Offendit me iſta oppoſitio, *quamvis*, & *tamen*, quorum alterutrum ſæpius intrudi ſolet auctoribus, cum uno poſito utrumque intelligatur. malim, *parte conjurationis oppreſſa, tamen*, &c. magis Floriane.

Ab Etruria] Sic leg. apud L. Ampelium, ubi male: *in Appulia debellatus eſt*.

12. *Quem quis in pugnando*] Ceterum tota iſthæc periodus, ut & pars ſequentis, vel adſuta eſt auctori noſtro ab aliquo ſcriba, aut auctor ipſe eam mutuo ſumpſit a Salluſtio. totidem ſane verbis conſpicitur in ejus Catil. cap. 61. quod miror nemini hactenus viſum notatumque. *Gruterus*. Ad hanc autem formam locutos plures notavit Berneccerus, ad Juſtin. 9, 3, 10. quibus adde noſtrum ſupra, 1, 18, 17: Curt. 3, 11, 9: Guntherum, Ligur. 9, 359: & antiquiſſimum omnium Plautum, Amphitr. 1, 1: Arrian. fin. lib. 11.

CAP. II.

Bellum Cæſaris & Pompeii.

1 IAm pene toto orbe pacato, majus erat imperium Romanum, quam ut ullis externis viribus opprimi poſſet. Itaque invidens fortuna principi gentium Populo, ipſum
2 illum in exitium ſuum armavit. ac Mariana quidem Cinnanaque rabies intra Urbem proluſerat, quaſi experiretur. Sullana tempeſtas

SALMASII.

1. E*Xternis viribus extingui poſſet*] Libri omnes, *opprimi*.

2. *Intra urbem ſe præcluſerat*] Nihil verius eſt illa lectione, quam pridem excogitaverat vir ſummus Gruterus noſter, *præluſerat*: ita omnino ſcripſit Annæus. *Cinnanaque rabies intra urbem præluſerat, quaſi experiretur.* experiri, præludere, tentare, verba ſunt, τῶν προχειρῶν αὐλητικῶν aut κιθαρῳδικῶν, a quibus metaphora ducta eſt. Carent libri veteres pronomine *ſe*: *præcluſerat* tamen retinent. pro quo, *præluſerat*, verum eſt.

VARIORUM.

BEllum Civile inter Cæſarem, & Pompeium, ſcribunt inprimis Cæſar ipſe, tribus libris. Epit. Liv. 109, & ſeqq.: Plut., Cæſare, & Pompeio. Appian., de bell. civ. lib. 2: copioſe Auguſt. Civit. 3,30: Auctor de vir. illuſtr. cap. ult.: Eutrop. 6: Oroſ. 6, 15, &c. Val. Max. 1, 5, 6: 1, 6, 12, & 13: 4, 5, 5, & 6. 4, 6, 4: 5, 1, 10: Agell. 15, 18: Lucanus: Plin. 7, 25, & 26. *Cumers.*

FREINSHEMII.

1. P*Ene toto orbe pacato*] Idem Petronius, Satyrico, ſed magis poëtice:

> *Orbem jam totum victor Romanus habebat.*

Quam ut ullis externis viribus extingui poſſet] Sic Petilius, apud Tacit., H. 4, 74, 9. de ſui temporis imperio: *Octingentorum annorum fortuna diſciplinaque compages hæc coaluit: quæ convelli ſine exitio convellentium non poteſt.* Sed accidit hic, quod ſolet magnis imperiis: *Nulla* enim (verba ſunt Annib. apud Livium, 30, 44, 6.) *magna civitas diu quieſcere poteſt: ſi foris hoſtem non habet, domi invenit.* Sed talia late & eleganter proſequitur, in diſputatione de Monarchia Univerſali, ſupra citatus Marcus a Rechlingen.

Invidens fortuna] Adde ſupra, 1, 13, 1.

2. *Præluſerat*] Utitur hoc verbo noſter ſupra, 3, 22, 6. ubi tamen *proluderent*. ſed perinde eſt; eadem enim utriuſque verbi ſignificatio. Sic apud Virg., Æn. 12, 106. ex Georg. 3, 234. repetitum:

> ——*ſparſa ad pugnam proludit arena.*

Ubi

Digitized by Google

ſtas latius, intra Italiam tamen, detonuerat. Cæſaris furor atque Pompeii Urbem, Italiam, 3
gentes, nationes, totum denique, qua patebat, imperium, quodam quaſi diluvio & inflammatione corripuit; adeo ut non recte tan- 4
tum *civile* dicatur, ac ne *ſociale* quidem, ſed nec *externum*: ſed potius *commune quoddam* ex

Ubi Servius, *ad pugnam proludit*, præmeditatur. Rutil., Itiner. 1, 257:

Ut ſolet excuſſis pugnam præludere glebis.

Cicero, Divin. in Q. Cæcil. cap. 14. f. & de Orat. 2, 80. de exordiis: *Ejuſmodi illa proluſio debet eſſe, non ut Samnitum, qui vibrant haſtas ante pugnam, quibus in pugnando nihil utuntur; ſed ut ipſis ſententiis quibus proluſerunt, vel pugnare poſſint. Sin mecum in hac proluſione nihil fueris*, id eſt, præmeditatione certaminis, *quem te in ipſa pugna cum acerrimo adverſario fore putemus*? Seneca, natural. quæſt. 3, 28. ad inundationes transfert. De proluſionibus gladiatoriis quædam annotat Lipſius, Saturn. 2, 19. quæ ad pleniorem hujus loci intellectum faciunt. *Præſudare* legitur apud Statium, princ. lib. VI. Porro cum hoc loco confer quod ſcripſit ſupra, 3, 21, 3.



Cæſaris furor] *C. Julium Cæſarem, ex nummo vetere jam dedimus. En tamen ejus effigiem e nummo Juliæ gentis alteram.*

FREINSHEMII.

3. *Et inflammatione*] Malim, *aut inflammat.*; nec enim iſta miſcentur. *Nam id quoque inprimis eſt cuſtodiendum, ut quo ex genere cœperis tranſlationis, hoc quoque deſinas. Multi enim cum initium a tempeſtate ſumpſerunt, incendio aut ruina finiunt.* Quintilian. 8, 6. pag. 130. k.

Digitized by Google

5 *ex omnibus, & plus quam bellum.* Quippe ſi duces ejus inſpicias, totus ſenatus in partibus. ſi exercitus, hinc undecim legiones, inde decem & octo, flos omnis & robur Italici ſanguinis. ſi auxilia ſociorum, hinc Gallici Germanique delectus: inde Deiotarus, Ariobarzanes, Tarchondimotus, Cotys, omne Thraciæ, Cappadociæque, Ciliciæ, Macedoniæ, Græciæ, Ætoliæ, totiuſque robur Orien-

SALMASII.

4. *Ex omnibus, & pluſquam bellum*] Palatinus vetus, *ex omnibus gentibus, & pluſquam civile bellum. gentibus* illud falſum eſt. *civile* poſſet locum habere, niſi ἐμφατικώτερον eſſet, *& pluſquam bellum.*

5. *Tarcondimotus*] Libri veteres in hac parte corruptiſſimi, quorum nullum ſatis ſincerum vidi. pro *Cothius*, aut *Corinthus*, aut *Cointus*, exhibent. & *omnes* aut *omnis Thraciæ.* ut & paulo poſt, *Italiæ*, non *Ætoliæ.* mendoſiſſime.

FREINSHEMII.

4. *Ex omnibus, & pluſquam bellum*] Reſpexiſſe videtur auctor, cum hæc ſcriberet, Lucanum princ. Pharſal. qui *pluſquam civilia bella* ſe canere dicit. Ex quo, an noſtro, deſumpſit hoc, belloque Artaxerxis & Cyri attribuit, Oroſius, 2, 18; & ex eo Adonis Chronic. ſub anno 4486: *Bellum civile, & pluſquam civile, apud Perſas geſtum:*

5. *Undecim legiones*] *Cum Cæſar eſſet decem legionibus pugnaciſſimis ſubnixus.* Senec. ep. 104. 40.

Tarchondimotus] Lucanus, 9, 219:

Cum Tarchon motus linquendi ſigna Catonis
Suſtulit. —

Hic ubi primum ab indocto diviſus fuit *Tarchondimotus*, in *Tarchon*, & *dimotus*, ſciolus quiſpiam audaculus ex *dimotus*, quod putavit participium a dimoveor, primam ſyllabam, metri ſcilicet gratia, eraſit: atque ſic facta *Tarchon* & *motus* pro *Tarchondimotus*, aut *Tarcondimotus*, ſicut invenio ſcriptum apud Dionem, lib. 41, & 47, & 50, & 54. Hic autem ſi forte non ſit, qui *Tarcondarius* legitur in Cæſaris commentariis; eſt ſaltem *Tarcondementus*, in 14 Strabonis; *Tarcondemus* in Antonio Plutarchi; ſuperioris Ciliciæ regulus, quem Cicero *fideliſſimum ſocium, amiciſſimumque pop. Rom.* appellat, in literis ad S. P. Q. R. ſcriptis: quæ ſunt primæ libri quindecimi. *Vinetus.* Strabo, lib. XII, habet, *Caſtorem Saocondarium, generum Deiotari.* & Cæſar, civ. 3, 4: *Tarcundarium Caſtorem.*

VARIORUM.

5. *Græciæ, Ætoliæ*] Ita primus reſtituo, ſuaſu v. e. aliæ namque perperam, *Græciæ, Italiæ*, quam lectionem retinent etiam Pall. tres. *Gruterus.*

SAL-

Digitized by Google

Orientis. ſi moram belli, quatuor anni, & pro 6
clade rerum breve tempus. ſi locum & ſpatium ubi commiſſum eſt, intra Italiam; inde ſe in Galliam Hiſpaniamque deflexit, reverſumque ab Occaſu, totis viribus in Epiro Theſſaliaque conſedit; hinc in Ægyptum ſubito tranſiliit: inde reſpexit Aſiam; inde Africæ incubuit: poſtremo in Hiſpaniam regyravit, & ibi aliquando defecit. Sed non & odia 7
partium finita cum bello. Non enim prius quievere, quam in Urbe ipſa, medio ſenatu, eorum, qui victi erant, odia victoris ſeſe
cæde ſatiarent. Cauſa tantæ calamitatis ea- 8
dem,

SALMASII.

6: *Inde reſpexit Aſiam, inde Africæ incubuit*] Lege, *inde reſpexit Aſiam, Africæ incubuit: poſtremo*, &c.

In Hiſpaniam remigravit] Semper nobis aliquid exhibent, quod agamus, correctores. qui ſanam haberent mentem, jam dudum ſtudia noſtra refrixiſſent. cur illi mutarunt, *regyravit*, in *remigravit*? ſequuti ſunt ſcilicet judicium ſuum: nos noſtrum ſequemur in reſtituenda voce, quam temere ejecerant: *regyravit* igitur reponimus. *regyrare* eſt περικάμψαι. ſupra dixit, *deflectere. In Galliam Hiſpaniamque deflexit*, περιεκάμψατο. Gloſſæ: *regirare*, περικάμψαι. perperam vulgo legitur, *revitare*, cui non convenit expoſitio περικάμψαι. quidam Codices corruptius, *regnavit*.

8. *Cauſa tantæ calamitatis*] Merito non probamus veterum excuſorum lectionem, *neceſſitatis*. Nazarianus hic liber legit, *cauſa tantæ calamitatis, eademque omnium felicitas*. cujus auctoritas etſi apud me magna eſt, tantum tamen non poteſt me permovere, ut, *nimia*, expellam, quod maxime mihi retinendum videtur.

FREINSHEMII.

6. *Quatuor annis*, &c.] Confer ſupra, 2, 15, 1. Porro, pro *& pro clade*, *hei pro clade* legit Valens Acidalius ad Velleium, 2, 59, 5.

VARIORUM.

6. *Regyravit*] Lectionem hanc ante annos tredecim produximus e cubili editionis principis, non auſi etiam reſtituere dignitati publicæ; quod neſciremus an & agnoſcerent ejus ingenuitatem membranæ calamo depictæ. at enim cum modo repererim in Pal. pr. ac tert. quidni reſtituatur in integrum, ipſique cedat hactenus vulgatum? *remigravit*. quod ne quidem in Pal. ſec. in quo *regnavit*. Gruterus.

8. *Cauſſa tantæ calamitatis*] Has cauſſas eleganter canit Lucanus, 1. 67:

Fert animus cauſſas tantarum
expromere rerum, &c.

Unde

dem, quæ omnium: nimia felicitas. Siquidem Quincto Metello, Lucio Afranio conſulibus, quum Romana majeſtas toto orbe polleret, recenteſque victorias, Ponticos & Armenios triumphos in Pompeianis theatris Roma cantaret; nimia Pompeii potentia apud
9 otioſos, ut ſolet, cives movit invidiam. Metellus ob imminutum Cretæ triumphum, Cato adverſus potentes ſemper obliquus, detrectare Pompeium, actiſque ejus obſtrepere. Hic dolor tranſverſum egit: & ad præſidia di-

Unde hos aſſignat Lucanus cauſſas: Fatum ipſum: nimiam Rom. potentiam: diſcordem concordiam Pompeii, Craſſi, & Cæſaris: Craſſi & Juliæ mortem: ducum ipſorum ſuperbiam: & tandem publica Romæ paſſim vitia. Lege Cæſarem, Appianum, Suetonium, Plutarchum.

Pulcris ſtare diu Parcarum lege negatur,
Magna repente ruunt, ſumma cadunt ſubito.

Claudianus, epigr. 23. & Laberius: *Summum ad gradum,* inquit, *quum claritatis veneris, conſiſtes ægre, ne citius quam deſcendas, decidas.* Lucan. 1, 71:

—— *Summiſque negatum*
Stare diu. Camers.

FREINSHEMII.

Nimia felicitas] Adde ſupra, 3, 12, 7. Acute Ennius. apud Cicer. de finibus bonorum, & malorum, 2, 13:

Nimium boni eſt, cui nihil eſt mali.

Seneca, de providentia, 4, 18: *Cum omnia quæ modum exceſſerunt, noceant, periculoſiſſima felicitatis intemperantia eſt.* Adde Rittershuſ. in Ligurin. 27. pr.

Movit invidiam] Invidia potentiæ comes. Hermocrates Syracuſanus, apud Thucyd. 6, 13, 17: *Si quis partim invidia, partim metu aliquo, noſtri tenetur: utrique enim ſunt obnoxii potentiores.* Salluſt. Cat. 6, 4. coaleſcente re Romana: *ſicuti pleraque mortalium habentur, invidia ex opulentia orta eſt.*

9. *Ob imminutum Cretæ triumphum*] *Non injuſte querens: quippe ornamentum triumphi ejus, captivos duces, Pompeius ſubduxerat.* Vellei. 2, 40, 10: Dio, lib. 36. a princ. Maximum enim triumphorum decus erant imperatores hoſtium, ſupra, 3, 10, 26: adeo ut ne feminæ quidem ſpernerentur; ſicut Auguſtus ducturus fuit Cleopatram, ut infra, 4, 11, 10. dicemus: & Aurelianus Zenobiam duxit, apud Vopiſcum in vita, cap. 30: Huc reſpexit Livius, 30, 45, 4: *Morte ſubtractus ſpectaculo magis hominum, quam triumphantis gloriæ, Syphax eſt.*

VARIORUM.

9. *Hinc dolor*] Sic trias Palatinorum noſtrorum. prius legebatur, *Hic dolor*. quantum interſit, expeditius quis ſentiat, quam etiam exprimat. *Gruterus.*

SAL-

dignitati paranda impulit. Forte tunc Craſſus 10
genere, divitiis, dignitate florebat: vellet tamen
auctiores opes. Caius Cæſar eloquentia,
& ſpiritu, ecce jam & conſulatu allevabatur.
Pompeius tamen ſuper utrumque eminebat.
Sic igitur Cæſare dignitatem comparare, Craſ- 11
ſo augere, Pompeio retinere cupientibus,
omnibuſque pariter potentiæ cupidis, de invadenda
Republica facile convenit. Ergo 12
quum mutuis viribus in ſuum quiſque decus
niteretur, Galliam Cæſar invadit, Craſſus Aſiam,
Pompeius Hiſpaniam; tres maximos
exercitus: & ſic orbis imperium ſocietate trium
principum occupatur. Decem annos traxit iſta
dominatio. Exinde quoniam mutuo metu te- 13
nebantur, Craſſi morte apud Parthos, & morte

SALMASII.

10. *Auctiores opes*] *Altiores*, duo Palatini veteres. minus recte.

Et jam conſulatu allevabatur] Repono, *ecce jam & conſulatu allevabatur*, ex veteribus libris.

FREINSHEMII.

12. *Hiſpaniam, tres maximos exercitus: & jam ſic, &c.*] Diſtinguo ac lego; *Hiſpaniam, tres maximi exercitus & jam ſic*, &c. aſſentiente Berneccero.

13. *Mutuo metu*] Thucydides, 3, 2, 12: *Tutiſſimas reddit ſocietates mutuus metus. quippe qui eam violare cupit, dum ambigit, an ſuperior eſſe poſſit, abſterretur.* Infra, 4, 10, 11: *Expertis invicem Parthis atque Romanis, cum Craſſus atque Pacorus utrinque virium mutuarum documenta feciſſent; pari rurſus reverentia integrata amicitia.* Eleganter Tacitus, principio Germaniæ, ait, Germaniam a Sarmatis Daciſque *mutuo metu* ſeparari. Sed præcipue ubi tres in partes ſciſſa eſt potentia, durabilior pax eſt; dum etiam qui alterutro ſe potentiorem credit, tertii acceſſionem formidare cogitur. Sic Laurentius Medices inter Ferdinandum, & Ludovicum Sfortiam, principes ambitione ac potentia propemodum pares, fuit quaſi quoddam *ἀντίῤῥοπον, come un contrapeſo.* Guicciardinus, lib. 1: hiſtoriar.

Morte Juliæ] Quæ pudore quodam continebat eorum animos, ne ſocer & gener ſceleſtis armis colliderentur, Vellei. 2, 47, 3: *Male cohærentis inter Cn. Pompeium & C. Cæſarem concordiæ pignus, Julia uxor Magni deceſſit.* Adde Lucan, 1, 111: & Val. Max. 4, 6, 4. Itaque Cicero, pro P. Sextio, cap. 1. tanquam aliquid non vul-

te Juliæ Cæſaris filiæ, quæ nupta Pompeio, generi ſocerique concordiam matrimonii fœ-
14 dere tenebat, ſtatim æmulatio erupit. Jam Pompeio ſuſpectæ Cæſaris opes, & Cæſari Pompeiana dignitas gravis. Nec hic ferebat parem, nec ille ſuperiorem. Nefas! ſic de principatu laborabant, tanquam duos tanti
15 imperii fortuna non caperet. Ergo Lentulo Marcelloque conſulibus, rupta prima conjurationis fide, de ſucceſſione Cæſaris Senatus, id

vulgare cum cura recenſet; *Ademit Albino ſoceri nomen mors filiæ, ſed caritatem illius neceſſitudinis & benevolentiam non ademit.* Porro Juliæ huic comparari meretur Octavia, quæ itidem inter fratrem & virum concordiæ vinculum fuit, donec inducta Cleopatra repudiaretur Antonio.

SALMASII.

14. *Nefas*] O *nefas*. & ſic ſæpe.

Tanta imperii fortuna] Legendum puto, *tanti imperii fortuna*. quod nemo non verius eſſe dixerit, quam illud, *tanta*,

15. *Senatus, idemque Pompeius*] Scripturarum varietas, quam in veteribus deprehendimus, fecit ut verum conjectaremus. Palatinus, *Senatus idem Pompeius*. alter, *Senatus & Pompeius*. legendum vero aio, *Senatus, id eſt, Pompeius*. nihil pote elegantius, notiſſimum eſt, Pompeium ad arbitrium ſenatum ductaſſe, & ſenatum in partibus Pompeii fuiſſe, recte igitur, *Senatus, id eſt, Pompeius*. qui non capiet hujus lectionis argutiam & elegantiam, valde ruſticus fuerit καὶ ἀμαθής. quam crebro, *id eſt*, in *idem*, corruptum occurrat in editis libris, nemo neſcit.

FREINSHEMII.

14. *Nec hic ferebat parem*, &c.] Lucanus, 1, 125:

Nec quemquam jam ferre poteſt
Cæſarve priorem,
Pompeiuſve parem. ——

Queritur & ipſe Cæſar, belli civilis 1, 4: *Pompeius neminem dignitate ſecum exæquari volebat.* Vellei. 2, 33, 4: *neque Pompeius, ut primum ad remp. aggreſſus eſt, quemquam animo parem tulit.* Idem, 2, 29, 5: *civis in toga, niſi cum vereretur, ne quem haberet parem, modeſtiſſimus.* & mox; *indignatus, cum omnes cives jure haberet pares, quemquam æqualem dignitate conſpicere:* Hæc Acidalius, ad Vellei. 2, 33, 4.

Nec ille ſuperiorem] Hunc animum ſuum ipſe Cæſar detexit, apud Plut. Apophth. c. 43. nam *oppidulum in Alpibus tranſiens nullius nominis, amicis dubitantibus an ibi quoque tumultus & contentiones eſſent de principatu? mallem, inquit, hic primus eſſe, quam Romæ ſecundus.*

Tanti imperii fortuna] Ceterum totidem fere verbis ſententiam hanc expreſſit Lucanus, 1, 110:

Quæ mare, quæ terras, quæ totum poſſidet orbem,
Non cepit fortuna duos. ——

id eſt Pompeius agitabat: nec ille abnuebat,
ſi ratio ſui proximis comitiis haberetur. Con- 16
ſulatus abſenti quem decem tribuni, favente
Pompeio, nuper decreverant, tum diſſimu-
lante eodem, negabatur. *Veniret & peteret*
majorum more. Ille contra flagitare decreta: 17
ac, *niſi in fide permanerent*, *non ſe remittere*
exercitum. Ergo ut in hoſtem decernitur. His
Cæſar agitatus, ſtatuit præmia armorum ar-
mis defendere. Prima civilis belli harena, Ita- 18
lia fuit: cujus arces levibus præſidiis Pompeius
inſederat: ſed omnia ſubito Cæſaris impetu
oppreſſa ſunt. Prima Arimino ſigna cecine- 19
runt. Tum pulſus Etruria Libo, Umbria Ther-
mus, Domitius Corfinio. Et peractum erat
bel-

& Minucius Felix; *generi & ſoceri bella toto orbe diffuſa ſunt; & tam magni imperii duos fortuna non cepit.* Aliud apud Curtium, 6, 6, 6: *ut appareret, unum animum duorum non capere fortunam.*

SALMASII.

16. *Tribuni plebis*] Nazarianus & duo Palatini, *decem tribus.* neſcio unde, in re adeo nota. nam tribunos decreviſſe Cæſari conſulatum abſenti quis ignorat? at de tribubus quid id erit? nihil certe: quod aperte vitioſum eſt.

19. *Tum pulſus*] *Depulſus*, quidam. nihil movendum mox, *& peractum erat ſine ſanguine.* nam vox *bellum* abeſt veteri Palatino. quod etiam malim. nam ita noſter loquitur.

VARIORUM.

17. *Remittere*] Sic v. e. & Mſſ. aliquot Vineti. alii habebant, *dimiſſurum.* Pall. accedunt ſcripturæ primæ. *Gruterus.*

FREINSHEMII.

16. *Abſenti*] Quod alias non licebat. & pauca ſunt exempla etiam in aliis magiſtratibus. In ſacerdotiis id licere diſputat Cic. in epiſt. ad Brutum, V. m.

Decem tribuni plebis] Lege Cicer. ad Atticum, 7, 3: & 8, 3. *Vinetus.* malim præterea abeſſet *plebis*, quod magnopere neceſſarium non eſt: & videntur hoc velle alii libri, qui tantummodo *tribus* habent.

19. *Umbria Thermus*] Expreſſa hæc ſunt ex Lucano, 2, 462. Ubi etiam:

Juſque ſuum pulſo jam perdidit
Umbria Thermo.

Quem verſum corrigit Pighius, Annal. tom. III. pag. 441. f. *Inguvium pulſo*, &c. Sed tamen idem auctor, 8, 613. illa phraſi utitur;

Perdiderat jam jura ſui. ——

Peractum erat, &c. *& ceperat*] Hoc eſt, *peractum fuiſſet*, &, *cepiſſet*,

Digitized by Google

bellum ſine ſanguine, ſi Pompeium Brunduſii opprimere potuiſſet. & cœperat. ſed ille per obſeſſi clauſtra portus nocturna fuga evaſit. Turpe dictu! modo princeps patrum, pacis bellique moderator, per triumphatum a ſe
21 mare lacera & pene inermi nave fugiebat. Nec Pompeius ab Italia, quam ſenatus ab Urbe, fugatur prior. quam pene vacuam metu, Cæſar ingreſſus Conſulem ſe ipſe facit. Ærarium quoque ſanctum, quia tardius aperiebant Tribuni: juſſit effringi: cenſumque & patrimonium

ſet, frequens iſta temporum enallage. Sic apud Tacit. 1, 35, 8: *elatumque* (gladium) *deferebat in pectus, ni proximi prenſam dextram vi attinuiſſent*. & 3, 14, 7: *Populus effigies Piſonis traxerat in Gemonias, ni juſſu principis protectæ forent*. & 13, 26, 2: *Nec deerant qui cenſerent, ſed Coſſ. relationem incipere non auſi*. Plin., Panegyr. cap. 8: *atque adeo temere fecerat Nerva, ſi adoptaſſet alium*. adde infra, 4, 3, 2.

SALMASII.

21. *Quia tardius*] Omnes libri, *quod quia tardius*. puto, alterutrum verum eſſe. vel *quod tardius aperiebant*. vel *quia*. nam idem, &c.

FREINSHEMII.

20. *Per obſeſſi clauſtra portus*] Vide Frontinum, 1, 5, 5.

Conſulem ſe ipſe facit] Immo poſtea hoc fecit, cum ex Hiſpania victor reverteretur. vide Appian.

Ærarium quoque ſanctum] In quo pecunia Gallici belli cauſſa ſervabatur, cum execrationibus publicis, cam motum non iri, niſi Gallicum bellum impenderet. (de quo Livius, 27, 12, 10.) hoc Cæſar, fruſtra obſiſtente Metello trib. pl., eff. egit, pecuniamque abſtulit, cavillans, populum ea religione ſolutum, quia nihil eſſet quod amplius de Gallis metueretur, quos ipſe perdomuiſſet. Dio, lib. 41. pag. 181: Plut., Cæſ., cap. 53: & in apophth. cap. 43: Appian. civil. 2. pag. 453: Lucan. 3, 153. univerſum ab eo ærarium expilatum ſcribunt. Plin. 33, 3. eum primo introitu in Urbem XXVI M. laterum aureorum, & in numerato pondo CCCC M. ex ærario protuliſſe ſcribit. illud, ſi lateres aurei librales fuerunt, quinquagies centena & octodecim millia florenorum: iſtud, quinquagies quater centena millia numeramus. Oroſius tamen, 6, 15. ſummam iſtam multo anguſtius contrahit. *Stadius*. Vide etiam Rubenium, electorum 1, 24: & Dempſterum, ad Antiquitates Roſini, 7, 31.

VARIORUM.

21. *Nec Pompeius*, &c.] Fuit cum conjicerem reſtaurandum: *Nec Pompeii ab Italia, quam Senatus ab Urbe, fuga turpior*. verum nulli hariolationem iſtam allevant codices ſcripti. *Gruterus*.

SAL-

nium populi Romani ante rapuit, quam imperium. Pulſo fugatoque Pompeio, maluit 22
prius ordinare provincias, quam ipſum ſequi. Siciliam & Sardiniam, annonæ pignora, per legatos habet. Nihil hoſtile erat in Gallia: pa- 23
cem ipſe fecerat. ſed ad Hiſpanienſes Pompeii exercitus tranſeunti per eam duci portas claudere auſa Maſſilia eſt. Miſera dum cupit pacem, belli metu in bellum incidit: ſed quia tutis muris erat, vinci eam ſibi juſſit abſenti. Græcula civitas, non pro mollitie nominis, & 24
vallum rumpere, & incendere machinas auſa, & congredi navibus: ſed Brutus, cui manda- 25
tum erat bellum, victos terra marique perdomuit. Mox dedentibus ſeſe ablata omnia, præter, quam potiorem omnibus habebant, liber-

Salmasii.

22. *Per legatos habuit*] Reſtituo, auctoribus libris, *habet*. utitur ſæpe præſentibus Florus loco τῶν μελλόντων, aut præteritorum. quod elegantiæ eſt. exempla autem proferre, quæ quivis poteſt in promptu habere, hunc auctorem legendo, facile mitto.

24. *Et vallum cædere*] *Vallum rumpere*, Flos librorum ſcriptorum Nazarianus habet. utrumque ſane dicitur, & *vallum cædere*, & *rumpere*. nec in unius gratiam alterum ejiciendum cenſeo.

Freinshemii.

22. *Annonæ pignora*] De Siciliæ fertilitate ſupra, 3, 19, 3. De Sardinia vide Cluverium: & Juretum, ad Symmachum, epiſt. 9, 39.

23. *Portas claudere auſa*] Ea propter *fide melior, quam conſilio prudentior*. vocatur Velleio, 2, 50, 3. Hiſtoriam autem præter eos qui totum hoc bellum deſcripſere, pete ex Strabone, lib. 4. pag. 225: Sidonio, carm. 23, 16: Cic. Philipp. 8, 16.

24. *Non pro mollitie nominis*] Nam Græci lingua, quam viribus, promptiores habebantur. vide Livium, 8, 23, 9: Ovidius, Faſt. 3, 102:

Græcia facundum, ſed male forte genus.

Tac. H. 2, 80, 6: *Mucianus Græca facundia decorus.*

Rumpere] Sic Pall. tres, & editio noſtra vetus. aliæ, *cædere*: ſed prior lectio præplacet Grutero.

Variorum.

22. *Habet*] Sic o. Pall. non *habuit*, ut antea vulgati. *Gruterus.*

Sal-

26 bertatem. Anceps, variumque, & cruentum in Hiſpania bellum cum legatis Cnæi Pompeii, Petreio & Afranio: quos Ilerdæ caſtra habentes, apud Sicorim amnem obſidere &
27 ab oppido intercludere aggreditur. Interim obundatione verni fluminis commeatibus prohibetur. Sic fame caſtra tentata ſunt: obſeſſorque ipſe quaſi obſidebatur. ſed ubi pax flu-

minis

SALMASII.

26. *Et cruentum, in Hiſpania bellum*] Vetus editio, *incruentum*; quod cognovimus indicio Clariſſimi Jani Gruteri. & hoc confirmant quidem ſcripti Codices. quod tamen verum non poteſt eſſe, niſi *incruentum* idem ſit, quod valde cruentum, ut, *incanum, incurvum*, & ſimilia.

27. *Obundatione verni fluminis*] Melius, *abundatione*, ex Nazarii Codice. *abundare* flumina dicuntur, cum ſupra ripas exeunt & campos inundant. Virgilius:

—— *Incertis cum menſibus amnis abundans.*

Recte igitur heic, *abundatione fluminis*, non hinc longe legimus: *ſed ubi pax flumini redit, populationibus & pugna campos aperuit.* perperam vulgo excuſum, *pugna*.

FREINSHEMII.

26. *Et cruentum*] V: e. *& incruentum*. cui adſentiunt Pal. ſec. ac tert. ſed non pr. *Gruterus*. Forte rectum eſt *ſed incruentum*; ut dicat, anceps quidem fuiſſe bellum & varium, modo obſeſſore Cæſare, modo ipſo quaſi obſeſſo (ut pergit dicere) ſed non ſtetiſſe multo ſanguine, cum nulla inſignis ibi clades illata vel accepta ſit, verum deditione bellum finitum fuerit.

27. *Obundatione*] Pal. pr. *abundatione* tert. *obundatio*. ſec. *abundatio*. an fuit? *abundatione*; ut *ab* & *ob* mutuas heic quoque ſibi præſtiterint vices? idem tamen Mſ. pr. nos legere voluit *abundatione*. Gruterus. Conſentit poſtremæ lectioni etiam editio noſtra.

Prohibetur] Sic legendum jam pridem ex ingenio videram; & jam invenio ſcriptum in veteri editione qua utor: ideo religioni fuit, auctori ſuum non reſtituere. Modus loquendi, quanquam firmatione non eget, ejus tamen exempla adſcribamus, ne quid videamur mutare ſine gravi cauſſa. Polyb. 1, 18. *Hanno caſtris hoſtium commeatum, ac quicquid ad neceſſarios uſus requiritur, adimit; unde evenit, ut Romani pariter & obſiderent, & reapſe obſiderentur.* Dio, lib. 49. pag. 466: *Antonius, quum videretur alios in obſidione habere, ea patiebatur quæ obſeſſis uſuvenire ſolent.* &, lib. 56, pag. 644: *ita ut Tiberius, quum eos in obſidione habere videretur, ipſe obſeſſi mala tulerit.* Capitolinus, in Maximinis, cap. 23: *deficiebant commeatus, &c. effectum denique eſt, ut obſeſſi anguſtias obſidens ipſe pateretur.* Herbratus, H. Polon. 4, 5: *Angebatur ancipiti malo Cæſar, obſeſſo quam obſidenti, ſimilior.* Adde Dionem, lib. XL. pag. 152. E. Diod. apud Valeſ. lib. XXIV. Polyb. 1, 48: Liv. 22, 37, 4.

SAL-

Digitized by Google

minis rediit; populationibus & pugnæ cam- 28
pos aperuit, iterum ferox inſtat: & cedentes
ad Celtiberiam conſequutus, aggere & vallo,
ac per hæc ſiti ad deditionem compulit. Sic 29
citerior Hiſpania recepta eſt, nec ulterior mo-
ram fecit. quid enim una poſt quinque legio-
nes? Itaque ultro cedente Varrone, Gades,
fretum, Oceanus, omnia felicitatem Cæſaris
ſequebantur. Aliquid tamen adverſus abſen- 30
tem ducem auſa fortuna eſt circa Illyricum &
Africam, quaſi de induſtria proſpera ejus ad-
verſis radiarentur. Quippe quum fauces A- 31
driatici maris juſſi occupare Dolabella & An-
tonius, ille Illyrico, hic Curictico litore caſtra
po-

SALMASII.

31. *Hic Corcyræo litore*] Hic poſſimus producere variantium lectionum agmen, quibus omiſſis veram proferemus; quæ eſt, *Curictico*, vel *Curictio*. Quam cum etiam viſus ſit agnoviſſe ex ſuis libris Vinetus, tanquam ignotam præteriit ſatis imprudenter, cum falſiſſima ſit ea, quæ vulgata eſt. Quidam *Curetico*, alii *Cretico*, omnes mendoſe. *Curicticum litus*, aut *Curictium*, a *Curicta*, quæ in faucibus Adriæ maris ſita eſt. Ptolemæo, Κύρικτον. Ab ea igitur *Curicticum litus* hoc loco reponendum eſt, & *Corcyræum* ablegandum.

FREINSHEMII.

28. *Populationibus & pugnæ campos aperuit*] Sic argute Nazarianus. non ut vulgo editi, *& pugna aperuit*. Gruterus. Notaveram olim, ſic forte conſtituendum locum; *Populationibuſque & pugnæ*: aut; *ubi pax flumini reddita, populationibus & pugnæ*, &c. nam iſtud aſyndeton Salluſtianum minus uſitatum Floro.

29. *Quid enim una poſt quinque legiones*] Nam dementiæ potius, quam virtutis, ſit, ei reſiſtere velle, cui fortiores ceſſerint. vide ſupra, 1, 19, 2. hinc intelligas illud ſupra, 2, 6, 33: *Tota inſula in una urbe ſuperata eſt.* & elegans iſtud Livii, 1, 25, 12: *victuſque fratrum ante ſe ſtrage.* Adde, 4, 7, 14. Legiones autem duas habuerat Varro, Cæſ. de bel. civ. 2, 18: & *cohortes alarias*, 2, 30. ſed altera legionum defecit. Ibid. cap. 20.

Omnia felicitatem Cæſaris ſequebantur] Curtius, 4, 1, 35: *Eadem illic quoque fortuna partium.* Juſtinus, 22, 7, 3: *Domi foriſque eadem fortuna Carthaginienſium.* Epit. Liv. XXCVII: *eadem ubique fortuna partium*, & Ep. 104, 8.

30. *Auſa fortuna eſt*] Hauſit hæc, ſicut alia multa hoc capite, Florus ex Lucano, 4, 402:

Non eadem belli totum fortuna per orbem

 Con-

poſuiſſent; jam maria late tenente Pompeio,
repente legatus ejus Octavius Libo, ingenti-
bus copiis claſſicorum, circumvenit utrum-
32 que. Deditionem fames extorſit Antonio.
Miſſæ quoque a Baſilo in auxilium ei rates,
quales inopia navium fecerat, nova Pompeia-
norum arte Cilicum, actis ſub mare funibus,
33 captæ quaſi per indaginem. Duas tamen æſtus
explicuit. una, quæ Opiterginos ferebat, in
vadis hæſit, memorandumque poſteris exi-
tum dedit. Quippe vix mille juvenum ma-
nus, circumfuſi undique exercitus per totum
diem

Conſtitit: in partes aliquid ſed
Cæſaris auſa eſt.

Suetonius, Cæſare, 36, 1: *Omnibus civilibus bellis, nullam cladem, niſi per legatos ſuos, paſſus eſt.*

31. *Curictico litore*] Expreſſi quod erat in Nazar. utique cum ſic quoque eſſet a ſecunda manu in tertio. qui prius expreſſerat *Curictio*, quod & in mſſ. Vineti, ſed duplici rr, Pal ſec. retinet *Curritico*: editiones anteriores oggeſſerant nobis *Corcyreo*; quibus tamen nec ſuffragantur antiquitus cuſi. *Gruterus.* Vidit hoc etiam Rubenius, in electis, 1, 22. Κυρικτικὴ legitur apud Strabon. lib. VII. pag. 218.

SALMASII.

32. *A Baſilo*] Nazarianus, *a Blaſio*, corrupte. reliqui, *Baſilio*, aut *Baſylio*. *Baſilius* aliis dicitur, rectius.

FREINSHEMII.

Et Libo] Sequor editionem Stadii, jubente hiſtoria. al. *Octavius Libo*. male.

32. *Pompeianorum arte Cilicum, actis ſub mare funibus*] Niſi me terreret Lucani, 4, 449. auctoritas, unde multa depromere Florum prædiximus; reſcriberem utique; *Pompeianorum arte circumactis ſub mari funibus*. ſed enim Lucanus:

At Pompeianus fraudes innectere Ponto
Antiqua parat arte Cilix. ——

Sed adhuc ſuboffendor; malimque; *jactis funibus*, nam *agere funes*, hoc quidem ſignificatu, illectum mihi. Ceterum ad hoc forte exemplum poſtea Brutus, quum Xanthum obſediſſet, & aliqui fluvium urbem prælabentem, ſub aqua tranantes evaderent; *retibus excepit tranſverſo alveo in altum demiſſis, quorum in ſummo tintinnabula appenſa illico irretitum nuntiabant.* Plutarchus, Bruto, c. 45.

VARIORUM.

31. *Repente legatus ejus*] Ita Pal. ita v. e. ſine voce *caſtra*, & *utrumque* pro *utrimque*, ut antea vulgabatur. *Gruterus.*

SAL-

diem tela ſuſtinuit. & quum exitum virtus non
habeteret, tamen ne in deditionem veniret,
hortante tribuno Vulteio, mutuis ictibus in ſe
concucurrit. In Africa quoque par virtus, & 34
calamitas Curionis fuit: qui ad recipiendam
provinciam miſſus, pulſo fugatoque Varo
jam ſuperbus, ſubitum Jubæ regis adventum,
equitatumque Maurorum ſuſtinere non potuit.
Patebat victo fuga: ſed pudor ſuaſit, ut
amiſſum ſua temeritate exercitum morte ſequeretur.
Sed jam debitum par fortuna flagi- 35
tante, ſedem bello Pompeius Epiron elegerat.
nec Cæſar moratur. quippe ordinatis a ter- 36
go

SALMASII.

33. *In ſe concurrit*] Legendum, *concucurrit*, ἀρχαϊκῶς, ex vetuſtiſſimo Nazariano. Cato contra Piſonem: *video hac tempeſtate concucurriſſe omnes adverſarios.* ſic *excucurrit*, Cæſari: *præcucurri*: Comico: & alia. vide Priſcianum, lib. 10.

35. *Sed jam debitum par fortuna flagitante,*] Lego, *ſed jam debitum pari fortuna flagitante.* & paulo poſt: *nec Cæſar moratur.* ita libri.

FREINSHEMII.

33. *Exitum*] An, *exemplum*? mox deleto *tamen*, inepte ab aliquo intruſum, qui ſine eâ voce fieri putabat orationem ἀνακόλουθον.

34. *Patebat victo fuga*, &c.] Cæſar, de bell. Civ. 2, 42: *Curio nunquam, amiſſo exercitu, quem a Cæſare fidei ſuæ commiſſum acceperit, ſe in ejus conſpectum reverſurum, confirmat; atque ita prælians interficitur.* Euſebius, numero MDCCCCXLIV: *Curio in Africa pudore amiſſi exercitus maluit mori, quam evadere.* Adde Comment. Curt. 7, 2, 38: Salluſt. in Jug. 67, 3. Turpilio exprobrare videtur, quod ſuis militibus interfectis, ſibi ſoli conſuluerit.

35. *Jam debitum par fortuna flagitante, ſedem*] Sic omnes quoque noſtri mſſ.; niſi quod Pal. pr. a correctrice manu, *debitam pari fortuna flagitante ſedem.* Scias, non percepiſſe elegantiam vulgati, cujus metaphora petita ab athletis aut gladiatoribus: itaque neque eis accedendum, qui aliter heic legunt, nulla addita tamen ratione. *Gruterus.* Sic apud Papinium, Thebaïd. 11, 125:

Nunc par infandum. ——

Seneca, de provid. 2, 12: *Ecce par Deo dignum, vir fortis cum mala fortuna compoſitus.* Lucan. 6, 3. Similiter ut Florus, de Pomp. & Cæſare:

Parque ſuum videre dei. ——

Moratur] Sic Palat. trias, & edd. vett.

36. *Ordinatis a tergo omnibus*] Vide Comment. Curt. 3, 1, 19.

37 go omnibus, quamvis hiems media prohibe-
ret tempeſtate, ad bellum navigavit. poſitiſ-
que ad Oricum caſtris, quum pars exercitus
ob inopiam navium cum Antonio relicta,
Brunduſii moram faceret, adeo impatiens e-
rat, ut ad arceſſendos eos, ardente ventis ma-
ri, nocte concubia, ſpeculatorio navigio, ſo-
lus ire tentaverit. Extat ad trepidum tanto
diſcrimine gubernatorem vox ipſius: *Quid ti-*
38 *mes? Cæſarem vehis.* Contractis in unum
undique omnibus copiis, poſitiſque cominus
caſtris, diverſa erant ducum conſilia. Cæſar
pro natura ferox, & conficiendæ rei cupidus,
39 oſtentare aciem, provocare, laceſſere; nunc
obſidione caſtrorum, quæ ſedecim millium
vallo obduxerat; (ſed quid his obeſſet obſi-
dio, qui patente mari omnibus copiis abun-
40 darent?) nunc expugnatione Dyrrhachii irri-
ta;

SALMASII.

37. *Extat ad trepidum*] Nazarianus liber, *extat trepidum*: & ſupra ἀπὸ παλαιᾶς χειρὸς, *excitat trepidum.* male. Palatinus autem vetus amplius legit, *ad gubernatorem Amiclatem.* ita, niſi fallor, etiam Lucano vocatur, & aliis, ſed *Amiclas, Amiclantis.* igitur, *Amiclantem,* non *Amiclatem,* legendum eſſet.

38. *Contractis in unum undique copiis*] Ita veterem editionem præferre, vir clariſſ. ſcribit. ſcripti vero, *contractis in unum undique omnibus copiis*: quod non erat, meo quidem judicio, movendum.

FREINSHEMII.

39. *Quæ ſedecim millium vallo obduxerat*] Et hoc eſt a Pall. & vet. ed. aliæ quippe, *quæ erant ſedecim mil. val. obducta.* Gruterus. Ceterum de hujus valli mirando opere vide Lipſium, in Militia Romana, 5, 13.

40. *Expugnatione*] Scribo, *oppugnatione.* mox enim ſequitur, *inexpugnabilem.* Idem mendum in quibuſdam codicibus fuit ſupra, 3, 18, 4. *Inexpugnabilem* autem fuiſſe, etiam Lucan. 6, 18. arguit, appellans

—— *tutam vel ſolis turribus urbem.*

VARIORUM.

38. *Undique copiis*] Ita Pal. ſec. ac tert. item v. e. aliæ amplius; *undique omnibus copiis*, quomodo ſolus Nazarianus. *Gruterus.*

SAL-

ta; (quippe quam vel ſitus inexpugnabilem faceret.) ad hoc aſſiduis in eruptionem hoſtium prœliis; (quo tempore egregia virtus Scævæ centurionis emicuit, cujus in ſcuto centum atque viginti tela ſedere.) jam vero 41
direptione urbium ſociarum, quum Oricum, & Gomphos, & alia caſtella Theſſaliæ vaſtaret. Pompeius adverſus hæc nectere moras, 42
tergiverſari, ſimul ut hoſtem interclufum undique inopia commeatuum tereret, utque ardentiſſimi ducis conſeneſceret impetus. Nec 43
diu-

SALMASII.

40. *In eruptionem hoſtium prœliis*] Sine dubio melius legeris, *ad hoc aſſiduis in eruptione hoſtium prœliis.*

Centum atque quadraginta] Ita vetera habent excuſa, quibus non obſequimur, hoc quidem in loco. quantum eſt manu exaratorum librorum, *centum atque viginti* retinent. etſi varient auctores, hunc tamen habent numerum Valerius, 3, 2. 23; Suetonius, Appianus, aliique. in Cæſare, *centum & triginta*. & propius abeſt. pro *in ſcuto*, legimus, *in ſcutum ſedere*, auctoritate optimi libri.

41. *Et alia Caſtella Theſſaliæ vaſtaret*] *Vaſtarent*, Nazarianus.

FREINSHEMII.

In eruptionem hoſtium prœliis] Sic & Pal. ſec. ac tert. ſed enim primus, *in eruptione*. Gruterus. Prius præmalim, *nam in eruptionem hoſtium pugnare*, idem eſt, ac ſi dicas, *in erumpentes hoſtes pugnare.*

42. *Tereret*] Ita malui cum edit. Stadii, quam Vineti, aliorumque, *terreret*; licet ſic quoque Pall. tres. *Gruterus*. Atque ſic etiam legendum conjeceram, priuſquam Stadianam, aut hanc Gruterianam editionem viderem. nam *terere*, eſt ſenſim & progreſſu temporis imminuere. *terrere*, ſubito metu avertere. facit huc ſimillimus locus ſupra; 2, 6, 28: *maceravit Annibalem, ut qui frangi virtute non poterat, mora comminueretur*. Ex diverſo, 3, 5, 25: *Campaniam noſtram ſubito adventu terrere voluit*. & 3, 8, 3: *prænavigantes ſubinde inopinato impetu terruere.* Quod etiam cauſſæ eſt, cur apud Tacit. 1, 1, 5. malim legi: *temporibus Auguſti dicendis non defuere decora ingenia, donec gliſcente adulatione deterrerentur.* non *deterentur*. contra quam doctiſſimis viris viſum eſt. Nam ingenia non deterebantur, ſed manebant eadem, quantumvis gliſcente adulatione: deterrebantur autem a ſcribendo, & dicendis temporibus.

42. *Utque ardentiſſimi ducis conſeneſceret impetus*] Prudens conſilium & ſæpius uſitatum. Vide ſupra, 2, 6, 28.

diutius profuit duci ſalutare conſilium. Miles otium, ſocii moram, principes ambitum ducis increpabant. Sic præcipitantibus fatis, prælio ſumpta eſt Theſſalia: & Philippicis campis Urbis, imperii, generis humani fata com-
44 miſſa ſunt. Nunquam uno loco tantum virium populi Romani, tantum dignitatis fortuna

SALMASII.

44. *Tantum virium populus Romanus*] Legendum, *populi Romani. nunquam uno loco tantum virium populi Romani, tantum dignitatis, fortuna vidit.* ita clarum eſt, ut putidum ſit multis probare. mirum tamen, hactenus fugiſſe tot homines doctos. ſic leves mendæ, ut exiguæ maculæ, plerumque properantium oculos fallunt.

FREINSHEMII.

43. *Milites otium*] Malim *miles*, ut ſæpius ſolet noſter, & alii. Ceterum ſæpius occurrunt hujus generis exempla. ſufficiat indicaſſe unum Appiani locum huic plane geminum: eſt autem de bel. civ. lib. 4. pag. 661: Adde Diod. 21, 9.

Ambitum ducis] Qua de cauſſa Domitius Ænobarbus *Agamemnonem* eum appellavit, & *regem regum*. Plut. Pomp. cap. 111: *quod & ille propter bellum imperitaſſet regibus*. Appian. de bel. civ. lib. 2. pag. 470: Adde Arrianum, 1, 4, 10. Hæc obtrectatio clariſſimorum quorumque imperatorum proventus ſufflaminavit: ut Metelli, apud Salluſt. Jug. 64, 13: & Vellei. 2, 11, 3: & Luculli, apud Dion. princ. lib. 35. Interdum tamen ea ſuſpicio non vana eſt; ſicut Annibal amicis ſæpius dixiſſe fertur; ideo ſe bellum trahere, ne debellatis Rom. ipſe imperio privaretur. apud Appian. pag. 336. in fine. Pertinet ad illuſtrandum hunc locum Bruti dictum. apud Appian. de bel. civ. lib. 4. pag. 661: *Videor ut Pompeius Magnus bellum geſturus, non tam imperator, quam imperata faciens*. Nam tot nobiles, qui apud ipſum erant, *ſocios magis imperii, quam miniſtros, agebant*. quod de Muciano refert Tacit. H. 2, 83, 1. Utrum autem moveri debuerit his objectionibus Pompeius, diſputat Plutarchus in vita, cap. 137.

Urbis, imperii, generis humani] Elegantius multo fuerit, ſi ita legas; *urbis, imperii, id eſt, gen. hum.* nulla litera mutata. nam illud, *id eſt*, alias etiam unica litera. *i.* punctis utrinque circundata ſcribitur: exemplum ſupra hoc capite verſ. 15. & *imperI* pro *imperii*, notiſſima librariorum conſuetudine. fuerit igitur ſcriptum *imperI. i. generis humani*. Ei lectioni plane ſimilis, in Sueton. Caligula, 13, 1: *Pop. Rom. vel, ut ita dicam, hominum genus*. adde ſupra, præf. 2.

VARIORUM.

44. *Nunquam ullo loco tantum virium populi Romani, tantum* &c.] Sic omnibus literis Pal. pr. ac tert. nam ſec. expreſſit duabus literis *P. R.* antea legebatur. *populus Romanus*. Gruterus.

SAL-

tuna vidit, trecenta amplius millia hinc illinc,
præter auxilia regum, & Senatus. Nunquam 45
imminentis ruinæ manifeſtiora prodigia, fuga
victimarum, examina in ſignis, interdiu tenebræ.
Dux ipſe, & nocturna imagine, theatri ſui audiens plauſum in modum planctus
cir-

SALMASII.

Hinc & illinc] Optimus liber, *hinc belli, illinc*. facile eſt videre legendum, *hinc vel illinc*: quod poſtea reperi in altero veteri Palatino.

VARIORUM.

44. *Hinc vel illinc*] Eſt a Pal. ſec. nam pr. *hinc belli illinc* tert. *hinc illic* vulg. *hinc & illic*. Gruterus.

FREINSHEMII.

44. *Præter auxilia regum & ſenatus*] Sic omnes editi, quos ego quidem vidi, nam qui mſſ. poſſident, nullum ſcripturæ diſſenſum indicant. Nemo tamen non videre poteſt, *Senatus* hac in oratione nullas eſſe partes, quod indicandum videbatur, ut quatenus nos minus proficeremus, ſaltem alius mederetur. conjeceram tamen, *regum & nationum*, nempe liberarum quæ regibus non ſuberant. Conjungit eadem Salluſt. de Rep. 1, 31. *Romanos defeſſos & exſangues, regi aut nationi prædæ futuros*.

45. *Fuga victimarum*] Nam & hæc inter prodigia habita. Vide Tacit. 15, 7, 4: Papinium, Thebaid. 11, 228: Silium, 5, 62: & alibi:

Cum ſubito, abruptis fugiens altaria taurus.
Exiliit vinclis. ——

Vide Berneccerum, ad Sueton., Cæſ. 59, 2. Videbantur enim irati dii & hoſtiam aſpernantes. Sicut e contra argumentum erat inſigniter propitiorum, ſi ſemet obtuliſſet victima: quod factum in obſidione Cyzicena. Plut., Lucullo, cap. 20.

Examina in ſignis, interdiu] Ita etiam v. e. & tres Pall. neque aliter ediderat Vinetus: quomodo poſtea ex mſ. ſuo legendum oſtendit Lipſius dict. cap. 19. lib. 2. Electorum. antea vulgati, *examina, inſignes interdum tenebræ*. Gruterus. Ceterum hoc ſæpius prodigii loco annotatum eſt. ut ſupra 2, 6, 14. exempla alia plurima collegit Berneggerus in obſerv. miſcellis. *Sedere tamen in caſtris Druſi imperatoris* (& quidem copioſiſſimo examine, vide Obſequentem cap. 131.) *cum proſperrime pugnatum apud Arbalonem eſt, haud quaquam perpetua aruſpicum conjectura, qui dirum id oſtentum exiſtimant ſemper*. Plinius 11, 17. Exiſtimabant autem veteres per hoc *diſcrimen magnum portendi, conjectura videlicet tali, quod hæ volucres poſt compoſitas ſedes, opeſque congeſtas fumo pelluntur & turbulento ſonitu cymbalorum*, Ammianus 18, 6.

Interdiu tenebræ] Hoc etiam ſæpius annotatum inter prodigia, ut apud Livium, 37, 4, 4: *cælo ſereno interdiu obſcurata lux eſt*. & 38, 36, 4: & Obſequentem ſæpius. ſicut contra, *nocte interluxiſſe*, & *inter noctem lux orta*, reſcribendum putem, *internoctu luxiſſe*, & *internoctu lux orta*; *internoctu*, inuſitatius paullo vocabulum tranſpoſitum

 & mu-

circumſonare: & mane cum pullo (nefas!)
46 apud principia conſpectus. Numquam acrior neque alacrior exercitus Cæſaris fuit. Inde claſſica prius, inde tela. Annotatum quoque committentis aciem Craſtini pilum: qui mox adacto in os gladio, ſic inter cadavera repertus,

& mutatum eſt ab imperitis. profiteor tamen, nuſpiam me vocem iſtam reperiiſſe, ſed analogia tam evidens eſt, res autem tam neceſſaria, ut non dubitem, quin eloquenda fuerit Romanis, & quidem hoc modo.

SALMASII.

45. *Apud principia conſpectus eſt*] Legimus, *conſpectus*; atque *eſt* delemus. totum locum ita conſtituimus: *numquam imminentis ruinæ manifeſtiora prodigia, fuga victimarum, examina in ſignis, interdiu tenebræ, dux ipſe & nocturna imagine theatri ſui audiens plauſum in modum planctus circumſonantem, & mane cum pullo, nefas! apud principia conſpectus.* locum integrum adſcribere voluimus, ut appareret, quomodo legendum eum & diſtinguendum putem. quin recte nunc ita ſit, ut poſuimus, dubitaverit nemo. illa omnia erant prodigia, quæ ordine enumerat, fugientes victimas, apum examina in ſignis, tenebras medio die, ducem ipſum audientem planctus in theatro ſuo, & mane in pullo apud principia conſpectum. Hac igitur diſtinctione locus hic opus habebat.

46. *Inter cadavera repertus*] Alter Palatinus, *inter cadavera repens*. quod etſi contentioſus aliquis poſſet defendere, nos, uno verbo, non probamus.

FREINSHEMII.

Audiens plauſum in modum planctus circumſonare] Pall. tres *circumſonat.* poterat tota vox abeſſe, ut & mox dictiuncula *eſt*. Gruterus. Somnium hoc Pompeianum refert etiam Plut. Cæſ. cap. 61: & Obſequens; ſed nonnihil corruptus, cap. 124: *Ipſe Pompeius pridie pugnæ die viſus in theatro ſuo ingenti plauſu excipi.* ubi putem ſcribendum, *pridie pugnæ ſibi viſus*, nempe per ſomnum: ſic Sueton. Cæſ. 81, 8: *ipſe ſibi viſus eſt per quietem*, &c.

Cum pullo (nefas!) &c.] Omen præcipue infauſtum, & ferale, præſertim apud Rom. qui pullis non utebantur, niſi in luctu vel reatu. Idem obtigit M. Craſſo, bello Parthico, referente Appiano, pag. 142. Quapropter, cum Antonius, allocuturus milites, quo miſerabilior eſſet, pullam veſtem peteret; amici id non conceſſerunt. eodem Appiani libro, pag. 164.

Conſpectus] Sic reſcripſimus, monente Salmaſio, & Grutero etiam poſtea probante. prius erat, *conſpectus eſt*. male.

46. *Pilum*] Sic, Æneid. 12, 460. annotatus eſt,

—— *Tolumnius augur*
Primus in adverſos telum qui torſerat hoſtes.

Non autem video, quid in hoc ſit dignum hoc verborum apparatu, & hoc loco, ubi prodigia vel omina recenſentur. Convenientius enim omnino fuerit legi, *dictum*: hoc enim pro omine annotarunt Plutarch. Pompeio, cap. 117: Appian.

tus, libidinem ac rabiem, qua pugnaverat, ipſa novitate vulneris præferebat. Sed nec mi- 47 nus admirabilior illius exitus belli. Quippe quum Pompeius adeo equitum copia abundaret, ut facile circumventurus ſibi Cæſarem videretur, circumventurus ipſe eſt. Nam quum 48 diu æquo Marte contenderent, juſſuque Pompeii fuſus a cornu erupiſſet equitatus, repente hinc ſigno dato, Germanorum cohortes tan-

pian. pag. 479: & ipſe Cæſar, de bel. Civ. 3, 91. cujus verba, quod & ea Craſtini fuiſſe videntur, adſcribam: *Faciam hodie, imperator, ut, aut vivo mihi, aut mortuo gratias agas.* Nam hoc vel præcipue pertinet ad alacritatem, quam modo Cæſaris militibus tribuerat auctor.

SALMASII.

47. *Equitum copia*] *Equitatuum*, quidam veteres: quod ſequatur qui volet; nos vulgatam intactam relinquimus.

FREINSHEMII.

48. *Germanorum cohortes*] Magnus ille Lipſius, Milit. Rom. 4, 8. miratur, Florum *Germanorum cohortes* dicere, quas Cæſar, de bel. Civ. 3, 89. oſtendat ex ipſis legionibus detractas. Quod mihi quidem ſecus videtur; nam Cæſar ibi *ex tertia acie ſenas* (ita recte Lipſius, alii *ſingulas*) *cohortes detraxit.* tertiam autem aciem videtur dicere, cujus tertio loco mentionem fecerat, nempe cohortium, apud quas Domitius curabat. in quibus Germanos meruiſſe, nemo dubitat. Si vero cum eodem Lipſio, & Plutarcho, Cæſ. cap. 64: item Pomp. cap. 115. legere velis; *extrema acie*, idem ſenſus provenerit: aciem enim abſolute vocat cohortes illas, ut paullo ante etiam fecerat; nam legiones in cornibus conſtituerat; extrema igitur acie, hoc eſt, ab averſa cohortium parte, detraxit quartam iſtam aciem; ab averſa, inquam, parte, ne videlicet a Pompeianis animadverti poſſet, eique nodo cuneus aliquis quæri. Hæc igitur tota Cæſaris acies fuerit; Dextrum cornu ipſe cum ſua decima legione tenuit; ut aperte Plutarchus; nam quod in Cæſaris Commentariis dextro cornu P. Sulla præficitur, vereor ut ipſius voluntate factum ſit, cum utique mox ſubjiciat, *ſe contra Pompeium conſtitiſſe*; at Pompeius in cornu ſuo ſiniſtro, ipſo Cæſare teſte; reſtat igitur, ut in dextro Cæſar fuerit. Siniſtrum cornu tenuit Antonius. Media acies ex cohortibus conſtitit XXXX numero, ut quidem ſenſus poſcit, quamvis LXXX ſcribatur: additur enim, effeciſſe XXII *millia.* ut cohortes fuerint quingenariæ circiter; quod apparet etiam ex Pompeii copiis, ſupra apud eundem Cæſarem, quarum CX. dicuntur effeciſſe XLV *millia*; aut, ſicut in aliis exemplaribus eſt, LV *millia.* Ex hac igitur tertia ſua acie, hoc eſt, media, Cæſar detraxit ſex cohortes, numero tria millia militum, qui certe cur Germani non eſſe potuerint, non video. Nam cohortes

tantum in effuſos equites fecere impetum, ut illi eſſe pedites, hi venire in equis viderentur.

49 Hanc ſtragem fugientis equitatus levis armaturæ ruina comitata eſt. Tunc terrore latius dato, turbantibus invicem copiis, reliqua ſtrages quaſi una manu facta eſt. Nec ulla res magis exitio fuit quam ipſa exercitus magnitudo. Multus in eo prælio Cæſar fuit, me-

50 diuſque inter Imperatorem & militem. Voces quoque obequitantis exceptæ, altera cruenta, ſed docta, & ad victoriam efficax, *Miles faciem feri:* altera ad jactationem compo-

hortes in tota iſta, etiam Pompeianæ aciei, deſcriptione, pro auxiliariis, non legionariis, accipio. quod latius hoc loco deduci, inſtituti ratio non patitur. Ceterum Dio etiam, lib. 41. pag. 204. ait fuiſſe *pedites, qui inter equitatum præliari conſueverant*: quod certe alienum a Romanis militibus, Germanis tribuit Tacitus, Germ. 6, 6. *mixti præliantur* (equites peditesque); *congruente ad equeſtrem pugnam velocitate peditum*. Item Marcellin. 16. 26. exemplum habet. Adde Cæſarem ipſum, de bel. Civ. 1, 84: 3, 52: Liv. 44, 26, 3. De Romanis tamen ſimilia legas apud Liv. 26, 4, 4: Cæſ. de bel. Civ. 3, 84: & de bel. Gal. 1, 48: 8, 36.

49. *Mediuſque inter Imp. & militem*] Sic Catilina *ſtrenui militis & boni Imp. officia ſimul exſequebatur*, Salluſt. Cat. 60, 3: & Veſpaſianus, apud Tac. H. 2, 5, 1.

50. *Miles, faciem feri*] Auctores veteres hujus præcepti rationem fingunt eam; in exercitu Pompeiano fuiſſe juvenes formoſos, quibus præcipua vultus cura, & deformationis metus. Sed eos quidem eleganter refellit Ruttgerſius, var. lect. 1, 4. quem vide. Nec tamen ejus ſententiæ accedimus, qua putat, eo factum id eſſe, ut noti vultus turbarentur, neve quis ſuis, ſi agnoviſſet, parceret, eoque pugnandi ardor ſeneſceret; nam illud nihilo ſecius accidere poterat, cum priuſquam ſe mutuo cæderent, in conſpectu eſſent; &, ſi maxime deformata facies eſſet, ex ipſis armorum inſignibus, notoque vocis ſono noſci invicem potuiſſent; ſicut autem *potuerunt*, Dione quidem referente, multos interfectoribus ſuis mandata ad ſuos referenda dediſſe. Reſtat igitur, ut credamus, hanc pugnandi formam, quibuſlibet in præliis efficacem eſſe, cum hoc modo, dum vitantur vulnera, facies avertatur, eoque metus creſcat, & adverſariis repercutiendi facultas adimatur. quo pertinet, oculorum eſſe præcipuam homini curam; quos ideo natura quoque diligentiſſime muniverit. Aliud etiam Cæſaris propoſitum arguere videtur Lucanus, 7, 318:

—— *Nec cedere quiſquam*

Ho-

poſita: *Parce civibus*: quum ipſe ſequeretur. Felicem utcunque in malis Pompeium, ſi eadem ipſum, quæ exercitum ejus, fortuna traxiſſet! Superſtes dignitatis ſuæ vixit, ut, cum majore dedecore per Theſſalica Tempe equo fugeret una navicula Leſbon applicaretur: pulſus Syedris in deſerto Ciliciæ ſcopulo, fugam 51

Hoſtis terga velit. —— Quaſi diceret, in obſiſtentes tantum pugnandum: quæ res valde uſitata eſt in ſubitis urbium invaſionibus, ubi ſolitum proclamari, neminem cædendum niſi armatum. Ideo Tacitus, G. 43, 11: *primi in omnibus prælüs oculi vincuntur*. Nec primus Cæſar hoc advertit, ſed jam ante, *Romani non cæſim feriendo, ſed punctim ſubinde rectis gladiis utendo, qui mucronibus valent, crebro repetitis ictibus pectora & facies hoſtium cædebant*. Auctor Polybius, 2, 33. Etiam Germanici præceptum eſt, apud Tacit. ann. 2. *mucronibus ora quærerent.*

SALMASII.

51. *Ut una navicula*] Palatinus alter, *cum una navicula*. ſed nihil neceſſe illud *cum* addere, quod facile poteſt abeſſe. Plutarchus, de eadem re, ἐπὶ ναὸς μιᾶς καὶ ἀλλοτρίας.

Pulſus Hedris in deſerto Ciliciæ ſcopulo] Hic ſcopulus fuit omnium eruditorum, qui ad Annæum emendandum acceſſerunt. Quis enim non conatus eſt aliquid elicere ex hac veteri ſcriptura, pro qua neſcio quæ monſtra vetuſtiores critici nobis obtruſerant? & tamen nemo hactenus fecit quod voluit. Videant vero quid nos profecerimus. Libri, quos nobis videre licuit, habent, *Hedris*. Sic & Vinetiani. Emendandum contendo: *pulſus Syedris deſerto Ciliciæ ſcopulo*: levi mutatione. Primum *ſ* mutuati ſumus ex fine præcedentis vocis. Deinde aſpirationem mutavimus in *y*, quæ in illam temere degeneraverat. *Syedris* igitur vera lectio, *Syedra* Ptolemæus inter παραλίας Ciliciæ recenſet, Stephanus noſter πόλιν Ἰσαυρίας vocat. Iſauria autem & Trachea Cilicia ſæpius confunduntur. Lucanus, de eadem fuga Pompeii loquens, lib. VIII:

Ad profugum collecta ducem
parvisque Synedris.

Multos vidimus ſcriptos codices, in quibus eam lectionem reperimus. Correctores, brutum genus, *Celendris* repoſuerunt, pro *Synedris*. Aptiſſime vero. Quorum ſtuporem quibus verbis poſſum ſatis caſtigare? *Celendris*, *Celendridos*, vel *Celenderis*, ut apud alios legitur, urbs Ciliciæ. ſed minime παραλίας At illi, κέλενδρα, κελένδρων, dici putaverunt, cum ſit κελενδρίς. Quid multis argutamur? In Lucano legendum, *Syedris*. Ita una eademque manu inſignem maculam ſuſtulimus ex duobus optimis auctoribus.

FREINSHEMII.

50. *Parce civibus*] Recenſet hoc factum etiam Polyænus, lib. 8; &, ut opinor, hæc verba: nam quod ibi φείδεσθαι τῶν πολεμίων legi-

52 gam in Parthos, Africam, vel Ægyptum agitaret: ut denique in Peluſiaco littore, imperio viliſſimi regis, conſiliis ſpadonum, &, ne quid malis deſit, Septimii deſertoris ſui gladio trucidatus, ſub oculis uxoris ſuæ libero-
53 rumque moreretur. Quis non peractum eſſe cum Pompeio crederet bellum? atqui acrius multo atque vehementius Theſſalici incendii
54 cineres recaluere. Et in Ægypto quidem adverſus

legitur; neſcio quomodo tolerari poſſit: cum ea vox nihil habeat, quod perſuadere militem ad parcendum poſſit; ut vero efficax eſt vox *civium*, putem igitur ibi reſcribendum φείδεσθαι τῶν πολιτῶν, ut hæc ipſa verba exprimantur. ſequentia autem, *quam ipſe ſequeretur*, valent *inſequeretur*, *perſequeretur*. hoc ſenſu ſupra, 1, 10, 8.

51. *Dignitatis*] Ita Pall. o. & ed. noſtra vetus. Sic Tacit. A. 3, 5: *pauci, & ut ita dixerim, non modo aliorum, ſed etiam noſtri, ſuperſtites ſumus*. Argentarius, apud Senecam, Suaſ. VII. *Non ille te vivere vult, ſed ingenii tui facere ſuperſtitem.*

Ut una navicula Lesbon applicaretur; pulſus Hedris in deſerto] Revocandam puravi lectionem primæ editionis, confirmatam & noſtris, & mſſ. Vineti. etſi non me expedio illo *Hedris*. quod & in Pal. pr. ac tert. nam ſec. Heſdris, pro eo cupiebat Vinetus, *Synedris*. Salmaſius noſter, littera minus, *Syedris*. neuter male. *Gruterus*. Salmaſii lectionem veram puto, quam & ipſe firmat latius in Solinum pag. 771. c. Porro etiam pro iſtis *applicaretur pulſus*, reſcribo, *applicaret; pulſus*, niſi quod illud *pulſus* in ſuperiorem potius lineam rejiciendum videtur. *applicare* dictum pro *appellere*, ſicut apud Juſtinum 2, 4, 21, & 2, 12, 2. ceterum dictio *ut* repetenda eſt, ut apparet ex toto contextu.

SALMASII.

52. *Peluſiaco littore*] *Peluſio littore*, in optimo libro. *Peluſium littus*, Πηλούσια ἀκτή nam πηλούσιος, & πηλουσιακὸς, ſunt ἐθνικά.

FREINSHEMII.

52. *Peluſio*] Eſt a tribus Pall. prius publicati, *Peluſiaco*, quod eodem redit: niſi videretur redonanda ſcriptori cuique ſcriptura ſua germana. *Gruterus*. Sic etiam habebant mſſ. Vineti, & q. editiones.

Spadonum] Qui potentes eo in regno plerunque, tangit Seneca, de benefic, 5, 16. fine capitis. Idque ex moribus Perſarum, de quibus Curtius, 3, 3, 24: *ſpadonumque grex, haud ſane illis gentibus vilis.*

Septimii] Hic eſt *L. Septimius* apud Cæſarem, de bel. Civ. 3, 104; & Dionem, lib. 42. *Vinetus*. Adde Cic. fam. 8, 8, 12.

53. *Incendii cineres*] Eodem ſimili de incendio utitur ſupra, 3, 5, 14.

FREINS.

Digitized by Google

verſus Cæſarem ſine partibus bellum. Quip- 55
pe quum Ptolomæus rex Alexandriæ, ſummum civilis belli ſcelus peregiſſet, fœduſque amicitiæ cum Cæſare, medio Pompeii capite ſanxiſſet; ultionem tanti viri Manibus quærente fortuna, cauſa non defuit. Cleopatra 56
regis ſoror, affuſa Cæſaris genibus, partem regni repoſcebat. Aderat puellæ forma, & quæ duplicaretur ex illo, quod talis paſſa videbatur injuriam: odium ipſius regis, qui
Pom-


FREINSHEMII.

54. *Sine partibus*] Partes enim proprie dicuntur, unius reip., in factiones ſciſſæ, cives, exteri, hoſtes: quemadmodum antiqui vocabant peregrinos omnes, auctore Feſto.

55. *Summum civilis belli ſcelus*] Pompeii necem.

VARIORUM.

55. *Tanti viri*] Ita v. e. reliquæ hactenus, *Clariſſimi viri*; prorſus præter ſcripturam Pall. in quibus & viſitur altera. *Gruterus*.



Cleopatra] *Nummus hic Cleopatræ, ex* Patini Sylloge Numiſmatum Imperatorum ex ære. *Verum in plurimis hujus reginæ faciem oſtendit* Vaillant, in Hiſtoria Ptolemæorum; nuperrime data in publicum, 188. & ſeqq. pag.

FREINSHEMII.

56. *Aderat puellæ forma*] In qua quantum patrocinii ſit, expreſſit Petronius his verbis; *Jam Gniton mirabili forma exarmaverat nautas, cœperatque etiam ſine voce ſævientes rogare.* Adde Tac. 12, 51, 6.

Injuriam: odium] Videtur exciſſe particula *tum*, ſive *jam*, aut quæ ſimilis. dicit enim, Cleopatræ patrocinio fuiſſe formam, injuſtam, tum odium regis. Ad injuriam quod attinet, eam miſerationem, & inde favorem, conciliare, notat etiam noſter, infra, 4, 4, 4;
Ag-

Digitized by Google

57 Pompeii cædem, partium fato, non Cæſari dederat; haud dubie in ipſum auſurus, ſi ex-
58 pediſſet. Quam ubi Cæſar reſtitui juſſit in regnum, ſtatim ab eiſdem percuſſoribus Pompeii obſeſſus in regia, quamvis exigua manu, ingentis exercitus molem mira virtute ſuſti-
59 nuit. Ac primum ædificiorum proximorum, atque navalium incendio, infeſtorum hoſtium tela ſubmovit, mox in peninſulam Pharon ſubitus evaſit: inde depulſus in maria mira felicitate ad proximam claſſem enatavit, relicto quidem in fluctibus paludamento, ſeu fato, ſeu conſilio: ut illud ingruentibus hoſtium te-
60 lis ſaxiſque peteretur. Tandem receptus a claſſicis ſuis, undique ſimul hoſtes adortus, de imbelli ac perfida gente juſta generi Manibus dedit. Quippe & Theodotus magiſter, auctor-

Auguſtum ætate & injuria favorabilem. Sic apud Tacit. 3, 75, 5: *Labeoni commendatio ex injuria.* Adde Velleium, 2, 34, 2.

SALMASII.

59. *Inde depulſus in maria*] Palatinus alter, *delapſus in maria.* non tam recte.

60. *Debellata perfida gente*] Reſtitue veterem lectionem: *de imbelli ac perfida gente juſta generi manibus dedit.* Excuſam, quam vulgo vetuſtiorem, ſed falſo, crediderunt, recentes tantum, & deterioris notæ, codices exhibebant. In optimo libro legitur: *dein belli ac perfida gente*, manifeſtis veræ lectionis veſtigiis.

Theodotus magiſter] *Magiſtrum* vocat quem Plutarchus ἐπὶ μισθῷ ῥητορικῶν λόγων διδάσκαλον ἀνειλημμένον.

FREINSHEMII.

58. *Obſeſſus in regia*] Caſum hunc, totumque iſtud bellum, luculenter deſcripſit Cæſar, fine bellorum civilium: & Hirtius, ſive quis alius auctor eſt belli Alexandrini.

59. *Incendio*] Quo conflagravit inſtructiſſima Lagidarum bibliotheca. Sed huc neceſſitas adegerat: alias haud dubie peperciſſet, ſicut *Demetrius rex propter Jalyſum Protogenis, ne cremaret tabulas, cum ab ea parte ſola poſſet Rhodum capere, non incendit: parcentemque picturæ fugit occaſio victoriæ.* Plinius, 35, 10.

60. *Tandem*] Tres Pall. volunt legamus, *Tum.* Gruterus: in v. noſtra eſt, *Tamen.*

Theodotus magiſter] Ptolomæi pueri præceptor, Appian. de bel. civ.

Digitized by Google

auctorque totius belli, & ne virilia quidem portenta Pothinus atque Ganymedes, diverſa per mare & terras fuga & morte conſumpti. Regis ipſius corpus obrutum limo repertum eſt in aureæ loricæ honore. In Aſia quo- 61
que novus rerum motus a Ponto, plane quaſi de induſtria captante fortuna hunc Mithridatico regno exitum, ut a Pompeio pater, a Cæſare filius vinceretur. Rex Pharnaces ma- 62
gis diſcordiæ noſtræ fiducia, quam virtutis ſuæ, infeſto in Cappadociam agmine ruebat: ſed hunc Cæſar aggreſſus, uno, &, ut ſic 63
dixerim, non toto prælio, obtrivit, more fulminis,

civ. lib. 2. pag. 480. fuit autem Samius, arte rhetor. Idem & Plut. Pomp. cap. 127. Hunc poſtea Brutus cruci affixit. Idem, ibid. cap. 133: & in Bruto, cap. 48. ſive Caſſius, volente Appiano, pag. 484. De notione verbi *magiſter*, in indice.

Ne virilia quidem portenta] *Ambigui mares* vocantur eunuchi Claudiano, in Eutrop. 1, 462.

Regis] *Civili bello Pontino periiſſe* ait L. Ampel. Patet. leg. *Pompeiano*.

Quaſi de induſtria, &c.] Similis obſervatio in Juſtino, 11, 15, 2.

62. *Magis diſcordiæ noſtræ fiducia*] Hoc vult Suetonius, Cæſ. 35, 5. ſcum inducit Pharnacem, *occaſione temporum bellantem*. Vide ſupra, 3, 5, 4. Sic legendum in Hirtio, de Bello Africano, c. XXXIV. Vide Tac. 4, 24, 1: & Germ. 37, 9.

63. *Uno, &, ut ſic dixerim, non toto prælio*] Simile ſupra, 2, 7, 11: *uno, ac ne hoc quidem juſto prælio*.

More fulminis] Eadem comparatio de Alexandro apud Himerium Sophiſtam, de reducendo Æſchine: *Hoſtes confecit inſtar fulminis & tonitrus, quod ſæpe, antequam expectetur, præcedit.* & de Juliano, apud Marcellin. 17, 17: *ſubito cunctos aggreſſus, tanquam fulminis turbo perculſit.*

VARIORUM.

Diverſa per mare & terras fuga & morte] Eſt a vet. ed. nam vulg. *diverſi per mare transfugio & morte*; &c. Lipſius, dicto cap. 19. emendabat e libro calamo deſcripto, *diviſa per mare & terras fuga*, &c. bene *diverſa* tamen reſtabat quoque in mſſ. Vineti, nec non in o. Pall. *Gruterus*.

In aureæ loricæ honore] Capitolinus, in Maximino juniore, cap. 3: *uſus eſt aurea lorica, exemplo Ptolemæorum*. Vinetus.

61. *In Aſia*] Hanc hiſtoriam ſcribunt Sueton. Cæſ. cap. 35: Plut. Cæſ. cap. 73. Late commentarius de bello Alexandrino. Eutrop., lib. 6. cap. ult. Epit. Liv. 113: Meminit Plinius, 25, 4: & 33, 12: Appian. de bel. civ. lib. 2. pag. 484. Frontinus, 2, 2, 3. docet quo aſtu a Cæſare victus ſit. *Camers*.

FREINS.

minis, quod uno eodemque momento venit, percuſſit, abſceſſit. Néc vana de ſe prædicatio eſt Cæſaris, *ante victum hoſtem eſſe, quam*
64 *viſum*. Sic cum exteris. At in Africa cum civibus multo atrocius, quam in Pharſalia. Huc reliquias partium naufragarum quidam furoris æſtus expulerat, nec reliquias diceres, ſed
65 integrum bellum. Sparſæ magis, quam oppreſſæ

FREINSHEMII.

Ante victum hoſtem eſſe, quam viſum] Suetonius, Cæſ. 37, 4. ita rem narrat: *Pontico triumpho inter Pompæ fercula trium verborum prætulit titulum, VENI, VIDI, VICI, non acta belli ſignificantem, ſicut ceteris, ſed celeriter confecti notam*. Plut. in vita, cap. 73. ad Amintium quendam amicum tria iſta verba ſcripſiſſe. Appianus de bell. civil. lib. 2. pag. 485. ſimplicius; in urbem eum ſcripſiſſe. Vide & Dionem, lib. 42. pag. 234. Suetonio tamen magis crediderim. Errat vir doctus ad Velleium, dum ſcribit; *Seneca pater imitatione Tuſci hæc tria protuliſſe ſignificat*. cum ibi (locus eſt Suaſor. 1. 2. in fin.) Tuſcum irrideat Seneca, quod accommodet Xerxi, quæ *multos poſt* (Xerxem nempe, non Tuſcum) *annos Divus Julius victo Pharnace dixerit*. Nam Tuſcus ille diu poſt Cæſarem vixit. Scaurus enim, quem majeſtatis reum feciſſe ibi dicitur, extinctus eſt anno U. C. DCCLXXXVII, circiter LXXX annis a morte Cæſaris. Imitatur hoc Sidonius, Carm. 5, 366. de ſuo Principe:

—— *Maximus iſſe eſt,*
Non pugnaſſe, labor; terimus cur tempora verbis?
Pervenit & vincit. ——

Et fortaſſis ipſe Florus, ſupra, 2, 7, 11: *Introiſſe victoria fuit*. Pertinet huc (potius quam ad fulgorem oculorum, de quo alias exponitur) illud militum Rom. apud Tacitum, 3, 45, 3: *viderent modo adverſos, & aſpicerentur: id ſatis ad victoriam*. Simile huic exemplum eſt ſupra, 2, 2, 6.

65. *Sparſæ magis, quam oppreſſæ, vires erant*] Hæc itidem ex Lucano, 8, 273:

—— *ſparſit potius Pharſalia noſtras,*
Quam ſubvertit, opes. ——

Ideoque duci ſollicite curandum, ut victis ſemel hoſtibus acriter inſtet, nec vires eorum denuo coaleſcere patiatur. Sic Cæſar, harum artium prudentiſſimus, apud Appian. de bell. civil. lib. 2. pag. 478: *diſcurrendo per exercitum ſupplex orabat, ne gravarentur tantum laboris inſuper impendere, dum caſtra Pompeii capiant: docens, ſi patiantur denuo coire hoſtiles copias, unius tantum diei fore victoriam*. Et hoc eſt *ſcire victoria uti*; quod ignoratum aut neglectum Annibali, Carthaginem perdidit.

VARIORUM.

64. *In Africa*] Bellum in Africa contra cives a Cæſare geſtum ſcribunt Hirtius, ſingulari commentario, Liv. epit. 113, & 114: Plut. Cæſ. cap. 74, &c. & Caton. min. cap. 82, &c. Copioſe Appianus, lib. 2. de bell. civil. *Camers*.

SAL-

preſſæ vires erant. Auxerat ſacramentum ipſa
clades Imperatoris : nec degenerabat ducum
ſucceſſio. Quippe ſatis ample ſonabant in
Pompeiani nominis locum Cato & Scipio.
Acceſſit copiis Mauritaniæ rex Juba, videli-
cet ut latius vinceret Cæſar. Nihil ergo inter 66
Pharſaliam, & Thapſon, niſi quod amplior
eo, acriorque Cæſarianorum impetus fuit, in-
dignantium poſt Pompeium creviſſe bellum.
Denique, quod alias nunquam ante impe-
rium ducis, ſua ſponte ſigna cecinerunt. Stra- 67
ges a Juba cœpit. Ejus elephanti bellorum ru-
des, & nuperi a ſilva, conſternati ſubito clan-
gore. ſtatim & exercitus in fugam, nec duces
for-

SALMASII.

67. *Et duces fortius, quam ut fugerent*] Manifeſto ponenda negatio, & legendum: *nec duces fortius, quam ut fugerent.* Quod ex ſequentibus ita liquido patet, ut valde mirum putem, tam multos hunc locum legiſſe, nec aliter intellexiſſe. Neminem tamen culpo, ſed quid ſentiam, dico.

FREINSHEMII.

66. *Amplior eoque acrior*] Hoc eſſet major, eoque major, pulcerrimo loquendi modo, & proxime ad auctoris genium: ſi tamen, ut hoc etiam addam, aliquis Latinorum *amplum impetum* dixit, aut dicere potuit. Dubium mihi non eſt, quin poſt illud *amplior* aliquid exciderit, cujus ſenſum certe reponere promptum ſit: eſt autem hic; *amplior hic hoſtium exercitus*; *eoque acrior*, &c. nam hoc clamant ſequentia: *poſt Pompeium creviſſe bellum.* Aliter iſta comparatio inter Pharſaliam & Thapſon non conſtat.

Sua ſponte ſigna cecinerunt] *Dubitante Cæſare, atque militum ſtudio cupiditatique reſiſtente, ſibique, eruptione pugnari, non placere clamitante; & etiam atque etiam aciem ſuſtentante, ſubito dextro cornu, injuſſu Cæſaris, tubicen a militibus coactus canere cœpit.* Ita Hirtius, de bel. Afric. cap. 82.

67. *Et duces fortius, quam ut effugerent*] Ita quidem Naz. & Pal. ſec. nec non ed. noſtra vetus. & poſſit explicari, fugiſſe quidem; ſed non ut cuperent effugere, verum ut ſuo arbitratu morerentur; res tamen ipſa, præcedentiumque & ſequentium verborum ſenſus movet, ut amplectar Salmaſii correctionem, qui pro vulgata lectione, *& duces fortius, quam ut fugerent*; reponit, *nec duces fortius, quam ut fugerent.* nam hoc dicit Florus, & exercitum fugiſſe, & vero duces ipſos; hos autem fugæ fœditatem emendaſſe decoro exitu: quorſum enim alias illa particula *tamen*; *non inconſpicua tamen*

 morte

tius, quam ut fugerent, non inconſpicua ta-
68 men morte omnium. Jam Scipio nave fugie-
bat: ſed aſſequutis eum hoſtibus, gladium per viſcera exegit: &, *ubi eſſet*, quodam requirente, reſpondit hoc ipſum, *Bene ſe ha-*
69 *bet Imperator.* Juba, quum ſe recepiſſet in regiam magnifice epulatus eſt. Poſtero die cum Petreio fugæ comite, ſuperque menſas & pocula interficiendum ſe ei præbuit. Ille &

regi

morte omnium? illa particula *nec in* & corrupta legitur etiam in Arnobii ſcriptis, lib. 3. pag. 133: *Et audetis adſcribere cauſſam nobis offenſionis deorum: cum, ſi judicatio fiat, certiſſima in vobis reperiatur hæc eſſe, & in contumelia, quam opinamini, ſtare.* Senſus enim inibi vult; *nec in contumelia*, &c.

SALMASII.

69. *Super menſas & pocula*] Veteres, *ſuperque menſas & pocula.*

FREINSHEMII.

68. *Jam Scipio nave fugiebat*] Lego *Nam*, ut cohæreat, præcedentibus, & reliquis etiam, Jubæ, Petreio, Catoni, poſſit applicari. reſpondet enim præcedenti propoſitioni; *non inconſpicua tamen morte omnium.* cujus partes hic exſequitur.

Bene ſe habet Imperator] De hujus Scipionis interitu, præter alios, lege Val. Max. 3, 2, 13: & Senec. Epiſt. 24. copioſe. Appian. de bel. civ. lib. 2. pag. 490, & 491. *Camers.* Senecæ patris locum, quia vulgo corruptus eſt, adſcribam: eſt autem Suaſ. 6: *Scipio, cum gladium ponere juſſus eſſet; dicitur abdidiſſe in ſe*: (optimam correctionem, neſcio unde, depromit Aurelianus, ad Tacit. pag. 473. m. 1.) *quærentibus, qui in navem tranſierant, militibus imperatorem; imperator, inquit, bene ſe habet.* Tollamus eadem opera leve mendum, ex auctore non gravi, nec inutili tamen. Chronicon Adonis, ſub anno 4784: *Scipio, qui* (ſic ſcribo vulgo male *in*) *navim, qua ad Hiſpanias fugeret, conſcendens, vento coactus in Africam redierat; ſemet ipſum jugulavit.* Verum autem eſt ſcribendum in eo chronico; *Scipio in navi, qua ad Hiſpanias fugere contendens, vento coactus, in Africam redierat; ſemet ipſe jugulavit.* Nam ſic Oroſius, 6, 16. unde iſta ad verbum exſcripta.

69. *In regiam*] Rubenius, elect. 1, 10. corrigit, *in regnum.* optime; nam bellum in provincia geſtum erat. Illud tamen retinet etiam L. Ampelius.

Magnifice epulatus] Diximus ſupra, 2, 18, 12.

Ille & regi ſuffecit & ſibi] Conſentit Livii Epit. 114. *Petreius Jubam, ſeque, interemit.* Aliter Dio, lib. 43. pag. 245: Appianus, de bel. civ. lib. 2. pag. 490 quorum conſenſum cum Seneca, de provid. 2, 15. qui *alterum alterius manu cæſum ait*, notavit ibi Lipſius. Hirtius, de bel. Afric. cap. 94: *firmior imbecilliorem Juba Petreium* (Sive potius, ut Rubenius, elect. 1, 10. corrigit; *Jubam Petreius*) *facile ferro conſumpſit. deinde ipſe ſibi cum*

qua-

regi ſuffecit & ſibi : quum interim ſemeſi in
medio cibi , & parentalia fercula regio ſimul
Romanoque ſanguine madebant. Cato non 70
interfuit bello : poſitiſque apud Bagradam ca-
ſtris , Uticam , velut altera Africæ clauſtra,
ſervabat. Sed accepta partium clade , nihil
cunctatus, ut ſapiente dignum erat, mortem
etiam lætus accivit. Nam poſtquam filium 71
comiteſque ab amplexu dimiſit, in nocte le-
cto ad lucernam Platonis libro , qui immor-
talitatem animæ docet, paululum quievit. tum
circa primam vigiliam ſtricto gladio revela-
tum manu pectus, ſemel iterumque percuſſit.
Auſi poſt hoc virum medici violare fomentis; 72
Ille paſſus, dum abſcederent, reſcidit plagas:
ſequutaque vis ſanguinis moribundas manus
in

conaretur gladio transjicere pectus, nec poſſet, precibus a ſervo ſuo impetravit, ut ſe interficeret, idque obtinuit. Oroſius, 6, 16: & modo citatum Chronicon Adonis; *Juba percuſſori jugulum pretio dato præbuit: Petreius eodem gladio ſe perfodit.* quem idem Rubenius egregie emendat, *jugulum Petreio præbuit.* Quæ eadem verba ſunt etiam in Hiſt. Miſc. 6, 39.

70. *Mortem etiam lætus accivit*] De interitu Catonis, præter ſupra dictos, lege Gellium, 15, 18: Lactant. 3, 18: Plura Auguſtin. 1, 23. Civit.: Val. Max. 3, 2, 14: Cicero, de offic. 1, 31: & Tuſc. quæſt. 1, 30: & alibi ſæpe. Catonem egregie extollit Lucanus, 9, 601: Horat. 2, 1, 24: Liv. lib. 114: Plura Hirtius, de bello Afric. cap. 88. *Camers.* Adde Appian. de bell. civ. lib. 2. pag. 490, & 491: & Plut. in vita, cap. 89, &c. Sæpiſſime meminit ejus facti cum eximiis elogiis Seneca. Extant & quædam epigrammata non inerudita, in catalectis veterum poëtarum Scaligeriis.

72. *Violare fomentis*] *Tam mali exempli eſſe occidere dominum, quam prohibere* (h. e. utrumque mali exempli eſſe) ait Stoicus quidam apud Senec. epiſt. 77. Alia in hanc ſententiam apud Senec. patrem, epit. controverſ. 3, 9. cujus principio ſcribendum: *ecce herus* (non *heres*) *jubet, quod tu vetas.* Lex Cornelia vetat miſceri venenum, id juſſit herus : legis autem major poteſtas, quam hominis. Ad Flori locum vide Gruterum, in notis ad Sueton. Domit. cap. 14.

Sequutaque vis] Si obſequeretur mſſ. maluiſſem , *ſequutaque vi.* Gruterus. Porro hæc ipſa graphice depingit Seneca, de provident. 2, 16: *gladium ſacro pectori infi-*

73 in ipſo vulnere reliquit. Quaſi non eſſet uſquam dimicatum, ſic arma rurſus & partes. quantoque Africa ſupra Theſſaliam, tanto
74 Africam ſuperabat Hiſpania: plurimum quantum favoris partibus dabat fraternitas ducum, & pro uno duos ſtare Pompeios. Itaque nuſquam atrocius, nec tam ancipiti Marte con-
75 curſum eſt. Primum in ipſo oſtio Oceani Varus Didiuſque legati conflixere: ſed acrius fuit cum ipſo mari, quam inter ſe navibus bellum. ſiquidem, velut furorem civium caſtigaret Oceanus, utramque claſſem naufragio
76 cecidit. Quinam ille horror, quum eodem tempore fluctus, procellæ, viri, naves, arma-

infigit, viſcera ſpargit, & illam ſanctiſſimam animam, indignamque quæ ferro contaminaretur, manu educit.

SALMASII.

74. *Plurimumque favoris*] Priuſquam vidiſſem ſcriptos codices, particulam *que* tollebam, quæ nihil hic facere videbatur. Sed illi aliter me expedierunt, in quibus legitur: *plurimum quantum favoris partibus dabat fraternitas ducum.* Omnino recte. Helleniſmus, *plurimum quantum*, πλεῖστον ὅσον. Sic *nimium quantum, mirum quantum, immane quantum*: & ſimilia apud alios uſurpata. In altero Palatino, *plurimum quidem*, legitur: ſed ſtandum putamus illis, quæ nobis ἀνεπίληπτα videntur.

75. *Furorem civium*] Puto legendum, *furorem civicum.*

VARIORUM.

73. *Hiſpania*] Bellum hoc ſcribunt Plutarch. Cæſ. cap. 79: Appian. de bell. civ. lib. 2. Late Hirtius, ſingulari commentario. Val. Max. 7, 6, 5. *Camers.*

FREINSHEMII.

74. *Et pro uno*] Fragmentum, quod Hiſt. Cæſaris ſubjicitur: *ſic pro uno duos ſubſtituerat fortuna Pompeios,*

75. *In ipſo oſtio Oceani*] Apud *Crantiam*, ut legitur in hiſtoria Dionis, lib. 43. pag. 259. ſive potius *Carteiam*, ut emendat Nonius, in Hiſpania, cap. 11. ex Hirtio de B. H. cap. XXXII. Sic etiam puto leg. in Nicolao, apud Valeſ. pag. 482. Eadem autem verba, quæ hic apud Florum, fortaſſis hinc deſumpta, leguntur in fragmento, quod Cæſaris hiſtoriæ ſubjicitur.

Furorem civicum] Eſt a Pal. prim. ac ſec. *Gruterus.* Sic etiam habet noſtra vet. editio.

Caſtigaret Oceanus] Eadem ſupra. 3, 10, 17.

76. *Fluctus, procellæ, armamenta, confligerent*] Noſter codex, *procellæ, viri, naves, ſcementa confligerent*

mamenta confligerent? adde ſitus ipſius formidinem, vergentia in unum, hinc Hiſpaniæ, inde Mauritaniæ littora; mare & inteſtinum & externum; imminenteſque Herculis ſpeculas, quum omnia undique ſimul prælio & tempeſtate ſævirent. Mox circa obſidiones 77
urbium utrimque diſcurſum eſt. quæ miſeræ inter hos atque illos duces ſocietatis Romanæ pœnas dabant. Omnium poſtrema certami- 78
num Munda. Hic non pro cetera felicitate, ſed anceps, & diu triſte prælium: ut plane videretur neſcio quid deliberare fortuna. Sa- 79
ne & ipſe ante aciem mœſtior non ex more Cæſar, ſive reſpectu fragilitatis humanæ, ſive nimiam proſperorum ſuſpectam habens con-

fligerent. optime. ſic tamen, ut, *elementa*, reſtituam, pro ſpurca ea *ſcementorum* voce. Lipſius, Elector. 2, 19. Similia noſtro, quæ adnectuntur libro Hirtii, de bello Africo.

Salmasii.

78. *Poſtrema certaminum Munda*] *Numidia* in quibuſdam libris veteri manu correctum eſt.

79. *Reſpectu fragilitatis humanæ*] *Reſpectus* in Nazariano, quem optimum voco. in altero Palat. *reſpectum*, parum correcte. ſequitur in eodem Palatino. *nimiam proſperorum ſuſpectam habens conjurationem.* pro quo excuſi, *continuationem*, quod etſi verum eſſe non affirmarim, non ineleganter tamen dictum putem. quaſi proſpera ita ἀθρόως ad Cæſarem confluentia quodammodo conjuraſſe viderentur. ſed nihil mutandum putamus, cum proba ſit edita ſcriptura, & in plurimis reperiatur libris.

Freinshemii.

77. *Quæ miſeræ, &c.*] Videntur hæc inſita ab alio; extant ſupra, 3, 22, 8. quo refer ea quæ ſcribit ad ſenatum Pompeius, apud Salluſt. Hiſt. 3, 2, 11: *Hiſpaniam citeriorem, quæ non ab hoſtibus tenetur, nos, aut Sertorius, ad internecionem vaſtavimus.*

Deliberare fortuna] Sic apud Liv. 21, 44, 10: *fortuna dubitat.*

Variorum.

78. *Munda*] De hac civitate, & bello ibi a Cæſare geſto, multa Strabo, lib. 3. p. 97: Meminit Lucanus, 1, 40:

Ultima funeſta concurrant prælia Munda.

Silius, 3, 400:

Et Munda Emathios Italis paritura labores. Camers.

continuationem: vel eadem timens, poſtquam
80 idem eſſe cœperat, quod Pompeius. Sed in
ipſo prælio, quod nemo unquam meminerat,
quum diu pari Marte acies nihil aliud quam
occiderent, in medio ardore pugnantium ſubito
ingens inter utroſque ſilentium, quaſi
81 conveniſſet. hic omnium ſenſus erat. Noviſſime
illud inuſitatum Cæſaris oculis (nefas)
poſt quatuordecim annos probata veteranorum
manus gradum retro dedit. Quod etſi
non-

SALMASII.

81. *Gradum retro dedit*] Quidam, *gradum retro fecit*. non male. gradum facere, ut, pedem facere, *una omnes fecere pedem.*

FREINSHEMII.

79. *Poſtquam idem eſſe cæperat*] Hoc eſt, poſtquam ad idem imperii gloriæque culmen aſcenderat. & ſane timendi cauſſam habuit; *Maximæ* enim *cuique fortunæ minime credendum eſt*, ait Annibal, apud Livium, 30, 30, 19. Sic *Camillus precatus, ut, ſi cui deorum nimia felicitas populi Romani videretur; ejus invidia ſuo aliquo incommodo ſatiaretur.* Val. Max. 1, 5, 2. Sic Æmilius Paullus, poſt enumeratas res proſperrime geſtas, ſubjungit: *Mihi quoque ipſi nimia jam fortuna mea videri, eoque ſuſpecta eſſe*, &c. idem Liv. 41, 45, 6. Sic Alexander *illam ipſam fortunam, qua aſpirante res tam proſpere geſſerat, verebatur*; Curtius, 3, 8, 20. quomodo & ejus pater, rebus ex voto fluentibus, dicitur veneratus fortunam, ut quam minimo incommodo felicitatem iſtam lueret. Igitur non abſurde Carthaginenſium legati Romanos *per timendam felicibus Nemeſin* deprecantur. apud Appianum, in Punicis. Non abſurde ad idem referas Senecam, in Troadibus, verſu 242:

Suique victor operis exemplum horruit,
Didicitque Achilles & dea natos mori.

Confer quæ notavit Bernecccerus ad Juſtinum, 12, 8, 15: *ne fortunam ſuam nimis onerando fatiget*. Adde ſupra, 3, 12, 7: & 4, 2, 8.

80. *Hic omnium ſenſus erat*] Putida gloſſa, vicem explicatiunculæ ſuſtinens ad verbum *conveniſſet*.

81. *Nefas*] In aliis editionibus male concluditur parentheſi. referendum enim eſt ad illud *inuſitatum*, cumque eo conſtruendum; ſic ſupra, num. 55. cædem Pompeii *ſummum civilis belli ſcelus* appellat: &, 3, 1, 5: Jugurthæ conſilium, *inchoatum nefas*. quomodo Tacitus, 1, 18, 12: *occiſus dictator Cæſar, aliis peſſimum, aliis pulcerrimum facinus videbatur*. & Seneca Natural. quæſt. 6, 23. de rebus Alexandri; *nihil tam magnum erit, quam ſcelus Calliſthenes.* Hic loquendi modus paullo ignotior librariis, fœde corrupit Livium, 36, 25, 4. de Damocrito; *ob eam ferociam majus victoribus gaudium traditum fuit*. apparet legendum, *traditus*; & de ipſo Damo-

nondum fugerat, apparebat tamen, pudore
magis quam virtute reſiſtere. Itaque ablegato 82
equo, ſimilis furenti, primam in aciem pro-
currit. Ibi prenſare fugientes, confirmare;
per totum denique agmen oculis, manibus,
clamore volitare. Dicitur in illa perturbatione 83
& de extremis agitaſſe ſecum, & ita manife-
ſto vultu fuiſſe, quaſi occupare manu mor-
tem vellet; niſi cohortes hoſtium quinque per
tranſverſam aciem actæ, quas Labienus peri-
clitantibus caſtris ſubſidio miſerat, fugæ ſpe-
ciem præbuiſſent. Hoc aut ipſe credidit, aut 84
dux callidus arripuit in occaſionem: & quaſi
in

mocrito capiendum. Adde ſupra, 1,18,22: Curt. 7,5,56: *Spitamenes eum* (Beſſum) *tenebat collo inſerta catena, tam* Barbaris, *quam Macedonibus*, *gratum ſpectaculum.*

Gradum retro dedit] Erat autem id indicium timoris. Curt. 3,8,7: *eum qui recedat, fugere credi.*

SALMASII.

Pudore magis, quam virtute, reſiſtere] Neſcio an elegantius optimus liber: *Apparebat tamen, magis pudorem reſiſtere, quam virtutem.* Paulo ſupra, *quod et ſi nondum fugerat.* alter Palatinus, *quod ſi nondum fugerat.* nec prorſus male.

82. *Primam in aciem procurrit*] *Procucurrit*, diximus ſupra: ſic *concucurrit*: & vide quæ ad illum locum notamus.

83. *De extremis agitaſſe ſecum*] *Cogitaſſe*; alter Palatinus. excuſam præferimus.

VARIORUM.

84. *Arripuit*] Pall. tres (ut & noſtra ed. v.), *attribuit*, quod annoto, non quia probem; ſed ut oſtendam, non ſtatim mordicus invadendum, quicquid reperitur apud veteres. nimirum & vulgatæ plurium annorum lectioni etiam ſua habenda fides, immo reverentia. *Gruterus.*

FREINSHEMII.

Pudore magis, quam virtute, reſiſtere] De re adde Vellei. 2,55,7. Ad ſimiles eventus reſpicit Plinius, 36,15: *Pudor Romani nominis proprius, qui ſæpe res perditas ſervavit in præliis.*

82. *Ablegato equo*] Marcellin. 16,29: *relictis equis ſecum oportere verſari regales*, &c. Vide Virdung. in Agric. Taciti, 33,6. pag. 194.

83. *Fugæ ſpeciem*] Adde Ælian. tact. 33, 4: Polyb. 1,76. Appian. in Libycis, in prælio Annibalis cum Scipione: Diodor. 18,7.

84. *Arripuit in occaſionem*] Adde Tac. 1,28,6: Terent. Adelphis, 4,7,23. In hunc modum ſe habent omnia exempla quæ refert Frontin. Strateg. 2,7. Pertinet eo monitum Onoſandri, in Strategico, cap. 23; ubi demonſtrat, *utile eſſe in ipſo conflictu imperatorem*

fauſta

Digitized by Google

in fugientem invectus, ſimul & ſuorum ere-
xit animos, & hoſtes perculit. Nam hi, dum
ſe putant vincere, fortius ſequi: Pompeiani,
dum fugere credunt ſuos, fugere cœperunt.
85 Quanta fuerit hoſtium cædes, ira, rabieſque
victoribus, ſic æſtimari poteſt. Hoc a prælio
profugi, quum ſe Mundam recepiſſent, &
Cæſar obſideri ſtatim victos imperaſſet, con-
geſtis cadaveribus agger effectus eſt: quæ pi-
lis jaculiſque confixa, inter ſe tenebantur. fœ-
86 dum etiam inter barbaros! Sed videlicet victo-
riam deſperantibus Pompeii liberis, Cnæum
prælio profugum, crure ſaucio, deſerta & a-
via petentem, Ceſonius apud Lauronem op-
pidum

Fauſta & læta militibus inclamare, etſi ea falſa ſunt. Adde ſupra, 3, 3, 8: & Xenophont. pag. 341. E. Simillimum in Livio, 2, 64, 7: *Romani, quia paucitas damno ſentiendo propior erat, gradum retuliſſent, ni ſalubri mendacio conſul, fugere hoſtes ab altero cornu clamitans, concitaſſet aciem, impetu facto, dum ſe putant vincere, vicere.* Nam (verba ſunt ejuſdem auctoris, 34, 12, 3.) *Sæpe vana pro veris, maxime in bello, valuere: & credens ſe aliquid auxilii habere, perinde atque haberet, ipſa fiducia & ſperando atque audendo ſervatus eſt.* Virgilius, Æneid. 5, 231:

Hos ſucceſſus alit; poſſunt, quia
poſſe videntur.

Adde Curt. 9, 9, 13.

SALMASII.

84. *Et hoſtes perculit*] *Et hoſtis perculit*, legimus, nempe hoſtis animos. Hoc modo, *& quaſi in fugientes invectus, & ſuorum erexit animos, & hoſtis perculit.* quod planum eſt. ſcripti libri cum veteri editione, quam contulit clariſſimus vir J. Gruterus, *hoſtis* habent: & id ſequimur.

85. *Mundæ recepiſſent*] *Mundam recepiſſent.* ita lege.

Ex congeſtis cadaveribus] Illud *ex*, expungendum. *congeſtis cadaveribus agger effectus eſt.* ex Nazariano.

86. *Cenonius apud Lauronem*] *Ceſonius*, in omnibus libris; etiam Κεσώνιος, ut jam alii monuere. de quo nos alias viderimus.

FREINSHEMII.

Dum ſe putant vincere] *Audacia creſcit acceſſu*, Marcellin. 19, 16. f. Virg. Æn. 5, 220:

At lætus Mneſtheus, ſucceſſuque
acrior ipſo.

85. *Ex cong. cadaver.* De re vide Hirt. de bello Hiſpan. cap. XXXII. in pr.

86. *Cnæum*] De quo vide judicium C. Caſſii, ad Cicer. epiſt. famil. 15, 19.

Ceſonius] Sic præter Pall. o. itemque mſſ. Vineti etiam I. q.
que

pidum conſequutus, pugnantem (adeo nondum deſperabat) interficit. Sextum fortuna 87
in Celtiberiam interim abſcondit: aliiſque
poſt Cæſarem bellis reſervavit. Cæſar in pa- 88
triam victor invehitur. Primum de Gallia
triumphum tranſmiſerat Rhenus, & Rhodanus,

quemadmodum & Orofius. apud Dionem lib. 43. pag. 265, eſt *Ceſennius Lento*. & apud Cicer. Philipp. XII. circa fin. ubi *unum caput* de hoc Pompeio interpretor.

Salmasii.

Adeo non deſperaverat] Lego, *adeo nondum deſperabat*, fic enim omnes libri. iidem, *interficit*, non *interfecit*.

Freinshemii.

87. *Aliiſque poſt Cæſarem bellis*] Quæ referuntur infra, 4, 8.









Primum de] *Hi quatuor nummi quatuor triumphos Cæſaris oſtentant, nempe, Gallicum, Ægyptum, Ponticum atque Africanum. Plures vide in* Rom. Impp. Pinacotheca Lud. Smittii.

SAL-

nus, & ex auro captivus Oceanus: altera laurus Ægyptia. tunc in ferculis Nilus, Arſi-
89 noë, & ad ſimulacrum ignium ardens Pharus. Tertius de Pharnace currus, & Ponto. Quartus Jubam & Mauros, & bis ſubactam oſtendebat Hiſpaniam. Pharſalia, & Thapſos, &
90 Munda nuſquam. Et quanto majora erant, de quibus non triumphabat? Hic aliquando finis armis fuit. Reliqua pax incruenta: penſa-

SALMASII.

88. *Alterum laurus Ægyptia*] Omnino legendum: *Altera laurus Ægyptia*. Laurus enim non poteſt dici tranſmittere triumphum. Nam ita potius ſcribendum fuiſſet. *primum de Gallia triumphum tranſmiſerat Rhenus & Rhodanus, & ex auro captivus Oceanus, alterum Ægyptus*. Sed nihil verius, quam ita corrigendum, ut diximus: *Altera laurus Ægyptia*. Quod idem eſt ac alter triumphus Ægyptius aut ex Ægypto. Qui poterunt excuſare abſurdum editæ lectionis, illis noſtram damnare per nos liceat.

89. *Tertius de Pharnace currus*] *Triumphus, laurus, currus*, pro eodem, quæ elegantiſſime variavit elegantiſſimus hic ſcriptor. Quare male in quibuſdam ſcriptis libris legitur: *Tertius de Pharnacis curru*. Quam ſcripturam ſi in ſuis offendiſſent, neſcio qui homines, ſine dubio aliquid commenti eſſent de curru Pharnacis. quo nobis perſuaderent, verum illud eſſe quod in libris vetuſtis reperiſſent.

Et bis ſubactam oſtendebat] Uterque Palatinus: *& hic bis ſubactam*. quæ lectio non poteſt locum habere, niſi legas, *quartus de Juba & Mauris, & hic bis ſubactam oſtendebat Hiſpaniam*. quod nobis diu placuit; nunc aliud videtur.

FREINSHEMII.

89. *Bis ſubactam Hiſpaniam*] Nempe prius legatis Pompeii, jam liberis devictis. Eam enim expeditionem in Luſitaniam, quam poſt præturam urbanam ſuſcepit; cum ea totam Hiſpaniam non pacaverit, ſed partem tantum, huc non retulerim.

Pharſalia, & Thapſus. & Munda nuſquam] Rationem vide ſupra, 3, 22, 10.

Quanto majora erant] Nempe non barbaris artium belli rudibus, aut mollibus Aſiaticis, devictis; ſed ipſis civibus, ipſis Romanis. Quæ victoria per ſe ſatis magna, ſplendorem auxit etiam eo, quod non oſtentabatur: quomodo apud Tacitum, 3, 76, 5: in funere Juniæ *præfulgebant Caſſius, atque Brutus, eo ipſo, quod effigies eorum non viſebantur*. Eodem redit Catonis dictum, apud Marcellinum, 14, 15: *qui interrogatus, quamobrem inter multos nobiles ſtatuam non haberet? Malo, inquit, ambigere bonos, quamobrem id non meruerim; quam, quod eſt gravius, cur impetraverim, muſſitare*. quod & apud Plut. eſt, in vita cap. 37. & hæc eſt *commendatio ex injuria*, ut loquitur Tacitus, 3, 75, 5: vel, ut noſter infra 4, 4, 4. *injuria favorabilem eſſe*.

SAL-

ſatumque clementia bellum. Nemo cæſus imperio præter Afranium. ſatis ignoverat ſemel. & Fauſtum Sullam. didicerat generos timere. filiamque Pompeii cum patruelibus ex Sulla. hic poſteris cavebatur. Itaque non ingratis 91
civibus, omnes unum in principem congeſti

SALMASII.

90. *Didicerat generum timere*] Vetus editio: *generoſum timere.* Quod nobis cum primo ridiculum viſum eſſet, ſecure ad alia pergebamus. Verum, cum eamdem lectionem in optimo libro extare comperiſſem, cœpi ſerio cogitare, quidnam aliud latere poſſet. & ſane reperi quod lateat. Nam legendum: *didicerat generos timere.* Generos autem Cæſaris vocat, Pompeium primo generum ipſius Cæſaris, deinde Pompeii ipſius generum Fauſtum Syllam, qui duxerat filiam generi Cæſaris, & quaſi, ut ita dicam, erat progener Cæſaris. Neptim enim Cæſaris uxorem habebat, filiam Pompeii, ideo vocat generos Pompeium & Fauſtum Syllam. Pompeio filia Cæſaris nupſerat, Fauſto Syllæ neptis ejuſdem Cæſaris, utrique igitur generi dicuntur Cæſaris, quamvis de Sylla minus proprie, qui potius, ut jam dixi, progener eſſet. Hic locus eruditiſſimos viros acriter torſit, nec ſe expedire quiti ſunt. Male Vinetus generum Pompeii Fauſtum Syllam hic exponit. quod quomodo conveniat, nullus video. Veram igitur lectionem reſtituimus; & recte, ut puto, expoſuimus.

FREINSHEMII.

90. *Nemo cæſus imperio, præter*] Immo, *ne hos quidem voluntate ipſius interemptos putant.* Sueton. in vita, 75, 7.

Satis ignoverat ſemel] Idem dicit Nicolaus Damaſcenus, niſi quod multos tum interfectos innuit: Καῖσαρ ἐπανῆλθεν εἰς Ῥώμην, σφόδρα ὀλίγας τῶν ὑποπεσόντων] αἰχμαλώτων συγγνοὺς, διὰ τὸ τοῖς προτέροις αὐτοὺς μὴ σεσωφρονῆσθαι πολέμοις, apud Valeſium, pag. 478. m.

Generos] Agnoſco dictionem Flori, quam conſervarunt Naz. aliæque edd. vet. quamvis admiſta altera quoque lectione: habent enim, *generoſum.* ſed haud dubie *generos* ſcripſit, ut tam Pompeium, quam Sullam, hoc vocabulo comprehenderet: Pompeium quidem, ut vere & proprie generum; Sullam, ut progenerum (vide Suet. Cæſ. cap. XXVII.) quem tamen & ipſum ſimplici voce generi denotamus. *nurus* enim, *& generi appellatione, & ſoceri, & ſocrus, & ulteriores, quibus* pro *præpoſitio ſolet accedere, continentur.* l. 3. §. 2. de poſtul. adde l. 136. de V. S.

91. *Congeſti honores*] Lege Dionem, lib. XLIV.

VARIORUM.

90. *Filiamque Pompeii cum patruelibus*] In Floro noſtro, aut verbum, *conſervavit*; in contextu prætermiſſum eſt, aut (quod verius eſt) diverſus abit ab Hirtio (de bell. Afric. cap. 95.) nam ibi *Pompeiæ cum Fauſti liberis Cæſar incolumitatem ſuaque omnia conceſſit.* Stadius.

FREINS-

Digitized by Google

ſti honores: circa templa imagines; in theatro diſtincta radiis corona; ſuggeſtus in curia;

FREINSHEMII.

91. *Circa templa imagines*] Neſcio quid hæc ſibi velint, niſi forte quod Suetonius, in vita, 76, 3. *ſimulacra juxta deos.* ſed inſolentior eſt pro hoc ſignificatu oratio. ſuſpicor locum corruptum: & de poſterioribus quidem verbis non dubito, quin recto caſu concepta fuerit; *templa*, *imagines*: illud *circa* turbat, ita tamen ut appareat loqui de honore qui in circo ei exhibitus, cujuſque meminit dicto loco Suetonius.



Diſtincta radiis] *Caput radiatum hoc ex nummo argenteo dixere. At de radiata impp. Rom. corona.* Oyzelius, Theſaur. VIII. Tab. 7. Num. Salonini Valerian. & Jo. Nicolai, de Vet. Nimbis.

Diſtincta radiis corona] *Effigie numinum*, ut appellat Tacit. 1, 10, 12. ea enim ita pingebantur, ſicut & noſtrates Sancti. ſplendorem enim, quem emittere credebantur, exemplo Jani, apud Ovid. Faſt. 1, 94. per radios iſtos ſignificant, quales jacere ſolet Solis jubar, aut ſtellarum fulgor. Martialis, epigr. 1, 71:

—— *Radiata coloſſi*
Moles. ——

Papinius, Theb. 1, 27:

—— *Licet ignipedum frenator equorum:*
Ipſe tuis alte radiantem crinibus arcum
Imprimat. ——

Qui Poëta ſimul reſpicit omen Auguſto oblatum, idque artificioſe ſuo principi accommodat. de Auguſto vide Velleium, 2, 59, 7: Plinius, Panegyr. cap. 52. hoc ſenſu *radiatum caput* profert. Lucanus, 7, 458:

Fulminibus manes, radiiſque ornabit & aſtris.


Ubi Farnabium conſule. Plura vide apud Schegkium, in egregiis illis notis ad Vellei. 2, 59, 7.

Suggeſtus in curia] Cippus modicæ altitudinis, in quo ſtatueretur ſtella aurea, ut vere putat Caſaubonus, ad Suetonium hoc loco. Nam de columna Dionis, cujus ibidem mentio, vix arbitrarer, huc

ria; faſtigium in domo; menſis in cœlo; ad hoc pater ipſe patriæ, perpetuuſque dictator: noviſſime, dubium an ipſo volente, oblata

pro

huc trahi poſſe; quamvis & ipſe non videam; quid illa fieri debeat. Apud Dionyſ. tamen. 3, 1. eſt columna cum inſcriptione, quæ virtutem ejus ad poſteros teſtaretur, quæ non quidem regi dicata, ſed tamen regum tempore; ut appareat, ipſis quoque hunc honorem haberi ſolitum. Poſſet igitur fortaſſis ita ſe res habere, ut quemadmodum leges, aliaque, ad memoriam columnis inſculpebantur, ita clarorum etiam virorum res geſtæ, & præconia.





Faſtigium] *Faſtigia, templorum ornamenta propria, in his duobus nummis conſpicere licet & infinitis aliis. Itaque SCto, quo tale faſtigium Cæſaris ædibus decernebatur, divinus honor tribuebatur, ut quaſi pro Deo haberetur, & ejus domus templi inſtar eſſet. Vid.* Begerum, in Spicilegio Antiquitatis, ad 3. Num.

FREINSHEMII.

Faſtigium in domo] Faſtigium quale hoc loco intelligatur, nempe ipſius faſtigii ornamentum, &, ut ita dicam, profaſtigium, eruditiſſime explicat Salmaſius, ad Capitolinum, fine Peſcennii. Plutarchus *ἀκρωτήριον* vocat in vita, cap. 91. Meminit ejus Julius Obſequens, cap. 126: *Calpurnia uxor ſomniavit, faſtigium domus, quod ſicut erat adjectum, ruiſſe.* Scribe, *quod SCto erat adjectum.* nam ita expreſſe legitur apud Plutarchum, dicto loco.

Menſis in cælo] *Julius.* qui ante *Quinctilis.* Hoc exemplo Auguſtus menſi nomen dedit; & plures alii, Nero, Commodus, &c. quæ tamen appellationes cum auctoribus ſuis extinctæ. Vide Cenſorin. de die natali, cap. XXII. in fine.

Pater patriæ] Qui honos Ciceroni primum obtigit. Plutarch. in vita, cap. 31: Juvenalis, 8, 244.

Dubium an ipſo volente] Vide Vellei. 2, 56: Dion. lib. 44. pag. 278. c.

FREINS.

Digitized by Google

pro Roſtris ab Antonio conſule regni inſi-
92 gnia. Quæ omnia, velut inſulæ, in deſtinatam morti victimam congerebantur. Quippe clementiam principis vicit invidia. graviſque erat liberis ipſa beneficiorum potentia.
93 Nec diutius dilatio donata eſt: ſed Brutus & Caſſius, aliique patricii, conſenſerunt in cæ-

FREINSHEMII.

92. *Velut inſulæ, in deſtinatam morti victimam*] Quæ huc pertinent, habes in notis Bernecceri ad Sueton. Aug. 12, 1. e.

Gravis erat liberis ipſa beneficiorum potentia] Latius deducit hoc Seneca, de benef. 2, 18, &c. Mitius autem hoc expreſſit auctor, licet idem vellet, quod Curtius, 6, 6, 11: Alexander *gratiam liberalitate doniſque recuperare tentabat. ſed, ut opinor, liberis pretium ſervitutis ingratum eſt.* & Ælianus, var. hiſt. 12, 62: *Homini libero non eſt, meo judicio, digna merces, quæ cum injuria tanta comparetur.* Sic antiquior pop. Romanus, *nullius acrior cuſtos, quam libertatis, fuit; nullaque in pretium ejus potuit largitione corrumpi.* ſupra, 1, 26, 6.




Brutus] *Nummi (in quo M. Junii Bruti caput, & in adverſa parte dies cædis C. Julii Cæſaris notatur, cum pileo, libertatis ſigno, & duobus pugionibus) hiſce, 47. lib. meminit Dio Caſſius:* Numiſmati quod cudit ſuam imaginem incidit, cum pileo & duobus pugionibus.

93. *Aliique patricii*] Ita & v. c. Lipſius, dict. cap. XIX. emendat, *aliique patrum*: quod plerique conjurati e plebeiis. & vero in *patres* habet Pal. ſec. *Gruterus*. Sed quo minus Lipſium hoc loco ſequar, ejus ipſius ratio facit: nec enim omnes conjurati e patribus. putabam legendum, *parricidæ.* quomodo appellantur etiam infra, 4, 7, 1: & Suetonio, in vita: & Val. Max. 1, 7, 2: & alibi.

SAL-

cædem principis. Quanta vis fati! manaverat 94
late conjuratio. libellus etiam Cæſari datus eodem die. nec perlitare centum victimis potuerat. venit in curiam tamen, expeditionem Parthicam meditans. ibi in curuli ſedentem 95
eum ſenatus invaſit: tribuſque & viginti vulneribus ad terram datus eſt. Sic ille, qui terrarum orbem civili ſanguine impleverat, tandem ipſe ſanguine ſuo curiam implevit.

CAP.



Et Caſſius] *Caſſii quidem imago hic non eſt, nec quod memini in nummis reperitur. Hic tamen nummus, cum nonnullis aliis, quos vide apud* Urſinum in familia Caſſia, *in memoriam hujus facinoris ſtatus eſt.*

SALMASII.

94. *Libellus etiam Cæſari datus eadem die*] Aliter diſtinguimus, &, niſi vehementer fallimur, rectius, hoc modo: *Libellus etiam Cæſari datus, eodem die nec perlitare centum victimis potuerat.* Quæ vera eſt interpunctio.

FREINSHEMII.

94. *Quanta vis fati!*] Nempe *quæ fato manent, quamvis ſignificata, non vitantur.* Vide late Lipſium, Polit. 1, 4. ad quem locum ſimilia multa Berneccerus. Adde Tac. H. 1, 18, 2: H. 2, 82, 8. *nil arduum fatis.* Vellei. 2, 57, 4. *ineluctabilis fatorum vis.*

95. *Sanguine ſuo curiam implevit*] Adeo vere Juvenalis, 10, 112:

Ad generum Cereris ſine cæde & ſanguine pauci
Deſcendunt reges, & ſicca morte tyranni.

CAP. III.

Cæſar Auguſtus.

1 POpulus Romanus, Cæſare & Pompeio trucidatis, rediiſſe in ſtatum priſtinæ li-
2 bertatis videbatur: & redierat, niſi aut Pompeius liberos, aut Cæſar heredem reliquiſſet: vel, quod utroque pernicioſius fuit, ſi non collega quondam, mox æmulus Cæſarianæ potentiæ, fax & turbo ſequentis ſeculi, ſu-
3 perfuiſſet Antonius. Quippe dum Sextus paterna repetit, trepidatum toto mari. dum Octavius mortem patris ulciſcitur, iterum fuit movenda Theſſalia. Dum Antonius varius in-

FREINSHEMII.

2. *ANtonius*] Hujus elogia præclara & multa lege apud Cicer. in Philippicis.

3. *Iterum fuit movenda Theſſalia*]. Vide infra, 4, 7, 6.

VARIORUM.

CApur iſtud tertium, quaſi proœmium eſt ad Cæſaris Auguſti res geſtas: cujus ſi quis in unum

Tantarum ſperet cumulos advolvere rerum,
Promptius imponet glaciali Pelion Oſſæ.

Geſta autem Octavii Auguſti ſcribunt Livius, a lib. 116. ad finem uſque operis; Appian. de bel. Civ. lib. 2, 3, 4, & 5; Suetonius, in vita; Plut. Cæſare, Cicerone, Antonio, Bruto. Plura compendioſe, more ſuo Plinius, 7, 45: Solin. cap. 3: Gell. 10, 24: & 15, 7: Macrob. Saturn. 2, 4: Val. Max. 1, 7, 1: & 7, 6, 6: Lactant. 2, 8: Sex. Aurelius: Sextus Ruffus: Servius, ad Æn. 6. 791: Eutrop. lib. 7: Oroſ. lib. 6. Quæ de eo ſcribunt Virgilius, Ovidius, Horatius, ac poëtæ ceteri, ſuis locis adducentur. *Camers.*

3. *Sextus*] Antonius, ut artibus ſuis Senatus magis deciperet; etſi populum ſeditioſe in percuſſores Cæſaris irritaverat: ad Senatum tamen retulit de Sexto Pompeio, Magni omnibus deſiderati filio, qui tum a Cæſarianis in Bætica oppugnabatur, utque pro paternis bonis in ærarium relatis darentur ei de publico ſeſtertium bis millies: ad hæc decerneretur ei, ficut prius patri, maris imperium, claſſiſque daretur ad uſus neceſſarios. Patres mirabundi probaverunt omnia, atque ita Sextus in Siciliam S^cto evocatus eſt, ex qua poſtea Cæſari Auguſto difficillimum bellum movit. Appianus, Dio, alii. *Stadius.*

FREINS-

ingenio, aut ſucceſſorem Cæſaris indignatur 4
Octavium, aut amore Cleopatræ deſciſcit in regem, aliter ſalvus eſſe non potuit, niſi

Freinshemii.

4. *Ingenio, aut ſucceſſorem*, &c.] Expungebam olim particulam *aut* utroque loco, eamque emendationem Berneccero probaveram. Et ſane videtur ita ſcripſiſſe Florus. Prius enim cauſſas enumeravit, quapropter libertatem non recuperaverit populus, Pompeium, Cæſarem, Antonium: nunc ordine proſequitur quid ſinguli motuum excitaverint, quidve in quietem & remp. peccaverint. Et ſane frequenter particulas hujuſmodi inferciunt librarii; quod & factum opinor l. 1. C. de tironib. lib. 12. ubi ſcripſerim; *aut veteranus cenſibus obnoxius*. quæ enim alias cauſſa veteranos arcendi militia? Sed in Floro reſtat alius mihi ſcrupulus, quem in ſequenti propemodum nota exponam.





Indignatur Octavium] *Cujus caput, cum ſtatua equeſtri, quam ei decreviſſet Senatus, cum* XIX. *annum ingreſſus Antonio iret obviam, excitis veteranis; de qua vide Vell. Paterc. c.* II, 61.

Deſciſcit in regem] Elegantiſſime, & plane ex animo veterum Romanorum, quibus adeo exoſum erat nomen regis in ſuis civibus, ut hæc præcipua Cæſareanæ necis cauſſa memoretur. Sic Scipio, cum ab Hiſpanis *rex* appellaretur, reſpondit; *regium nomen alibi magnum, Romæ intolerandum eſſe*. Liv. 27, 21, 4.

Salvus eſſe non potuit, niſi confugiſſet ad ſervitutem] Similia prope verba, in re diverſa: Senecæ, de benefic. 5. 16: *Eo redegit pop. Rom. ut ſalvus eſſe non poſſet: niſi beneficio ſervitutis*. Quamquam, ut quod res eſt fatear, non putem iſta poſſe dici de Antonio. quomodo enim confugit ad ſervitutem, ſi rex factus eſt? omnino cenſeo attinere hæc verba pop. Rom. & poſt illud, *regem*, excidiſſe qua-

5 ſi confugiſſet ad ſervitutem. Gratulandum tamen in tanta perturbatione eſt, quod potiſſimum ad Octavium Cæſarem Auguſtum ſumma rerum rediit: qui ſapientia ſua atque ſolertia perculſum undique & perturbatum
6 ordinavit imperii corpus. Quod ita haud dubie nunquam coire & conſentire potuiſſet, niſi unius præſidis nutu, quaſi anima & mente
7 regeretur. Marco Antonio, Publio Dolabella Conſulibus, imperium Romanum jam ad Cæſares transferente fortuna, varius & multi-
8 plex civitatis motus fuit. quodque in annua cœli converſione fieri ſolet, ut mota ſidera tonent, ac ſuos flexus tempeſtate ſignificent. ſic cum Romanæ dominationis, id eſt, humani

dam huc pertinentia. quod ſi foret, ut propemodum ſuſpicor, rejecta correctione mea legendum & ſupplendum eſſet in hunc ſenſum; *Dum Antonius, varius ingenio, aut ſucceſſorem Cæſaris indignatur Octavium; aut amore Cleopatræ deſciſcit in regem: (deſerenda fuit populo libertas) nam aliter ſalvus*, &c. Nunc videre videor quid acciderit. iſtud *nam* coaluit ex *p. rom.* i. e. *Populus Romanus aliter ſalvus*, &c.

SALMASII.

8. *Sic in Romanæ dominationis*] Haud paulo melius, *ſic cum Romanæ dominationis converſione penitus intremuit*: &c. in tamen penitus non damno, optimus liber, eum.

FREINSHEMII.

5. *Auguſtum*] Hæc non aperti παρέλκει,

6. *Unius præſidis nutu, quaſi anima & mente regeretur*] Eadem prope verba Taciti, 1, 12, 4: *Unum eſſe reip. corpus, atque unius animo regendum.* Seneca, de clement. 1, 3, 9: *Immenſa multitudo unius* (malim *uni*) *animæ circumdata, illius ſpiritu regitur.* & mox: *mens imperii* dicitur imperator, aut rex. Rem quod attinet, ait Tacitus, 1, 9, 10: *non aliud diſcordantis patriæ remedium fuiſſe, quam ut ab uno regeretur.* & iterum, H. 1, 1, 2: *omnem poteſtatem ad unum conferri, pacis interfuit.* & Annal. 1, 6: *non aliter rationem imperandi conſtare, quam ſi uni reddatur.* Monarchiam porro cum pleriſque politicis, aliis rerump. formis præfert Lipſius politic. 2, 2.

8. *Mota ſidera*] Conſule Salmaſium, in Solinum, pag. 426. A. 1.

Id eſt, humani generis] Vana opinio, ex ignorantia Geographiæ nata, deinde pudendis adulationibus alita, Romanorum, ſub impera-

mani generis converſione, penitus intremuit, omnique genere diſcriminum, civilibus, terreſtribus, ac navalibus bellis, omne imperii corpus agitatum eſt.

peratoribus præcipue, ſpiritus adeo inflaverat, ut crederent ſe totius orbis dominos, cum ſane modicam ejus partem obtinerent. De his dici poſſet illud Senecæ, epiſt. 91, 40: *Alexander diſcere Geometriam infelix cœperat, ſciturus quam puſilla terra eſſet, ex qua minimum occupaverat.* Ex his igitur ſomniis profectæ voces iſtæ; quibus præter poëtas, quos, elegantiſſime ſimul & veriſſime, *libertatis veſpillones* appellat Heinſius in laude Aſini, etiam hiſtorici abuſi. noſter ſupra, Præfat. 2: *qui res Rom. legunt, generis humani facta diſcunt. Totius orbis ſervitium.* Tacit. H. 5, 25, 1: *orbis terrarum famulatus.* Idem, Agr. 31, 5. Quin & ipſi imperatores, non dicam Juſtinianum alioſque ejus ſimiles, ſed & moderatus ille Antoninus, in l. *ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος*. ad L. Rhod. de jactu. Adde his quæ notat Marcilius, ad Sueton. Titum, 6, 2.

CAP. IV.

Bellum Mutinenſe.

PRima civilium motuum cauſa teſtamentum Cæſaris fuit, cujus ſecundus heres An- 1

FREINSHEMII.

1. TEſtamentum *Cæſaris*] Recitatum ad populum, poſtulante L. Piſone, ſocero Julii, fruſtra contra nitente ſenatu. Vide Appian. de bel. civ. lib. 3. pag. 513.

VARIORUM.

BEllum Mutinenſe ſcribunt Livius, lib. 117, 118, 119: Appian. de bel. civ. lib. 3. pag 588: Plut. Antonio, cap. 22: Frontin. 1, 7, 5: 3, 13, 7, & 8: 3, 14, 3, & 4: Cicero, in Philippicis: Sueton. Auguſto, 2, 10, &c. Meminit Ovid. Metamorph. 15, 823. Idem Ovid., Faſt. 4, 623. canit, M. Antonium victum ab Octavio, bello Mutinenſi, 18 Cal. Maias:

Luce ſecutura tutos pete, navita, portus,
Ventus ab occaſu grandine mixtus erit.
Sic licet & fuerit, tamen hac, Mutinenſia Cæſar
Grandine, militia, contudit arma, ſua. Camers.

1. *Secundus heres Antonius*] Quod hic de herede M. Antonio dictum, legiſſe ſe alibi negat Camers, id nos legere meminimus apud Dionem, lib. 44. pag. 292. Dicitur autem ſecundus heres, *qui heredi inſtituto ſubſtituitur:* ut definit Severinus, in ſecundo commentariorum, quæ ſcripſit ad Topica Ciceronis. *Vinetus.*

Digitized by Google

Antonius, prælatum ſibi Octavium furens, inexpiabile contra adoptionem acerrimi juve-
2 nis ſuſceperat bellum. Quippe quum intra decem & octo annos tenerum, obnoxium, & opportunum injuriæ juvenem videret; ipſe plenæ ex commilitio Cæſaris dignitatis, fur-

SALMASII.

2. *Se plenæ ex commilitio Cæſaris dignitatis*] Si quis locus in toto hoc ſcriptore, quem librariorum & correctorum gens varie vexaverit, finxerit & refinxerit ad arbitrium, hic unus unice ab illo hominum genere diſtortus & divexatus. Poſtea recentiores διορθωταὶ ad illud vetuſtiorum exemplum multa ſibi licere voluerunt. Stomachum moverem lectoribus, ſi multitudinem variarum lectionum adponerem. Lectionem tantum, quam rectiorem eſſe cenſeo, quamque ex optimi libri veſtigiis collegi, ponam. Sic igitur legimus: *Quippe cum intra decem & octo annos tenerum & obnoxium, opportunum injuriæ juvenem videret, ipſe, plenæ ex commilitio Cæſaris dignitatis, lacerare furtis hereditatem, ipſum inſectari probris, cunctis artibus cooptationem Juliæ gentis inhibere non deſinere, denique palam arma moliri.* Quantum alii ab hac ſcriptura receſſerunt, tantum a veritate abeſſe ſe paſſi ſunt. pro *conoptationem*, vel *cum adoptationem*, fecimus *cooptationem*. Reliqua ex optimo illo libro D. Nazarii facile divinavimus.

FREINSHEMII.

Juvenis] Decreverat ſenatus, ne quis Auguſtum *puerum* diceret, ne majeſtas tanti imperii deminueretur. Auctor Servius, ad Virg. Eclog. 1, 44. Virgilius ſæpe Octavium *juvenem* nominat, ut dicto loco,

Hic illum vidi juvenem. ——

Et Georg. 1, 500:

Hunc ſaltem everſo juvenem ſuccurrere ſeclo
Ne prohibete. ——

Lege Cicer. Philipp. 4, & 5. *Camers.* Et præcipue notam Caſauboni, & Bernecceri, ad Sueton. Auguſto, 12, 1. *Pueros* tamen vocat Auguſti nepotes Propertius, 4, 6: & Ovidius.

2. *Intra decem & octo annos*] Parum ad calculum. Velleius Paterc. 2, 61, 1. *Cæſar XIX. annum ingreſſus.* ubi vides adulationem hominis: ambitioſe enim uſus eſt voce *ingreſſus*. Melius Auguſtus, (in monumento Ancyrano) *natus*: nam anno qui præceſſit cædem Julii, nono Kal. Octob. ingreſſus annum XIX. erat, ac jam totum ferme confecerat, quando contra Antonium pro optimatibus bellum primum ſuſcepit. Atque hæc Octavii ætas in equeſtri ſtatua fuerat notata, quam ei ſenatus in roſtris poſuerat, teſte eodem Velleio. Hæc Caſaubonus, nota ſecunda ad monumentum Ancyranum. Ceterum, quam opportuna turbis & factionibus ſit ætas principum, multis exemplis demonſtrat Gruterus, ad Livium, 1, 3, 6.

Videret; ipſe plenæ ex commilitio Cæſaris dignitatis, &c.] Expreſſi bona fide ſcripturam Nazarianam, quæ proxima vero, immo vera omnino, ſi modo abjiciatur litera finalis ab illo *deſineret*: nec mul-

Digitized by Google

furtis hereditatem lacerare, ipſum inſectari probris, cunctis artibus adoptionem Juliæ 2
gentis inhibere non deſineret: denique ad 3
opprimendum juvenem palam arma moliri: & jam parato exercitu in Ciſalpina Gallia reſiſtentem motibus ſuis Decimum Brutum obſidebat: Octavius Cæſar, ætate & injuria fa- 4
vorabilis, & nominis majeſtate, quod ſibi induerat, revocatis ad arma veteranis, privatus (quis crederet?) Conſulem aggreditur. obſidio

multum divertunt ab hac lectione Pall. reliqui, aut Vineti codices, niſi quod extet in iis, *ſe plene ex commilitio Cæſ. dign.* item, *cum adoptionem Juliæ gentis*, Sic, inquam, uterque Pal. niſi quod in tertio videamus adhuc reſtare *ipſe plene*. vulgatam lectionem proferre piget; cum omnibus pateat, & ineptiſſima ſit præ hac noſtra. *Gruterus*. Cujus judicium omnino ſecuti ſumus in hac editione: eo magis, quod & olim nobis in mentem venerat, ita reſcribendum. Infinitum enim pro imperfecto ponit indicativi. quod frequentiſſimum Salluſtio, Tacito, &c. nec officit, quod mox verbi caſum mutat, *palam arma moliri. Et parto, &c. obſidebat*. nam ita plane Tacitus, 1, 16, 5: *Is imperitos animos impellere paullatim, & deterrimum quemque congregare. poſtremo velut concionabundus interrogabat*, &c.

SALMASII.

3. *Ad opprimendum juvenem*] Idem optimus liber: *ad depremendum*, pro *deprimendum*. Sed *opprimendum* non muto.

4. *Obſidione Mutinæ*] *Obſidio* in eodem libro. *obſidium* ſæpe apud hunc noſtrum.

VARIORUM.

2. *Lacerare furtis hereditatem*] Hereditatem enim Cæſaris expilavit: ut Dio, lib. 44. in fine: & Appianus, de bel. civ. lib. 3. pag. 536: & alii, memoriæ prodiderunt. inter quos Velleius Paterc. 2, 60, 5. ſcribit, ſeſtertium ſepties millies depoſitum a Cæſare ad ædem Opis, ab Antonio fuiſſe occupatum. *Vinetus*.

FREINSHEMII.

4. *Ætate*] Juvenilis ætas in tantum favorabilis eſt, ut etiam in delictis mitius puniendis ejus habeatur ratio. Vide Bernecccerum, ad Suetonium, Auguſto, 5, 2. l.

Injuria favorabilis] Supra, 4, 2, 89.

Revocatis, &c.] Hæc omnia Tacitus, 1, 10, 2: *Concitos per largitiones veteranos; paratum ab adoleſcente privato exercitum: corruptas conſulis legiones*. Quæ poſtrema verba interpretare de legione Martia, & quarta, quæ ab Antonio conſule ſigna ad Auguſtum tranſtulere, videatur Appianus, de bel. civ. lib. 3. pag. 556. non de exercitu Decimi Bruti, ut exponebat magnus ille Lipſius.

Conſulem] Verum quidem; hoc Con-

Digitized by Google

ſidio Mutinæ liberat Brutum. Antonium ex-
5 uit caſtris. Tum quidem etiam manu pulcer
apparuit. nam cruentus & ſaucius aquilam, a
moriente ſignifero traditam, ſuis humeris in
caſtra referebat.

Conſulem aggreſſus eſt: ſed poſt conſulatum vicit.

Obſidio] Sic Naz. & noſtra vetus editio. obſidii hujus tempore memorabilia ſtratagemata uſurpata, nempe literis columbarum opera tranſmittendis (quod ſuperiori ſeculo in obſidio Harlemenſi & Leidano relatum memoratur): aut per natatores milites laminis plumbeis inciſas, aut immittendis copiis & commeatibus, recenſent Plinius, 10, 37: & Frontinus, 3, 13, 7: & 3, 14, 3.

5. *Aquilam ſuis humeris referebat*] Vide Caſaubonum, ad Suetonium, Auguſto, 10, 9. d.

A moriente ſignifero traditam] Simile exemplum apud Cæſarem, de bel. Civ. 3, 64. Ad quorum imitationem hodierni quoque vexillarii, cum ad ſupremum ventum eſt, nec aliter defendi poteſt vexillum, eo involuti moriuntur. Sic in pugna ad Atellam *repertus eſt Germanus ſignifer amputata dextra manu, & læva fœdo vulnere diſciſſa, vexillum mordicus retinens, ita ut in veſtigio invictæ virtutis expiraſſe videretur.* Jovius, hiſtor. lib. 4.

CAP. V.

Bellum Peruſinum.

1 ALterum bellum concitavit agrorum diviſio, quos Cæſar veteranis in caſtris pre-

VARIORUM.

HOc bellum ſcribunt Livius, lib. 126. (Dio, lib. 48.) Sueton. Aug. cap. 14, & 15: Latius Appian. de bel. civ. lib. 5. pag. 689: Eutrop. 7, 1: Oroſ. 6, 16: Plin. 7, 45: Solin. cap. 3. Bellum Peruſinum, & cetera ab Auguſto geſta bella, explicat Propert. 2, 1: & Lucanus, 1, 41. Lege quæ de Auguſto ſcribit Virg. Æn. 6, 791. Ex verbis Propertii & Lucani patet, ſcriptores non ſemper ſervare in ſcribendo eundem ordinem, quo res geſtæ ſunt. Quare non mirum eſt, in vetuſtis Flori exemplaribus poſt Mutinenſe bellum, Peruſinum bellum immediate ſequi, niſi hoc poëticæ tribuas licentiæ, Ovid. in fine Metamorph. enumerans civilia bella ab Auguſto geſta, Peruſinum prætermiſit. *Camers.*

Digitized by Google

pretium militiæ perſolvebat. Semper alias Antonii 2

ners. Camertis autem, Stadii: aliorumque aliquot editiones, caput iſtud ſubjecere capiti, cujus finis, *ſcelere alieno uterentur.* at ordo quem ſervamus, remanet in editione primaria, expreſſitque optimus Vinetus, & propugnant Palatini. *Gruterus.*

SALMASII.

2. *Semper alias Lucii Antonii peſſimum ingenium*] Laudo conatum eruditiſſimorum virorum, qui *piiſſimum* hic repoſuerant. nos tamen non culpam librarii, ſed hallucinationem ipſius auctoris animadvertimus. nam optimus liber *Lucii* non habet. in quo ita legitur: *ſemper alias Antonii peſſimum ingenium, Fulvia gladio cincta virilis militiæ, uxor agitabat.* vox *uxor* aperte indicat, Florum de Marco Antonio & ſcripſiſſe & cogitaſſe, cujus ingenium, alias ſemper turbulentum, etiam uxor Fulvia magis magiſque inflammabat. De Lucio Antonio omnes tamen hiſtoriæ, ne quis hoc me putet ignoraſſe: ſed, ut dixi, παρόραμα eſt ipſius Flori, aut μνημονικὸν ἁμάρτημα. ſic ſupra falſus eſt, dum vocat patrueles Syllæ Felicis Fauſti Syllæ liberos. ſic etiam ſupra in Heraclea Campaniæ & Siri fluvio: quas hallucinationes facile excuſamus, alia quædam leviora in hoc ipſo ſcriptore deprehenderamus, quæ noluimus adnotare. ſi quis eſt, qui non ita facile aſſentiri poſſit, is me doceat quid rectius de hoc loco ſit æſtimandum; ego ipſi facile aſſentiar. Hoc breve caput diligenter legat, & examinet, non aliud, credo, ſentiet, quam quod ſcripſimus.

FREINSHEMII.

2. *Semper alias Antonii peſſimum ingenium*] Sic o. Pall. accedit ed. noſtra vetus. nam ea, *aliter Ant.* Aſſentior autem omnino Salmaſio, qui παρόραμα ipſius auctoris hic agnoſcit, quod equidem clare ſatis arguunt iſta verba *uxor agitabat.* quæ quidem in editione modo laudata ſine nomine *Fulvia* leguntur, quod ipſum ſuſpicionem mihi movet, & illud vocabulum altrinſecus acceſſiſſe. Præterea ſequentia *iterum in arma ierat,* nempe poſt bellum Mutinenſe: &, *jam non privatis, ſed totius ſenatus ſuffragiis judicatum hoſtem:* item ſequenti capite, *Antonium ultiones de iis qui ſe hoſtem judicaſſent:* omnia, inquam, hæc convincunt, Floro ſermonem eſſe de M. Antonio, non fratre ejus Lucio. quamvis hiſtoriæ omnes fide dignæ poſteriori huic id tribuant. Grutero tamen placebat Florum ſenſiſſe de Lucio; movebaturque quod M. Antonius non modo peſſimo, ſed ne malo quidem ingenio fuerit, Plutarcho teſte, itemque imperatore Claudio. Sed poſterius teſtimonium, ut domeſticum rejicimus, quamvis nec id quidem obſtet quod magnus appellatur ibi, nam hoc non negat malum etiam fuiſſe, quomodo Val. Max. 5,6,2. ext. dicit Annibalem in dubio poſuiſſe, *major ne an pejor vir haberi deberet.* Plutarchum quod attinet, teſtatur ille quidem ingenio fuiſſe natura ſua haud malo, ſed opportuno corruptionibus, quod & noſter voluiſſe videri poſſit, dum *varium ingenio* appellat præcedente capite. Sed ingenium ejus peſſimum fuiſſe nemo melius exponat Cicerone: quamvis nec ei per

Digitized by Google

tonii peſſimum ingenium Fulvia, gladio cincta virilis militiæ, uxor agitabat. Ergo depulſos agris colonos incitando, iterum in arma ierat.
3 Hic vero jam non privatis, ſed totius ſenatus ſuffragiis judicatum hoſtem Cæſar aggreſſus, intra Peruſiæ muros redegit, compulitque ad extrema deditionis turpi & nihil non experta fame.

CAP.

per omnia credendum eſſe cenſeam, cum interdum *accuſatorie* magis quam *Latine* (ſic enim ipſe in Verrem 4, 1, 4. diſtinguit) loquatur.

Peſſimum] Hic enim eſt Antonius, teſtimonio Velleii, 2, 74, 2: *vitiorum fratris conſors, ſed virtutum, quæ interdum in illo erant, expers.* Cui adſtipulantur omnes alii. nemini enim laudatur præter Appianum, & quidem ſuis ipſius verbis.

Depulſos agris colonos] Qui coacti erant cedere veteranis, quibus agri iſti diſtributi erant. Hinc ſemper materia & vires res novas cupientibus; & exempla ſuggerunt illorum temporum Hiſtoriæ.

3. *Fame*] Vide Berneccerum, ad Sueton. Aug. 14, 1. c.

VARIORUM.

2. *Uxor agitabat*] Viri docti addendum putant, *uxor Antonii agit.* at ego potius adhuc deleverim vocem *uxor*; tanquam ſatis conſtaret, Fulviam eſſe M. Antonii, dum dicit *cinctam virilis militiæ gladio*, velitque mutaſſe ſexum cum viro. *Gruterus*,

SAL.

CAP. VI.

Triumviratus.

QUum ſolus etiam gravis paci, gravis Reipublicæ eſſet Antonius, quaſi ignis incendio Lepidus acceſſit. Quid? contra duos exer- 1

VARIORUM.

EXponunt hoc capite contenta Livius, lib. 119, & 120: Plut. Antonio, cap. 24. Bruto, cap. 39. Cicerone, cap. 67: Appianus de bell. civ. lib. 3, & 4: Sueton. Aug. cap. 12, 13, & 27: Eutrop. 7, 1: Oroſ. 6, 16: Meminerunt Plinius, 7, 45: & Solinus, cap. 3. *Camers.*



Lepidus acceſſit] *En ejus vultum, e nummo Æmiliæ gentis apud* Urſinum, Patinum, (*cujus* Obſervata in Rom. Familias nova *modo prælo ſunt commiſſa*) Vaillantium.

FREINSHEMII.

1. QUid contra duos ex. nec. fuit, &c.] Non intelligo quid ſit contra duos exercitus venire in ſocietatem fœderis. legebam aliquando, *contracto exercitu*, ut voluerit Florus, Lepidum novo exercitu contracto, veniſſe in ſocietatem Antonii & Cæſaris. Rutil. in Itin. 1, 301. de Lepido:

Qui libertatem Mutinenſi Marte receptam
Obruit auxiliis, urbe pavente, novis.

Sed jam damno; non tamen ut ſciam quid in ejus locum reponendum ſit, niſi forte *quid* in *cui* reformandum: ut ſenſus ſit, duobus ex diverſa parte exercitibus ſtantibus, neceſſe fuiſſe Lepido, utpote debiliori, venire in ſocietatem. quo ſenſu Velleius, 2, 66, 1. *repugnante Cæſare, ſed fruſtra, adverſus duos.* aut legendum *contrarios exercitus*, ut indignetur, eos,

Digitized by Google

exercitus: neceſſe fuit venire in cruentiſſimi
2 fœderis ſocietatem. Diverſa omnium vota. Incendit Lepidum divitiarum cupido, quarum ſpes ex turbatione Reipublicæ: Antonium ultionis de his, qui ſe hoſtem judicaſſent: Cæſarem inultus pater, & Manibus ejus

eos, qui nuper hoſtes erant, aliter non potuiſſe ſocietatem inire, quam in perniciem civium. Jam puto pro *Quid* legendum eſſe *Cæſari*. Nimis hoc violentum videtur? at violentius eſt Cæſaris nomen extrudi, quod equidem in principio capitis hujus fuiſſe poſitum ſequentia clamant. Si igitur reponendum fuit: hic certe locus unus erat, ubi bene reponeretur.

SALMASII.

1. *Neceſſe fuit venire in cruentiſſimi fœderis neceſſitatem*] Uterque Palatinus, *ut cruentiſſimi viri fœderis*. *ut* pro *in*. ſic infra in ſcriptis, *totus ut monſtrum illud deſciverat*, pro *in monſtrum illud*. in iiſdem libris, *quod neceſſe fuit*, non *quid*. male prorſus.

2. *Diverſa omnium nota incendia*] Lege, *vota incendio*. hoc eſt, *omnes diverſis votis ad illud incendium reip. ferebantur*. vel *incendii*, optimus liber: *incendio* retinet. poſſet etiam legi, *diverſa omnium vota, incendia*, ſed priorem conjecturam magis probamus.

FREINSHEMII.

2. *Diverſa omnium nota incendia*] Pall. tres habent, *vota incendia*. quod ſi admittimus, illud *incendia* erit a gloſſa, legendumque uno ſpiritu: *Quid contra duos exercitus neceſſe fuit venire in cruentiſſimi fœderis ſocietatem diverſa omnium vota?* Gruterus. Mihi placet minima mutatione locum ita reſtitui: *Diverſa omnium vota. Incendit Lepidum &c.* Similem autem ſenſum aliter extulit Tacitus H. 2, 7, 4. *Ita boni malique, cauſſis diverſis, ſtudio pari, bellum omnes cupiebant*.

Ex turbatione reip.] Vide Tac. 5, 3, 5: & H. 1, 21, 1.

Manibus ejus graves] Credebantur enim occiſorum Manes ultione placari, quod tangit Juſtinus, 16. 1, 17. Hinc intelligendum illud Virgilii, Æn. 10, 519:

— *Inferias quos immolet umbris.*

Ita *Sorani manibus ſatisfactum*, accuſatore ejus damnato, ſcribit Tac. H. 4, 40, 4: ſic, *non aliter poſſe placari commilitonum manes*, &c. Tac. 1, 45, 5. Vide Apocalypſ. 6, 12, &c. Obſervabant autem imprimis, ut ſi fieri poſſet, ad tumulos ipſos occiſorum mactarentur; quod videlicet nullum gratiorem umbris liquorem ſpargi poſſe crederent, quam inimicorum ſanguinem. Sic Pyrrhus Polyxenam ferit *paterni vertice in buſti*. Seneca, in Troadibus, verſu 1151. Sic L. Cæſar jugulatus ad buſtum Vari, Val. Max. 9, 2, 2: & Marius prætor ad buſtum Catuli, ſupra, 3, 21, 27. Sic Ariſtomenes, Meſſeniorum fortiſſimus, ſibi necem intulit ad filiæ, quam prius occiderat, tumulum; Pauſanias, in Meſſen. pag. 241. Alludit hunc morem Seneca, de beneficiis, 5, 16, 2: *Niſi Allobrogum in illam* (patriam) *cohortes immiſerit* (Catilina), *& trans Alpes accitus hoſtis vetera & in*

jus graves Caſſius & Brutus agitabant. In hoc velut fœdus pax inter tres duces componitur. Apud Confluentes inter Peruſiam & Bononiam jungunt manus, & exercitus conſalutant. Nullo bono more Triumviratus invaditur. oppreſſaque armis Republica, redit Sullana proſcriptio: cujus atrocitas nihil in ſe minus habet, quam numerum centum quadra- 3

ingenita odia ſatiaverit, ac diu debitas inferias Gallicis buſtis duces Romani perſolverint. Pertinet eo caput Galbæ, quod a liberto Patrobii, qui punitus a Galba fuerat, ad tumulum Patrobii projectum eſt. Sueton. Galba, 20, 5: & Tacit. H. 1, 49, 2: Adde quæ notamus ſupra, 2, 5, 5: Item, 3, 18, 14: & Stat. Theb. 5, 684.

SALMASII.

3. *Nullo more*] Scripti omnes, *nullo bono more.* & ita reſtituendum.

FREINSHEMII.

3. *Nullo bono more*] Sic Pall. tres & mſſ. Vineti, quomodo & editio noſtra vetus; quo minus dubitavi lectionem hanc recipere, licet minus placeat quibuſdam viris doctis. Salmaſius tamen ita reſtituendum cenſet. Videtur autem alluſum ad exemplum Cæſaris patris, Pompeii & Craſſi, de quibus ſupra, 4, 2, 12. Ita Servius, Æn. 8, 635:

—— *raptas ſine more Sabinas*

interpretatur, *ſine ullo exemplo. Aut ullo bono more.*





Triumviratus] *Cæſar Octavius & M. Antonius, Triumviri, in Nummis Familiarum ſic a modo citatis*, Urſino, Patino *ac* Vaillantio, *exhibentur.*

FREINSHEMII.

. *Oppreſſaque*, &c.] Vide Dionem, 46, 5, 21. & ſeqq.

Centum quadraginta ſenatorum] Immo, ſi Appiano, de bel. civ.

4 draginta ſenatorum. Exitus fœdi, truces, mi-
ſerabiles, toto terrarum orbe fugientium. Pro
quibus quis pro dignitate rei ingemiſcat, quum
Antonius Lucium Cæſarem avunculum ſuum,
Lepidus Lucium Paulum ſuum fratrem pro-
5 ſcripſerit? Romæ capita cæſorum proponere
in Roſtris jam uſitatum erat: verum ſic quo-
que civitas lacrymas tenere non potuit, quum
reciſum Ciceronis caput in illis ſuis Roſtris
videretur: nec aliter ad videndum eum, quam
6 ſolebat ad audiendum, concurreretur. Hæc
ſcelera in Antonii Lepidique tabulis. Cæſar
per-

civ. lib. 4 pag. 592. credimus, ccc. fuere.

4. *Quis pro dignitate rei ingemiſcat*] ita v. e.: ceteræ omnes; *quis pro indignitate rei non ingemiſcat.* utramque habet quo ſe probet: ſed melior tamen prima; utpote firmata ab tribus Palatinis. *Gruterus.* Sic Salvianus, lib. VII: *Exceſſi pauliſper cæptum ſermonis ordinem, rei indignitate compulſus.* Idem dicit Velleius, 2, 67, 1: *Hujus totius temporis fortunam ne deflere quidem quiſquam ſatis digne potuit; adeo nemo exprimere verbis poteſt.* Scilicet, *dum atrociora viſuntur, reliqua non æque gravia in levi habentur*, Tac. H. 2. 21, 4.

Avunculum ſuum, &c.] *In dotem invitamentumque ſceleris*, ut eleganter loquitur Vellei. 2, 67, 3. ubi pro *vel in dotem*, malim, *velut in dotem.* Et alias ita ſolet fieri, ut principum diſcordiæ, miniſtrorum & amicorum exitio pientur. Cujus rei illuſtre exemplum in Homerica Junone, Iliad. 4. verſ. 50, &c. quæ Troiæ ruinam non dubitat emere a conjuge, cariſſimarum urbium excidiis. Sic etiam Antonius (apud Plut, in vita) flagellato Cæſaris liberto, ſatis illi facere voluit. Sed ad Florum impenſe pertinet Cornelii Hiſpani figura, apud Senec. Suaſor. VI: *Tota tabula tuæ morti præluditur. alter fratrem proſcribi, alter avunculum, patitur. quid habes ſpei? ut Cicero periret, tot parricidia facta ſunt.*

5. *Jam uſitatum erat*] Lucan. 7, 315:

Et caput hoc poſitum roſtris, &c.

Vide ſupra, 3, 21, 14.

Ciceronis caput] De hujus interitu præter ſupra dictos lege Val. Max. 1, 4, 5: 5, 3, 4: (Juvenal. ſat. 10, 118.) Auguſt. Civit. 3, 30. *Camers.* Cetera apud Fabricium Marcoduranum, fideliſſimum Ciceronis vitæ ſcriptorem, leges, & in Sebaſtiani Corradi Quæſtura. *Stadius.* Extat & elegans fragmentum ea de re Cornelii Severi, apud Scaligerum, in catalectis veterum Poëtarum, pag. 51. Item Livii & aliorum Hiſtoricorum, apud Senecam, Suaſoria VII.

FREINS.

percuſſoribus patris contentus fuit. Hæc quoque, niſi multa fuiſſet, etiam juſta cædes haberetur.

CAP.

FREINSHEMII.

6. *Niſi multa fuiſſet*] Nam etiamſi juſta puniendi cauſſa ſit, præſtat ignoſcere, cum magna delinquentium copia eſt, aut paucorum ſaltem ſupplicio contentum eſſe, quam acrioribus remediis, ac ipſa mala ſunt, civitatem labefactare. Seneca, de ira, 2, 10: *In ſingulos ſeveritas imperatoris diſtringitur: at neceſſaria venia eſt, ubi totus deſeruit* (Lipſius mallet *deliquit*) *exercitus.* Vide Gruterum, ad Tacit. diſcurſu toto XIX. Ovid. de Ponto, 1, 9, 19:

Nec prius abſceſſit, merita quam cæde nocentum
Se nimis ulciſcens, extitit ipſe nocens.

Adde Cic. pro l. Manil. cap. 7: Tac. H. 1, 84, 6: *Paucorum culpa fuit, duorum pœna erit.* Joſeph. de bel. Jud. 6, 5: *Placatus eſt Cæſar utilitate ſimul & precibus; namque unius hominis animadverſionem uſque ad factum promovendam putabat: multitudinis vero ad veniam.* Acciderat enim ibi, ut Joſephus ait, ὅλην ϛρατιὰν λειποταξεῖν, Lucan. 5, 260:

——*Quidquid multis peccatur,*
inultum eſt.

Tamen, in Nepotis Eumene, poſt pr. *qui deſeruerant* (multi videlicet), *exercitu ſuffragia ferente, capitis abſentes damnantur.* Carolus M. Saxonum 4500. una die dicitur affeciſſe ſupplicio. Kemnethus III. Scotiæ rex, fures 500, ſuſpendio punivit, Chronicle of Scotland, pag. 52. Videatur Grotius, de jure B. & Pacis, pag. 111; m.

SAL-

Digitized by Google

CAP. VII.

Bellum Caſſii, & Bruti.

1 BRutus & Caſſius ſic Cæſarem, quaſi
Tarquinium regem, depuliſſe regno vi-
debantur: ſed libertatem, quam maxime re-
ſtitutam voluerunt, illo ipſo parricidio per-
2 didere. Igitur, cæde perfecta, quum vete-
ranos Cæſaris, nec immerito, timerent, ſta-
tim e Curia in Capitolium confugerant. Nec
illis ad ultionem deerat animus, ſed ducem
3 non habebant. Igitur quum appareret, quæ
ſtrages Reipublicæ immineret, diſplicuit ul-
tio

SALMASII.

2. *COnfugerunt*] Nazar. *confugerant*. intra, *in provincias ab illo ipſo, quem occiderant, Cæſare datas, Syriam, & Macedoniam, conceſſerant*, pro *conceſſerunt*.

VARIORUM.

BEllum Caſſii & Bruti ſcribunt Livius, lib. 121, 122, 123, 124: Plut. Antonio, cap. 27: & Bruto, cap. 54: Appian. de bel. civ. lib. 4: Val. Max. 1, 5, 7, & 8: (1, 8: 3, 1.) 3, 2: 4, 6, 5: 5, 1, 11: 6, 2, 5: (6, 4, 4,) 6, 8, 21: 9, 9: Eutrop. 7, 1: Sueton. Aug. cap. 13: Oroſ. 6, 16: Front. 4, 2, 1: Lege quæ ſcribit Lucanus, 2, 234. *Camers*.

FREINSHEMII.

2. *SEd ducem non habebant*] Livius, 33, 15, 1: *ad rebellandum, neque vires, neque ducem, habebant*. & 26, 22, 14: *magis eis auctor ad ſeditionem, quam animus, deerat*. Quomodo intelligendus Sueton. Auguſto, 15, 3: *ut occulti adverſarii, & quos metus magis, quam voluntas, contineret, facultate ducis* (nam verba *L. Antonii* a gloſſa ſunt) *præbita, detegerentur*. Supra, 2, 17, 13: *Tota certaminum moles cum Luſitanis fuit, & Numantinis: nec immerito; quippe ſolis gentium Hiſpaniæ duces contigerunt*. Ducibus igitur repertis moventur quicumque *non benevolentia continentur, reſumpturi arma, ubi metus abſceſſerit*; ut eſt apud Tacit. H. 4, 76, 11.

3. *Diſplicuit ultio cum conſulis abolitione decreta*] Ego quidem hæc non intelligo. ſuſpicabar aliquando legendum *cum nominis abolitione*; ut nempe more Romano nomina quoque interfectorum Cæſaris abolerentur, quod *faſtis radere* Tacitus, 3, 17, 7: & *publicitus eradere*, Capitolinus, in Gordianis, cap. 9. Item paulo alio ſenſu *albo ſenatorio eradere*; Tac. 6, 42, 6, dixere. Sed ad præſens propius abſum ab ea ſententia, ut putem, ἀμνηστίας, Ciceronis ſuaſu decretæ, mentionem hic fieri, legen-

Digitized by Google

tio cum Conſulis abolitione decreta. Ne ta- 4
men publici doloris oculos ferrent, in pro-
vincias ab illo ipſo, quem occiderant, Cæ-
ſare datas, Syriam & Macedoniam con-
ceſſerunt. Sic vindicta Cæſaris dilata po-
tius quam oppreſſa eſt. Igitur ordinata 5
magis ut poterat, quam ut debebat, reſpu-
blica, relicto ad Urbis præſidium Lepido,
Cæſar cum Antonio in Caſſium Brutumque
ſuccingitur. Illi comparatis ingentibus copiis, 6
eandem illam, quæ fatalis Cnæo Pompeio
fuit, harenam inſederant. Sed nec tum immi-
nen-

legendumque: *diſplicuit ultio, Ciceronis conſilio abolitiore decreta.* potuit enim nomen illud, utpote notiſſimum, paucis tantum characteribus notatum fuiſſe, & librarios imperitiores deinceps in errorem induxiſſe. Dio, lib. 44. refert orationem illam Ciceronis. Stadii editio præfert, *conſenſu conſulis.* bene.

SALMASII.

5. *In triumviros Rep.*] *Reſpublica*, meliores libri. ita igitur diſtingue; *igitur ordinata, magis ut poterat, quam ut debebat, Reſpublica. relicto ad urbis præſidium Lepido, Cæſar cum Antonio*, &c.

6. *Sed nec tum imminentia cladis deſtinatæ*] Miror fuiſſe quemquam qui hæc legerit, quique vitium non viderit hujus lectionis, quod adeo manifeſtum eſt, ut pene in oculos incurrat. legimus, *ſed nec imminentis cladis deſtinata ſigna latuere.* ſic ſupra, *nunquam imminentis ruinæ manifeſtiora prodigia.* clades autem imminebat, non ſigna cladis præſaga & pronuntia, quæ præſentia erant, & jam apparebant. nemo igitur negaverit, quin locus hic recte ſit a nobis reſtitutus.

FREINSHEMII.

5, *Relicto ad*, &c.] Vide Dionem, 46, 8, 40.

6. *Ingentibus copiis*] Quippe *qui jam decem & ſeptem legionum potentes erant*; Vellei. 2, 65, 2. immo *biennio non integro collegerunt pluſquam viginti legiones, & equitum circiter viginti millia.* Plutarchus.

Eandem illam, &c.] Virgilius, Georg. 2, 490:

Romanas acies iterum videre
Philippi.

Ovidius, Metamorph. 15, 824:

Emathiique iterum madefient
cæde Philippi.

Petronius, in carmine de bello civili, verſu 110:

—— *Gemino jam ſtrictos Marte*
Philippos.

Sed hos erroris arceſſit Lipſius, ad Velleium, 2, 70. 3.

VARIORUM.

7. *Imminentia cladis deſtinatæ ſigna*] Ita Pall. tres, ſed emendatum e veſtigio in Naz. *imminentis cladis deſtinata ſigna.* quod & bonum

7 nentia cladis deſtinatæ ſigna latuere. Nam & aſſuetæ cadaverum pabulo volucres, caſtra quaſi jam ſua circumvolabant: & in aciem prodeuntibus obvius Æthiops nimis aperte
8 ferale ſignum fuit. Ipſique Bruto per noctem, quum illato lumine ex more aliqua ſecum agitaret, atra quædam imago ſe obtulit: &, *quæ eſſet*, interrogata; *Tuus*, inquit, *malus genius*. Hoc dixit, & ſub oculis mirantis evanuit.

num eſt. ita tamen ut vix alteri cedat, locutioni figuratæ. *Gruterus*.

SALMASII.

8. *Hoc dixit, & ſub oculis mirantis*] Lego, *tuus, inquit, malus genius. Hoc, & ſub oculis mirantis evanuit. dixit* abeſt optimo libro, & recte: nam *inquit* & *dixit* tam propinqua non bene ſonant. elegantius igitur hoc ſecundum, *dixit*, ſubintelligitur.

VARIORUM.

8. *Hoc dixit*] Nazariano non adeſt, *dixit*: recte. *Gruterus*.

FREINSHEMII.

7. *Nam & aſſuetæ* &c.] Vultures præcipue. de quorum natura vide Plinium. Sunt & exempla ſimilia in Livio. Vide Æl. Hiſt. An. 8, 46, 2. Meminit hujus prodigii Obſequens cap. 129. quem eo loco medici egentem, qua poſſum, levabo. Editur; *Latinis in Albano monte cum ſacrificaretur, ex humo, a pollice Jovis cruor manavit. Per Caſſium & Brutum in provinciis direptionibus ſociorum bella geſta. Notatum eſt prodigii loco fuiſſe, quod S. Titius præter propter diſſenſiones collegæ magiſtratum abrogavit, & ante annum eſt mortuus, Conſtat neminem qui magiſtratum collegæ abſtulerat, annum vixiſſe. Abrogaverunt autem hi: L. Junius Brutus conſul. Tarquinio Collatino: Tib. Gracchus, M. Octavio Cacinnæ: P. Tarquinius, P. Marullo: Tullius, Bruto & Caſſio, pugnam adverſus Cæſarem & Antonium molientibus. In caſtris Caſſii examen apum conſedit. Locus haruſpicum juſſu intercluſus, interius ducto vallo. Vulturum, & aliarum alitum, quibus ſtrages cadaverum pabulo eſt, ingens vis exercitum advolavit.* Qui locus & ſcriptura & diſtinctione diverſis partibus fœdatus, ita forte reſtitui queat; *Latinis in Albano monte cum ſacrificaretur, ex humero ac pollice Jovis* (ita Dio lib. 47. pag. 400.) *cruor manavit. Per Caſſium & Brutum in provinciis direptionibus ſociorum bella geſta. Notatum eſt prodigii loco fuiſſe, quod P. Titus prætor propter diſſenſiones, collegæ magiſtratum abrogavit, & ante annum eſt mortuus. Conſtat neminem qui magiſtratum collegæ abſtulerat, annum vixiſſe. Abrogaverunt autem hi: L. Junius Brutus coſ. Tarquinio Collatino.* (ſupra 1, 9, 3.) *Tib. Gracchus, M. Octavio.* (ſupra 3, 14, 5.) *Corn. Cinna, L. Cornelio Meruiæ.* (Appianus de bel. civ. lib. 1. pag. 392. quamvis & apud Dionem lib. 46. pag. 368. Μέρυλλος eſt pro Μερόλας.) *& Flavio.* (Dio ibid.) *Bruto & Caſſio pugnam adverſus*

nuit. Pari in meliora præſagio in Cæſaris ca- 9
ſtris omnia aves victimæque promiſerant: ſed nihil illo præſentius, quod Cæſaris medicus ſomnio admonitus eſt, *ut Cæſar caſtris excederet, quibus capi imminebat:* ut factum eſt.
Acie namque commiſſa, quum pari ardore 10
aliquandiu dimicatum foret, quamvis duces non eſſent præſentes, quorum alterum corporis ægritudo, illum metus & ignavia ſubduxiſſent, ſtaret tamen pro partibus invicta fortuna & ultoris, & qui vindicabatur, primum adeo anceps fuit, & par utrimque diſcrimen, ut exitus prælii docuit. Capta ſunt
hinc Cæſaris caſtra, inde Caſſii. Sed quanto 11
efficacior eſt fortuna, quam virtus! & quam verum eſt, quod moriens efflavit, *non in re, ſed*

verſus Cæſarem molientibus, in caſtris Caſſii examen apum conſedit &c.

SALMASII.

10. *Et ultoris, & qui vindicabantur*] Emendo, *ſtaret tamen pro partibus invicta fortuna & ultoris & qui vindicabatur*. leve mendum, ſed non nullius momenti. ſtabat pro partibus, inquit, fortuna ultoris, hoc eſt, Octavii, qui necem patris ultum ibat. & qui vindicabatur. id eſt, & ejus fortuna qui vindicabatur, Julii nempe Cæſaris; ſubintelligendum autem *ejus*: ſic loquitur noſter ſupra, *ſuorum animos erexit & hoſtis perculit*. ſubaudi *animos*.

11. *Sed in verbo*] *Sed & in verbo*, vetus liber. mendoſe.

FREINSHEMII.

9. *Medicus Cæſaris*] Vide Plut. Ant. cap. 28: Appian. de bel. civ. lib. 4. pag. 653: Vellei. 2, 70, 4: Val. Max. 1, 7, 1: Lactant. 2, 8; citatos Berneccero, ad Suetonium, Auguſto, 13, 1. d.

10. *Illum metus & ignavia ſubduxiſſent*] Plut. Antonio, cap. 28: *Sunt qui ſcripſerunt, non interfuiſſe prælio Antonium, ſed poſt pugnam, conſectantibus jam hoſtes ſuis, ſuperveniſſe.* Adde eundem, Bruto, cap. 61.

Staret tamen, &c.] De auſpiciis imperatorum etiam abſentium, quantumque in eo momenti ſit, vide Gruterum, diſcurſu primo in Tacitum. Adde diſceptationem elegantem, eadem ratione finitam, apud Val. Max. 2, 8, 2.

11. *Quod moriens*, &c.] Dio, extremo lib. 47. recitaſſe Brutum Herculis quoddam dictum refert, tali ſenſu verborum: O *infelix virtus! itane, cum nihil quam nomen eſſes, ego te tanquam rem ali-* quam

ſed in verbo tantum, eſſe virtutem! Victo-
12 riam illi prælio error dedit. Caſſius, inclinato cornu ſuo, quum, captis Cæſaris caſtris, rapido impetu recipientes ſe equites videret, fugere arbitratus, evadit in tumulum:
13 inde pulvere & ſtrepitu, etiam nocte vicina eximentibus geſtæ rei ſenſum, quum ſpeculator quoque in id miſſus, tardius renuntiaret; tranſactum de partibus ratus, uni de pro-
14 ximis auferendum præbuit caput. Brutus quum in Caſſio etiam ſuum animum perdidiſſet, ne quid ex conſtituti fide reſignaret (ita enim par ſupereſſe bello convenerat) ipſe quoque uni comitum ſuorum confodiendum præbuit latus.

quam exercui, cum tu fortunæ ſervieris. hoc & Alciatus, in Emblematis. ita expreſſit:

Jamjam ſtricturus moribunda in pectora ferrum,
Audaci hos Brutus protulit ore ſonos;
Infelix virtus, & ſolis provida verbis,
Fortunam in rebus cur ſequeris dominam? Stadius.

Et hic forte ſit verſus, quem Bruto pronuntiatum excidiſſe ſibi ait Volumnius, apud Plut. Bruto, cap. 74; forſan ex Eurip. Reſpexit huc, opinor, Horat. epiſt. 1, 17, 41:

——— *Aut virtus nomen inane eſt.*

SALMASII.

12. *Evadit in tumulum*] Quidam, *evaſit.* ſed noſter frequentius utitur præſentibus.

13. *Etiam nocte vicina*] Puto, *& jam nocte vicina. inde pulvere & ſtrepitu, & jam nocte vicina, eximentibus geſtæ rei ſenſum.*

Tardius renuntiaret] Nihil mutandum. Nazarii liber, *enuntiaret.*

14. *Ita enim par ſupereſſe bello convenerat*] Quid ſibi velit hic *par*, non video. quidam ſuſtulerant, quos etiam ſequutus eſſem, ſi illo ſublato aliquid ſequi melius ſenſiſſem, optimus Nazarii liber, *perſupereſſe bello.* quid ſit neſcio; conjicio tamen legendum, *ita enim præſupereſſe bello convenerat.* convenerat inter Caſſium & Brutum, ut, ſi adverſam prælii fortunam experirentur, manus ſibi inferrent, potius quam bello ſupereſſent. *præſupereſſe bello*, elegans & Latinum loquendi genus quod tamen, non obſervatum, fecit, ut hic locus corrumperetur.

Præbuit latus] Nazarii liber, *confodiendum præbuit latus.* τὸ *confodiendum* non omnino παρέλκει. ſupra, de Caſſio, *uni de proximis auferendum præbuit caput.* ſic, *confodiendum præbuit*: & verum eſſe puto.

SAL-

tus. Quis ſapientiſſimos viros non miretur ad ultimum non ſuis manibus uſos? niſi ſi hoc quoque ex perſuaſione defuit, ne violarent manus, ſed in abolitione ſanctiſſimarum piiſſimarumque animarum, judicio ſuo, ſcelere alieno, uterentur.

CAP.

SALMASII.

15. *Piiſſimarumque animarum*] Optimus Codex, *pietatiſſimarum*, pro *pientiſſimarum*; nec aliter ex ſuis libris optimus Vinetus.

FREINSHEMII.

14. *Quum in Caſſio etiam ſuum animum perdidiſſet*] Vide Not. ad 4,2,29. Sic apud Frontin. 3,8,2: *qui obſidebantur, dum in parte jam ſe ſuperatos exiſtimant, defecêre.*

Par ſupereſſe bello convenerat] Fortaſſis etiam legi poſſit (*ita enim ſuper iſto bello convenerat*) Curt. 8,14,2: *Abiſarem belli ſocium* (*& ita convenerat*) *adventare credebat*. Cl. Bœclerus, tam ob amicitiam carus nobis, quam ſuſpiciendus per eruditionem, conjecerat *pariter* pro *par* legendum: *pariter ſupereſſe bello*. Ne videlicet altero defuncto, alter vita vellet frui. Vide omnino Plut. Bruto, cap. 58.

15. *Piiſſimarumque*] Alii *pientiſſimarumque*; ſed prius habet v. e. & nonnullæ aliæ, item duo Pall. quippe Naz. *pietatiſſimarumque*. Gruterus. Utrumque *pientiſſimus* & *piiſſimus* recte dici, ex inſcriptionibus vetuſtis oſtendit Vinetus hoc loco.

Scelere alieno] Sic Darius, apud Curtium, 5,12,11: *Forſitan mireris, quod vitam non finiam: alieno ſcelere, quam meo mori malo.* A qua ſententia non longe diſtat quod de Carthaginienſibus eſt ſupra, 2,15,9: *Patriam ſuam malebant hoſtium manibus, quam ſuis, everti.*

VARIORUM.

15. *Niſi ſi hoc quoque ex perſuaſione defuit*] Sic prorſus v. e. ut velit hoc defuiſſe ipſis ex ſectæ Stoïcæ diſciplina, non quod non auderent vulgati, *niſi hoc quoque ex perſuaſione non defuit.* quomodo quidem Pal. tert. ſed non prim. ac ſec. *Gruterus.*

CAP. VIII.

Bellum cum Sexto Pompeio.

1 SUblatis percuſſoribus Cæſaris, ſupererat Pompeii domus. Alter juvenum in Hiſpania occiderat, alter fuga evaſerat: contractiſque infelicis belli reliquiis, quum inſuper ergaſtula armaſſet, Siciliam Sardiniamque habebat. Jam & claſſe medium mare inſederat,

O

FREINSHEMII.

1 A*Lter juvenum*] Cn. Pompeius. de quo ſupra, 4, 2, 86.

VARIORUM.

QUæ hoc capite continentur, ſcribunt Livius, 127, 128, 129. Sueton. Auguſto, capite 16: Copioſiùs Appianus, de bel. civ. lib. 5. pag. 741: Eutrop. 7, 1: Oroſ. 6, 16: Plin. 7, 45: Solin. cap. 3. Lege carmina, quæ cap. 5. adſcripſimus. Hoc bellum canit eleganter Horatius, ode nona Epod. *Camers.*



Alter fuga] *Publicavit in hoc nummo ſuum (non ergo patris; uti hodie ſubinde ſcribitur) caput Sextus Pompeius, cum inſcriptione, MAGNVS PIVS IMP. ITER: & in adverſa parte, PRÆF. CLASS. ET ORÆ. MARITIMÆ EX SC. Magni cognomen hereditarium ei fuit a patre; Pii adoptavit, quod patris necem ultus eſt, & quod apud eum proſcriptis aſilum pateret.*

Sici

O quam diverſus a patre! Ille Cilicas extinxerat: hic ſecum piratas navales agitabat. 2
Tanta mole belli penitus in Siculo freto juvenis oppreſſus eſt: magnique famam ducis ad inferos ſecum tuliſſet, ſi nihil tentaſſet ulterius: 3



Siciliam Sardiniamque habebat] *Ad Siciliæ inſulæ imperium ſignificandum feriit nummum hunc Sextus Pompeius, in quo Scylla, ſuperiori parte virgo, inferius ſuccincta canibus (ut ab Homero & Virgilio deſcribitur) oculis hominum exponitur. Scylla autem eſt freti Siculi ſcopulus.*

SALMASII.

2. *Hic ſecum piratas navales agitabat*] Multa diverſitas & variantia in libris, quam non abs re fuerit proponere. Divi Nazarii liber, *Hic ſe pirata navalis agitare.* unus Palatinus, *Hic cum piratas navales agitaret.* alter, *Hic cum ſe piratas navales agitaret.* cenſeo legendum: *Hic ſecum piratas navales agitarat*; nam *agitaret*, quod tamen ſine ulla varietate omnes libri retinent, non hic probo; niſi forte legendum *agitare*: *hic ſecum piratas navales agitare.* t enim litera facile potuit hujus verbi fini adhærere ex initio ſequentis vocis *tanta*. Hunc loquendi modum huic noſtro novum non eſſe, nos alibi, puto, oſtendimus. qui ſunt autem *navales piratæ*? an ſunt aliqui *terreſtres piratæ*? Navales piratas vocat claſſem Sexti Pompeii. Cum enim vulgo piratæ myoparonibus tantum aut lenunculis mare infeſtent: illi navibus & triremibus, ut in magna claſſe, infeſtum reddebant. Hi ſunt igitur, quos vocat *navales piratas*.

FREINSHEMII.

2. *Quam diverſus a patre*] Videntur & hæc mutuo ſumpta a Lucano: Ille enim, 6, 422:

Polluit æquoreos Siculus pirata triumphos.

4 rius: niſi quod magnæ indolis ſignum eſt, *ſperare ſemper.* Perditis enim rebus profugit; Aſiamque velis petit, venturus ibi in manus hoſtium, & catenas, &, quod miſerrimum eſt fortibus viris, ad hoſtium arbitrium ſub
5 percuſſore moriturus. Non alia poſt Xerxem miſerabilior fuga. Quippe modo trecentarum quinquaginta navium dominus, cum ſex ſeptemve fugiebat, extincto Prætoriæ navis lumine, anulis in mare abjectis, pavens atque reſpectans, & tamen non timens ne periret.

CAP.

SALMASII.

4. *Sub percuſſore moriturus*] *Sub percuſſoribus*, uterque Palatinus.

5. *Extincto Prætoriæ navis lumine*] Nazarii liber, *prætorio navis lumine,*

FREINSHEMII.

4. *Magnæ indolis ſignum eſt, ſperare ſemper*] Hoc voluit Plotius Firmus, præfectus prætorio, ſub Othone, apud Tacit. H. 2: 46, 7: *fortes & ſtrenuos, etiam contra fortunam, inſiſtere ſpei.*

Quod miſerrimum eſt fortibus viris, &c.] Vere miſerrimum. cui fœditati ut ſe ſubducant homines, mortem ſibi ipſis inferunt, ſi ullo modo poſſunt; aut adeo confodiuntur ſtrenue pugnantes; quemadmodum exemplorum non contemnenda copia oſtendi ad Tacit. 4, 25, 7. Vocat hoc ipſum, *ſibi conſulere*, Juſtinus, extremo libro quarto. *Gruterus.* Confer exitum Annibalis, apud Cornel. Nepot. item judicium Senecæ, epiſt. 70, 12. de Druſo Libone. Sed hæc non poſſunt efficere, ut αὐτοχειρίαν probemus Chriſtianis.

5. *Non alia poſt Xerxem*] Niſi forte Pompeii patris.

Prætoriæ navis lumine] Juſſit autem Pompeius lumen ſuæ navis extingui, ut ne noctu, quo fugeret, id indicaret. Dio, lib. 48. pag. 449. In prætoria Scipionis nave, inſigne nocturnum trium luminum eſt, apud Livium, 29, 25, 9. *Vinetus.* Eſt autem lumen iſtud, *ignis quo naves prætoriæ reliquis prælucere ſolent*, nempe ut eundem curſum teneant. Dio, citato loco.

SAL-

Digitized by Google

CAP. IX.

Bellum Parthicum duce Ventidio.

QUamvis in Caſſio & Bruto partes ſuſtuliſſet; in Pompeio totum partium nomen aboleſſet: nondum tamen ad pacis ſtabilitatem profecerat Cæſar, quum ſcopulus, & nodus, & mora publicæ ſecuritatis ſupereſſet Antonius. 1
Nec illle defuit vitiis, quin periret, imo omnia expertus ambitu & luxuria, primum hoſtes, deinde cives, tandem etiam terrore ſui ſeculum liberavit. 2
Parthi clade Craſſiana altius animos erexerant: civileſque populi Romani diſcordias læti acceperant: itaque ut prima affulſit occaſio, non dubitaverunt erumpere, ultro quidem invitante Labieno. qui miſſus a Caſſio, Brutoque 3

SALMASII.

2. NEc ille defuit vitiis] Alter Palatinus, *nec ille unus defuit*. perperam.

3. *Ut prima effulſit occaſio*] Veteres, *affluxit*. nimirum legendum eſt, *affulſit*.

FREINSHEMII.

2. PRimum hoſtes, deinde] Talis modus loquendi eſt apud Tacitum, 1, 47, 4: *primo prudentes, dein vulgum, diutiſſime provincias, feſellit*.

Terrore ſui ſeculum] Sic editio Stadii, ſenſu commodiſſimo; ceteræ enim *terræ ſeculum*.

3. *Invitante Labieno*] Lege Dionem, lib. 48. pag. 424: Meminit Appianus, de bel. Parth. pag. 155: Epit. Liv. 127: & Vellei, 2, 78, 2.

VARIORUM.

HOc bellum ſcribunt Livius, lib. 127, & 128: Late Plut. Antonio, cap. 44. Appianus, in eo libro, qui Parthicus inſcribitur, copioſe. Juſtin. 42, 4, 7: Eutropius, 7, 2: Oroſius, 6, 16: Multa Gellius, 15, 4. & Val. Max. 6, 9, 9: Frontin. 1, 1, 6: & 2, 2, 5. docet, quo aſtu Parthos ſuperavit Ventidius. hic primus Romanorum Parthos ſuperavit. Auctor. Euſeb. in temporibus. *Camers*.

4 que quis furor ſcelerum !) ſollicitaverat hoſtes in auxilium : & illi Pacoro duce, regio
5 juvene, diſſipant Antoniana præſidia, Saxa legatus, ne veniret in poteſtatem, a gladio ſuo impetravit. Denique ablata Syria, emanabat latius malum, hoſtibus ſub auxilii ſpecie ſibi vincentibus, niſi Ventidius, & hic lega-

SALMASII.

4. *Quis furor ſcelerum !*] *Qui furor ſcelerum.*

4. *Diſſipant Antoniana præſidia*] N. *diſputant*, vitioſe pro *diſſupant*. ἀρχαϊκῶς.

5. *Caſca legatus*] Vineti libri *xaxa* : ſed optimus Nazarianus, *Saxa*. & ita Livio *Decidius Saxa* vocatur. quod verum. nam & alia omnia corrupta. Ξίξας Dioni, ut alii jam annotarunt. ſic ξίξκτον Græci pro σάξκτον ſæpe corrumpunt. vera igitur lectio, *Saxa*.

FREINSHEMII.

4. *Quis furor ſcelerum !*] Alii, *qui furor ſcelerum*, ſine exclamatione, quam affectat Florus. ita ſupra, 1,7,7 (*quæ ſuperbia !*) 2,6, 30. (*ô pudor !*): infra, 4,12,24. (*ô ſecuritas !*) & alias paſſim.

5. *Saxa*] Sic Pal. pr. ac tert. quomodo & editio Stadiana. Ita vocatur Appiano, pr. Parthici & Syriaci, pag. 120: Epitomæ Livianæ 127. *Decidius Saxa*. Velleius nomen non exprimit : præterea interfectum non ſua manu, ſed hoſtili, tradit. cui & Dio, lib. 48. pag. 425. adſentit.

Hoſtibus ſub auxilii ſpecie, ſibi vincentibus] Belle iſtud fit. ſic & ſupra habuimus, 3,21,22: *ſub ſpecie partium ſe vindicant*. nec abludit illud Thucydidis, 3, 12, 12: *Et per ſeptem dies, quos Eurymedon, cum ſexaginta navibus profectus, manſerat, Corcyræi eos interfecerunt, quos inimicos eſſe ducebant : crimini quidem illis dantes, quod popularem ſtatum everterent. ſed nonnulli etiam ob inimicitias privatas, alii etiam propter pecunias, quæ ipſis debebantur, a debitoribus, qui eas acceperant, interfecti fuerunt.* Gruterus. Thucydidæo exemplo ſimilia evenerunt inter proſcriptiones Romanas, ſub Sylla, & Triumviris. Adde Tacit. H. 4, 14, 8.

Ventidius] Lege Gellium, 15,4: Val. Max. 6, 6, 9. Hic primus Romanorum Parthos ſuperavit. Auctor Euſebius, in temporibus. Adde Appianum, Parthico, cap. 157 : *Hic ſolus ad hanc diem de Parthis triumphavit, vir obſcuri generis, ad tantam amplitudinem provectus per amicitiam Antonii.* Camers. Retulit hunc Plinius. 7, 43. inter exempla variantis fortunæ, *quæ triumphare P. Ventidium de Parthis voluit quidem ſolum ; ſed eundem in triumpho Aſculano Cn. Pompeii Strabonis duxit puerum : quanquam Maſſurius auctor eſt, bis in triumpho ductum : Cicero, mulionem caſtrenſem ſuffarraneum fuiſſe : plurimi, juventam inopem in caliga militari toleraſſe.* Vide & Velleium, 2, 65, 5. & parodiam illam, ex Catulli Phaſelo, *Sabinus ille*, &c. quæ eſt in appendice Virgiliana, cum eruditiſſimis magni illius Scaligeri notis. Victoriam hanc

Digitized by Google

legatus Antonii, incredibili felicitate & Labieni copias, ipſumque Pacorum, & omnem Parthicum equitatum, toto inter Orontem
& Euphratem ſinu late cecidiſſet. Viginti am- 6
plius millium fuit. nec ſine conſilio ducis. qui ſimulato metu adeo paſſus eſt hoſtem caſtris ſuccedere, donec, abſumto jactus ſpatio, adi-
meret uſum ſagittarum. Rex fortiſſime dimi- 7
cans cecidit. Mox circumlato ejus per urbes, quæ

hanc Parthicam tangit & Tacitus, Germ. 37, 7: *infra Ventidium dejectus Oriens*. Meminit & Juſtinus, 42, 4, 6: Horatius, Od. 3, 6: Plut. Antonio, cap. 44: Joſephus, antiq. Jud. 14, 24.

SALMASII.

Toto inter Orontem & Euphratem ſinu] Hoc ſincerum eſt. libri tamen variant, *equitatum inter Orontem & Euphratem ſitum*. alii *ſinum*. Mendoſe omnia.

FREINSHEMII.

6. *Abſumpto jactus ſpatio*] Adde Herod. lib. 3. in Μαγζφοιλω. Arrian. pag. 37. c. Cæſar. de bel. Gall. 152. Indicem Juſtini, voce *Concurrere*.

7. *Circumlato ejus per urbes* &c. *Capite* &c.] Variis de cauſſis amputata virorum inſignium capita circumlata, aut alio miſſa fuere: præſertim autem in fidem victoriæ, & terrorem hoſtium. Exempla ſunt quam plurima, ut in capite *Aladoli, quod juſſu Selymi, ut omnibus ludibrio foret, per totam Aſiam circumlatum: ac mox quoque in teſtimonium partæ victoriæ Venetias ad ſenatum fœda oſtentatione tranſmiſſum eſt*. Jovius Hiſt. lib. 17. pag. 780. *M. Antonii* oratoris, quod in Marii menſis expoſitum ſupra 3, 21, 14. *Aſdrubalis*, quod ante Annibalis caſtra projectum. Livius 27, 53, 11. *Eranæ*, qui Iſaacium Angelum imperio pellere molitus erat, per forum Conſtantinopolitanum traductum. Nicetas de rebus Iſaacii lib. 1. pag. 192. *Decimi Bruti*, quod ad Antonium miſſum eſt. Appianus fine tertii civilium. *Cæſetii Ruffi*, quod ad Antonium triumvirum delatum eſt. Val. Max. 9, 5, 4. *Ciceronis*, quod in roſtris expoſitum ſupra 4, 6, 5. *Clodii Albini*, quod Severus exciſum pilo circumtulit, Romamque miſit, literis ad ſenatum datis, quibus inſultabat, quod Albinum tantopere dilexiſſent. Capitolinus Albino. cap. 9. *Conſtantini* ultimi Græcorum imperatoris, quod *Machomethis juſſu abſciſſum, per urbem & tota caſtra eſt ad ludibrium geſtatum*. Sabellicus Ennead. 10. lib. 6. princ. *Craſſi*, quod ad regem Parthorum *reportatum*. ſupra 3, 11, 11. *Cunimundi, de quo poculum fecit* Alboinus. Paul. Diaconus de geſt. Langob. 2, 28. *Curionis*, quod *reſectum ad Jubam perlatum*. App. civ. 2. p. 456. *Cyri*, quod in *utrem humano ſanguine repletum conjici* Tamyris *juſſit*. Juſtin, 1, 8, 13. *Damaſippi*, quod cum *reliquorum ejus ſociorum capitibus Præneſte miſſum patibulo ſuffixit Sylla*. Dio in Excerptis apud Valeſium, pag. 657. m.

quæ deſciverant, capite, Syria ſine bello recepta. Sic Craſſianam cladem Pacori cæde penſavimus.

CAP.

657. m. *Euryali*, quod *arrectis in haſtis præfixere* Rutuli. Virgilius Æn. 9, 465. *Galbæ*, quod *per lixas calonesſque ſuffixum laceratumque, ante Patrobii tumulum poſtera demum die repertum.* Tacitus H. 1, 49, 2. *Goliathi*, quod *David attulit in Jeruſalem.* Reg. 1, 17, 54. C. Gracchi, quod ad coſ. relatum *percuſſoribus auro penſatum eſt*. ſupra 3, 15, 6. *Inducimari*, quod ad Cæſarem relatum. ſupra 3, 10, 8. *Labieni*, quod ad Cæſarem relatum. Appianus 2. civilium pag. 493. *C. Marii junioris*, quod *ad ſe relatum Sylla* pro roſtris poſuit. Idem 1. civilium pag. 408. *Marcii Marii*, quod *Præneſte miſſum*. Idem ibidem. & Hiſt. Miſcella. 5, 18. *Nicanoris*, quod Judæi *ſuſpenderunt contra Jeruſalem.* Maccab. 2, 7, 47. *Nicephori*, quod Bulgarorum rex *Crumus conto præfixit, omnibuſque demonſtravit*. Cedrenus pag. 396. *Niſi*, quod *arrectis in haſtis præfixerunt* Rutuli. Virgilius Æn. 9, 465. *Octavii coſ.* quod *pro roſtris expoſitum*. ſupra 3, 21, 14. *Orebi* principis Madianitæ, quod *portatum ad Gedeonem.* Judic. 7, 25. *Olofernis*, quod Judæi *ſuſpenderunt ſuper muros* Bethuliæ. Judith. 14, 7. *Philiſti*, quod a Syracuſanis demptum. Plutarchus Dione cap. 45. *Pompeii Magni*, quod *a Ptolemæo Cæſari miſſum.* Dio lib. 42. pag. 212. *Cn. Pompeii filii*, quod Cæſari *allatum, & populo datum eſt in conſpectum.* Hirtius de bello Hiſpan. cap. 39. *Poſthumii*, quod in uſum vaſis vertere Boii. Livius 23, 24, 15. *Proſcriptorum* Sulla, deinde Triumviris jubentibus. *Romanorum* in Macedonia, quæ Thraces Perſeo militantes haſtis affixa in caſtra retulerunt. Livius 42, 60, 2. *Saulis*, quod *miſerunt in terram Philiſtinorum per circuitum.* Regum 1, 31, 9. *Servilii*, quod *veruto ſuffixum allatum Annibali.* Silius 17, 312. *Stoſlai* Moſcorum ducis, *ex quo Cures Pacinacorum princeps poculum fieri curavit.* H. Henninges in Geneal. Moſcorum. *Vari*, quod ad Cæſarem relatum. Appianus civilium 2. pag. 439. *Zebi*, quod *portatum ad Gedeonem.* Judic. 7, 25. Sic apud Virg. Æn. 12, 511.

Turnus equo dejectum Amycum, fratremque Diorem
Congreſſus pedes, hunc venientem, cuſpide longa,
Hunc mucrone ferit. curruque abſciſſa duorum
Suſpendit capita, & rorantia ſanguine portat.

Similis mos Scytharum apud Herod. 4, 54. Gallorum apud Strabon. lib. 4. pag. 136. De Thracibus eſt ſupra 3, 4, 2.

SALMASII.

7. *Pacori cæde penſavimus*] Alter Palatinus, *piavimus*, vulgatam præfero, ut quam meliores alii libri retineant.

FREINSHEMII.

Penſavimus] Eoque magis, ſi, quod ſcribit Eutropius, lib. 7. interfectus eſt *eo ipſo die, quo olim Orodes, Perſarum rex, per ducem Surenam Craſſum occiderat.*

SAL-

CAP. X.

Bellum Parthicum cum Antonio.

EXpertis invicem Parthis atque Romanis, 1
quum Craſſus atque Pacorus utrimque virium mutuarum documenta feciſſent, pari rurſus reverentia, integrata amicitia, & quidem ab ipſo fœdus Antonio cum rege percuſſum.
Sed immenſa vanitas hominis, dum ti- 2
tulorum cupidine Araxem & Euphratem ſub imaginibus ſuis legi concupiſcit: neque cauſa, nec conſilio, ac ne imaginaria quidem belli indictione, quaſi hoc quoque ex arte ducis eſſet

SALMASII.

2. B*Elli indictione*] Quidam, *condictione*: alii, *conditione*. quæ ſcripturæ ſunt Palatinorum Codicum. ſed *indictione* verum eſt. quæ eſt N. lectio.

Quaſi hoc quoque ex arte ducis præriperet] Nec correctorum audaciam, nec vitium lectionis, quam illi ſubſtituerant, hoc loco carpam. dicam tantum, ex veteribus reponendum eſſe: *Quaſi hoc quoque ex arte ducis eſſet, obrepere, relicta repente Syria in Parthos impetum facit*. Deus bone! quanta diverſitate, καὶ τῆς λέξεως καὶ τῆς διανοίας. Hæc illi omnes perverterant. de ſinceritate ſcripturæ, quam reſtituimus, nihil dicam, ne injuriam faciam judicio eruditi lectoris.

FREINSHEMII.

1. P*Ari rurſus reverentia*] Supra, 4, 2, 20.

2. *Titulorum*] Tituli adſcribebantur ſtatuis. Vide Ovid. epiſt. 2, 68. Sic Livius alicubi ex ejuſmodi titulo de rebus nonnullorum diſputat. Adde Marcellin. 242, 2. edit. Lindenbrog. Pulcre contra vanitatem titulorum Il Paſtor Fido, act, 4. Choro,

Quel ſuon faſtoſo & vano!
Quel inutil ſoggetto
Di luſinghe, di titoli, ed inganno
Ch'honor dal volgo inſano
Indegnamente è detto.

VARIORUM.

AUctores hiſtoriæ ſunt, Epit. Liv. 130: Plutarchus, Antonio, cap. 49, &c. Appianus, Parthico. Juſtinus, 42, 5, 3: Eutropius, 7, 1: Oroſius, 6, 16: Frontinus, 2, 3, 15: 2, 13, 7. *Camers*.

1. *Integrata*] Eſt a v. e.: aliæ; *integra*. quomodo tamen nullus Palatinorum. *Gruterus*.

2. *Legi* Ita Pall. ita v. e. & ſequentes. Vineti, *labi*. quod & ad oram Camertis. utrumque habeo quomodo defendam, arrideretque

Digitized by Google

eſſet obrepere, relicta repente Syria in Parthos impetum facit. Gens præter armorum
3 fiduciam callida, ſimulat trepidationem, & in campos fugam. Hic ſtatim quaſi victor ſequebatur: quum ſubito, nec magna hoſtium manus, ex improviſo, & jam in feſſos via ſub veſpere velut nimbus, erupit: &, miſſis un-
4 dique ſagittis, duas legiones operuerunt. Nihil acciderat in comparationem cladis, quæ in poſterum diem imminebat, niſi interveniſſet deûm miſeratio. Unus ex clade Craſſiana Parthico

que magis *labi*, ſi ſtabiliret id aliquis manu ſcriptorum. *Gruterus.*

Quaſi hoc quoque ex arte ducis eſſet, obrepere,] Elegans hæc lectio debetur Pal. pr. ac tert. antea impreſſis, *quaſi hoc quoque arte ducis præriperet.* quomodo & Pal. ſec. ſed tamen abſque illis *arte ducis.* Gruterus.

SALMASII.

3. *Quæ gens, præter armorum fiduciam*] Omnes, *gens præter armorum fiduciam*, omiſſo, *quæ*: & poteſt abeſſe.

FREINSHEMII.

3, *Gens*] Sic o. Pall. & I. quidam. nam vetuſtiſſimus; *Quæ gens*, minus bene.

Simulat trepidationem, & in campos fugam] Proprio quodam gentis hujus inſtituto. Vide Gebhardum, ad illa Propertii, 2, 8, 54:

Parthorum aſtutæ tela remiſſa fugæ.

qui inibi doctiſſime explicatur; ſenſus tamen comptior etiam redderetur mutatis diphthongis in primam literam:

Parthorum aſtuta tela remiſſa fuga.

& Berneccerum, ad illa Juſtini, 41, 2, 7; *Sæpe etiam fugam ſimulant, ut in cautiores adverſum vulnera inſequentes habeant.* Hinc Virgilius, Georg. 3, 30. dixit:

Fidentemque fuga Parthum, verſiſque ſagittis.

Sidonius. Carm. 7, 85:

Vel cum diffugiunt, fugiendos tum mage Perſas.

4. *Unus ex clade Craſſiana*] Idem Velleius, 2, 82, 4: *Captivi cujuſdam, ſed Romani, conſilio ac fide ſervatus: qui clade Craſſiani exercitus captus, cum fortunam, non animum mutaſſet; acceſſit nocte ad ſtationem Romanam, prædixitque, ne deſtinatum iter peterent, ſed diverſo ſilveſtrique pervaderent.* Plutarchus tamen, Antonio, cap. 55: & exſcriptor ejus, qui Appiani nomine circumfertur, (cum Appianus Plutarchi coætaneus, ne, ſi voluiſſet quidem, furta tam inſignia potuiſſet impune facere;) *Mardum* quendam videntur hujus conſilii auctorem laudare. ſed videntur. omnino enim reſcribendum, pro ἀνὴρ τῷ γένει Μάρδος. ἀνὴρ τῷ γένει Μαρσός. quod & ſequentia firmant: *morum Parthicorum ex diutino uſu peritus.* nam hæc ipſa ſunt indicio, loqui Plut. de captivo Craſſiano, qui inter Par-

Digitized by Google

thico habitu caſtris adequitat, & ſalute Latine data, quum fidem ipſo feciſſet, quid im-
mineret, edocuit; *jam affuturum cum omni-* 5
bus copiis regem: irent retro, peterentque montes: ſic quoque hoſtem fortaſſe non defore. atque ita ſequuta eſt minor vis hoſtium, quam
imminebat. Adfuit tamen: deletæque reli- 6
quæ copiæ forent, niſi urgentibus telis in modum grandinis, quadam forte quaſi docti, procubuiſſent in genua milites; &, elatis ſuper capita ſcutis, cæſorum ſpeciem præbuiſ-
ſent. Tum Parthus arcus inhibuit. Deinde 7
Romani quum ſe rurſus extuliſſent, adeo res miraculo fuit, ut unus ex Barbaris miſerit vocem;

Parthos conſederit. qua de re Horatius, Carm. 3, 5:

Mileſne Craſſi, conjuge barbara
Turpis maritus vixit & hoſtium
(Pro curia, inverſique mores!)
Conſenuit ſocerorum in armis.
Sub rege Medo, Marſus, & Apulus,

Nam Parthi ſervis etiam utuntur in bellis ſuis. *Denique* (verba Juſtini, 41, 2, 6.) *Antonio bellum Parthis inferenti, cum L M equitum occurrerent, ſoli CCCC liberi fuere.* In eiſdem excerptis Plutarchi, quæ ſub Appiani nomine legi prædiximus, mendum inſigne eſt, in hac ipſa hiſtoria, quod eadem opera tollemus. editur: τὰς δὲ μηχανὰς ἑλόντες οἱ βάρβαροι, διέφθειραν παμπόλλους, ἐν οἷς καὶ Πολέμων ἦν ὁ βασιλεύς. *machinis in poteſtatem ſuam redactis, barbari multos interfecerunt, & in his Polemonem regem.* Sed Polemon captus tantum eſt, non occiſus, hoc prælio; quod & Dio ſcribit, lib. 49. ſupplendum igitur ex Plut. Ant. 51: τὰς δὲ μηχανὰς ἑλόντες οἱ βάρβαροι διέφθειραν. εἷλον δὲ παμπόλλους, ἐν οἷς καὶ Πολέμων ἦν ὁ βασιλεύς.

SALMASII.

5. *Atque ita ſequuta eſt vis minor hoſtium*] *Atque ita facta eſt*, in altero Palatino.

6. *Quadam forte docti*] *Quadam forte quaſi docti.* ita repono, de librorum auctoritate.

FREINSHEMII.

5. *Peterentque montes*] Leonis Tactica, cap. 20, 189.

6. *Procubuiſſent in genua*] Teſtudine facta, quam latius deſcribit Dio, lib. 49. pag. 468: Meminit & Frontinus, 2, 3, 15: Vide Stewechii notas ad Vegetium, 2, 16.

SAL-

Digitized by Google

cem; *Ite & bene valete Romani. merito vos*
8 *victores fama gentium loquitur, qui Parthorum tela fugiſtis.* Non minor ex aqua poſtea, quam ab hoſtibus clades. Infeſta primum ſiti regio. tum quibuſdam Salinacidis fluvius in-
9 feſtior. noviſſime, quia jam ab invalidis & avide hauriebantur, noxiæ etiam dulces fuere.

SALMASII.

7. *Vos victores fama gentium loquitur*] Imo ſcribendum, *vos victores gentium fama loquitur.* quam ſæpe *victorem gentium* Populum vocat Romanum hic auctor.

Qui Parthorum tela fertis] Libri veteres, *fudiſtis.* Lego, *fugiſtis. qui Parthorum tela fugiſtis.* vulgatam lectionem, *fertis*, merito ferre non poſſum.

8. *Infeſta primum ſiti regio*] Alter Palatinus, *infeſta primum ſiti regio, quibuſdam Salmacidis fluvius infeſtior noviſſime, qui jam ab invalidis & avide hauriebatur.* pro *tum quibuſdam*, optimus liber, *cum quibuſdam.* totum locum ita conceptum velim: *infeſta primum ſiti regio, quum quibuſdam Salmacidis fluvius infeſtior noviſſime, qui jam ab invalidis & avide hauriebatur quum etiam dulces noxiæ fierent.* Sed, ne quid diſſimulem, non poſſum damnare, *noviſſimeque jam*, & verius puto eſſe. *tum quibuſdam*, etiam non mutem, in *cum quibuſdam.* aliter tamen omnes libri.

FREINSHEMII.

8. *Quam ab hoſtibus clades*] Sequutus ſum mſſ. Vineti, quibus adſtipulatur Pal. ſec. & eſt hic Flori genius. alii libri *excepta*, aut *accepta*, inſerunt, male.

Salmacidis fluvius, &c.] Retinui lectionem uſitatam, falſam tamen. nullum enim fluvium hoc nomine reperias; nam Ortelius, qui in theſaurum Geographicum eum retulit, hujus loci ſcriptura falſus eſt. Magis etiam illi, qui a fonte Salmacis hoc deductum putant. nam apparet, de ſalſis aquis ſimulque acidis loqui auctorem, unde olim conjeceram pro *Salmacidis fluvius* legendum, *ſalſis ac acidis fluviis.* Jam autem omnino veram eſſe puto Salmaſii correctionem, qui hoc loco, aliorumque Auctorum, quibus id vocis reperitur, legit *Salinacidas*, voce ex ſale & acido compoſita. Vide ipſum in Solinum, pag. 115. Diſtinctionem autem & ſenſum totius loci quod attinet ita ſcriptum velim; *Infeſta primum ſiti regio, tum quibuſdam ſalinacidis fluviis infeſtior: noviſſime, quum jam ab invalidis & avide hauriebantur, noxiæ etiam dulces fuere.*

VARIORUM.

7. *Vos victores fama gentium loquitur*] Haud alio poſitu Pal. prim. ac tert. ac ſecundus; *victores gentium fama loquitur.* Gruterus.

Fugiſtis] Sic omnino Nazarianus ac Pal. tert. (& editio noſtra vetus) nam ſec. *fudiſtis.* inepte vulgo, *fertis.* Gruterus.

SAL-

Digitized by Google

re. Mox & ardores per Armeniam, & nives per Cappadociam, & utriuſque cœli ſubita mutatio pro peſtilentia fuit. Sic vix tertia parte de ſedecim legionibus reliqua, quum argentum ejus paſſim dolabris concideretur: & ſubinde inter moras mortem a gladiatore ſuo efflagitaſſet, egregius imperator tandem perfugit in Syriam. ibi incredibili quadam mentis vecordia ferocior aliquanto factus eſt: quaſi viciſſet, qui evaſerat.

CAP.

SALMASII.

10. *Profugit in Syriam*] *Perfugit in Syriam*; in melioribus & vetuſtioribus libris.

FREINSHEMII.

10. *Vix tertia parte de ſedecim legionibus reliqua*] Nimis exaggerare videtur cladem Antonii. nam Plut. Ant. cap. 66: & exſcriptor ejus, *viginti millia peditum, & quatuor equitum.* Velleius, 2. 82: *haud minus partem quartam militum, calonum, ſervitiique, deſideratum eſſe* ſcribunt. Item, XIII tantum legiones Antonio tribuit. Pro noſtro tamen auctore ſtat Juſtinus, 42, 5, 3: *Huic* (Phrahati) *Antonius bellum cum XVI validiſſimis legionibus intulit.* quin & Plutarchus Antonio peditum Romanorum LX M. fuiſſe dicit, qui numerus eo ſeculo XVI circiter legiones expleverit. Vide Lipſium, de militia Romana, 2, 5: ut forſan in Velleio reponendum ſit ita, XVI, pro XIII.

Argentum ejus paſſim] Sic mſſ. quanquam hoc non ſolum de argento Antonii factum, ſed quicquid auri, argenti, pretioſi, fuit in toto ejus exercitu, id omne ab ipſis ejus militibus direptum eſt, & conciſum; ipſique interfecti plerique qui haberent: ut Plut. Ant. cap. 64: & Appianus, narrant. *Vinetus.* In quibuſdam impreſſis omittitur vocula, *ejus*.

A gladiatore ſuo] Multi rebus ſuis extremis mortem a ſervis flagitarunt; ut, Albinus, apud Capitolin. cap IX. Caſſius, & Brutus, ſupra, ubi vide.

ol-



Dolabris concideretur] *Dolabram ex columna Trajana excerpſimus, ubi plures conſpiciuntur. Eſt autem dolabra ferramentum, quo ſternebant ſylvas.* Curtius, viii. lib. 4. cap. *vel muros caſtrorumque valla ſubruebant.* Idem, ix. lib. 19. cap. & Livius, ix. lib. 39. cap.

CAP. XI.

Bellum cum Antonio & Cleopatra.

1 FUror Antonii, quatenus ambitu non interiret, luxu & libidine extinctus eſt. Quippe poſt Parthos quum exoſus arma in otio ageret, captus amore Cleopatræ, quaſi bene geſtis rebus, in regio ſe ſinu reficiebat. Hæc

FREINSHEMII.

QUæ hic ſcribuntur, habentur a Livio, 130, & tribus ſequentibus. Late Plutarch. Antonio: Suetonius, Auguſto, cap. 17, & 18: Eutrop. 7, 2: Oroſius, 6, 17: Val. Max. 3. 8, 81: Auguſt. Civit. 3, 30: Lactantius, 2, 8: Lege quæ ſcribit Plinius, 9, 35: 21, 3: 33, 3: Macrob. Saturn. 2, 13. *Camers.* Adde Vellei. 2, 84: & Dion. lib. 50. in fin.

1. *Per ambitum*] Ita v. e. & Pal. pr. quibus concordat & noſtra. pro *interiret*, melius fortaſſe legeretur *interierat*. pendent hæc omnia dictis ſupra, 4, 9, 2.

SAL-

Hæc mulier Ægyptia, ab ebrio imperatore, 2
pretium libidinum Romanum imperium petit. Et promiſit Antonius: quaſi facilior eſſet Partho Romanus. Igitur dominationem parare, 3
nec tacite: ſed patriæ, nominis, togæ, fa-

SALMASII.

3. *Nominis, togæ, faſcium, oblitus*] Reſpexit ad illud Horatii: *Anciliumque, nominis, & togæ, oblitus.*





Ebrio imperatore] *Eſt in hoc nummo caput Antonii, cum tiara, qua reges utuntur Armeniæ, poſt victum fraude Artuaſdem, ſeu Artabanum ut a Dione, 48. lib. vocatur. In averſo latere vides Cleopatram, cum inſcriptione: REGINÆ. REGVM. FILIORVM REGVM. CLEOPATRA. Appellata enim fuit ab Antonio Regina Regum; & ejus filius, Ptolemaus Cæſario, rex regum.*

FREINSHEMII.

2. *Ab ebrio imperatore*] Scribit Plinius, 14, 22. M. Antonium hominem ebrium fuiſſe, *edito etiam volumine de ſua ebrietate, patrocinari ſibi auſum*. Camers. Ebrioſitas illa celeberrime ei exprobratur a Cicerone. Vide quæ Savaro notavit ad illa Sidonii, Car. 7, 95:

—— profugiſque bibax Antonius armis.

Pulcerrime Seneca: epiſt. 38. circa fin. *M. Antonium, magnum virum & ingenii nobilis, quæ alia res perdidit, & in externos mores ac vitia non Romana trajecit, quam ebrietas, nec minor vino* (malim *vini ac*) *Cleopatræ amor.*

Romanum imperium petit] Ovid. Metamorph. 15, 826:

Romanique ducis conjunx Ægyptia, tædæ
Non bene fiſa cadet; fruſtraque erit illa minata,
Servitura ſuo Capitolia noſtra Canopo.

Item Faſt. 1, 710: Idem ſcribit Horatius, Carm. 1, 37: Propert. 2, 12 latius, 4, 6. Meminit Juvenalis, ſaty-

faſcium oblitus, totus in monſtrum illud ut mente, ita animo quoque & cultu deſciverat. Aureum in manu baculum. ad latus acinaces. purpurea veſtis ingentibus obſtricta gemmis. diadema aderat, ut regina rex ipſe frueretur.
4 Ad primam novorum motuum famam Cæſar a Brundiſio trajecerat, ut venienti bello occurreret: poſitiſque in Epiro caſtris, Leucadem

ſatyra 2, 107. Plura Virg. Æn. 8, 675. *Camers.* Deſumpſiſſe autem videtur Florus ex illo Propertii, 3, 9. a Rubenio, Electorum 2, 2. correcto:

Conjugii obſcæni pretium Romana popoſcit
Mœnia, & addictos in ſua jura patres.

3. *Patriæ, nominis, togæ, faſcium, oblitus*] Talis Gabinianorum militum deſcriptio apud Cæſarem: *qui jam in conſuetudinem Alexandrinæ vitæ atque licentiæ venerant, & nomen diſciplinamque populi Rom. dedidicerant*; de Bel. Civ. 3, 110.

SALMASII.

3. *Totus in monſtrum iſtud*] Omnes libri, *totus ut monſtrum illud.* legendum, *totus in monſtrum illud.* *ut* pro *in* ſupra notavimus. ſic *petitus* pro *pemitus.* *utus* & *uſus* pro *unus*.

Ad latus acinace] N. *Acinacis.* *Aureum in manu baculum. ad latus acinaces.* ita legendum.

Obſtricta gemmis] Alter Palatinus, *obſtructa*, *obſtricta* retinemus.

4 *Leucadem inſulam*] Veteres, *Leucadam.* *Leucada* pro Leucas, ut Perſida pro Perſis, Elida ſupra pro Elis; *Patentes Elidæ campos*; Chalcida pro Chalcis. Feſtus, *Chalcidicum, genus ædificii ab urbe Chalcida dictum.* ſic Tritonida Tritonidæ, pro Tritonis Tritonidis, apud eumdem. ſic Leucada Leucadæ, pro Leucas Leucadis.

FREINSHEMII.

Ut mente, ita animo quoque & cultu] Non video, cur hoc loco debeat animus & mens opponi. potius legendum fuerit *amictu*, ut ſequentia volunt: *purpurea veſtis ingentibus obſtricta gemmis.* ad cultum refero iſta alia: *Aureum in manu baculum*, &c. Vult igitur, eum mentem ſuam, qua patriæ caritatem, mores, diſciplinam, pridem exuerat, etiam externis indiciis, amictu nempe cultuque, teſtatum.

Ingentibus obſtricta gemmis] Eæ gemmæ in fibulis, ut interpretatur Salmaſius, ad Spartianum. Hadriano, cap. 10. Sive fortaſſis in ipſa purpura, ut hodieque moris eſt; quamvis verbum *obſtricta*, priorem potius interpretationem admittat.

Aderat] Iſta vox omnino diſplicet. nihil tamen expedio, niſi forte legendum ſit; *diadema, adoratio.* quæ a Perſis in Alexandrum, ejuſque ſucceſſores, propagata eſt. & hoc verbum præcipue conveniret cultui, cujus modo facta mentio.

4. *Lrucadem*] Hic *d* in *t* mutabat vetus codex. Eſt *Leucas*, nomen declinatum ut Pallas, inſula Epiri. Eſt ejuſdem inſulæ urbs *Leucas*, & *Leucas* quoque ejuſdem loci

Digitized by Google

dem inſulam, montemque Leucaten, & Ambracii ſinus cornua, claſſe ſuccinxerat. Nobis 5
quadringentæ amplius naves, ducentæ non minus hoſtium: ſed numerum magnitudo penſabat. Quippe a ſenis in novenos remorum ordinibus: ad hoc turribus, atque tabulatis

loci promontorium: ſi nihil mendi ſit apud Ptolemæum geographum. *Leucata* vero, & *Leucates*, idem illud *Leucadis* inſulæ promontorium, mons, & petra; cujus genitivus caſus eſt, Æneïdos 3, 374:

Mox & Leucatæ nimboſa cacumina montis.

ac accuſativus, Æneïdos 8, 677:

Fervere Leucaten, auroque effulgere fluctus.

At ablativus apud Livium, 26, 26, 1: *ſuperato Leucate promontorio.* & in Auſonii Cupidine cruci affixo:

Et de nimboſo ſaltum Leucate minatur.

Cujus obliqui ultimam vocalem quia corripit poëta, videntur antiqui *Leucates* declinaſſe, non ſolum ut Anchiſes, verum etiam ut vates. Hinc factum, ut hæſitaverim, *Leucaten* ne, an *Leucatem* hoc loco reponerem: quem caſum accuſandi, librarius antiquus compendio ultimæ literæ ſic contraxerat, *Leucatē*. Vinetus. Apud Juvenalem, 8, 241. ita ſcribitur:

—— Quantum non Leucade, quantum
Theſſaliæ campis Octavius abſtulit udo
Cædibus aſſiduis gladio. ——

Plinius ita diſtinguit hæc loca: *Egreſſos ſinu Ambracio in Ionium, excipit Leucadium litus, promontorium Leucates. Dein ſinus, ac Leucadia ipſa peninſula*; 4, 1, 4. *Leucadis* autem mentio eſt in Indicis Arriani, 7, 7.


5. *Amplius*] Ob ſequentia, *ſed numerum magnitudo penſabat*, haud immerito dubites trajecta temere eſſe adverbia, *amplius*, & *minus*; ſcribendumque: *Nobis quadringentæ non minus naves: ducenta non amplius hoſtium.*

A ſenis in novenos] Imo a trinis in denos ut Plutarchus, Ant. cap. 83. auctor eſt: aut a quaternis ad denos, ut Dio, princ. lib. 51. videtur innuere: vel ut Strabo, lib. 8. pag. 225. ab uno ad denos. Porro mirabilis certe earum navium moles exſtitit; cum ordines illi ſive gradus in altitudinem computentur, ut contra Baifium oſtendit Scaliger, ad numerum Euſebianum MCCXXX. Immanis autem illa *navis, quam Ptolemæus Philopator fabricatus eſt, quadraginta ordinum*, 280 *cubitorum longitudine; altitudine autem, uſque ad ſummitatem puppis, duodequinquaginta: nautis extra remiges quadringentis inſtructam; remigum quatuor millibus. adhæc milites armatos capiebat in foris & tabulato paullo minus tria millia.* Plutarchus Demetrio, cap. 59: & Athenæus, 5, 8. Poſſet autem iſta claſſis Antonianæ deſcriptio, non etiam abſurde, indui Hiſpaniæ illi, quæ in ſpem occupandæ Angliæ comparata fuit, ſeculi ſuperioris anno 88.

Turribus] De quibus vide Meurſium, in Lycophron. Caſſandram, pag. 341. f. Plin. 32, 1, 2: Salluſt. Incert. 5, 27.

Digitized by Google

latis allevatæ, caſtellorum & urbium ſpecie, non ſine gemitu maris, & labore ventorum ferebantur. quæ quidem ipſa moles exitio fuit.
6 Cæſaris naves a triremibus in ſenos, non amplius, ordines creverant. itaque habiles in omnia, quæ uſus poſcebat, ad impetus, & recur-



Remorum ordinibus] *Triremis ex Columna Trajana, ut dehinc de illius forma, & verſibus remigum nemo poſſit dubitare. Vides enim hic* θαλαμίτας *remiges imos, propiores aquæ; & ſupremos* θρανίτας *non longe a foris, aut in ipſis foris; & medios inter utroſque* ζυγίτας *quod dudum recte doctiſſimi viri notarunt: ſcilicet* Marc. Meibomius, Jo. Schefferus, *& (cui primus hic debebatur locus)* Nic. Witzen, *in ſuis accuratis* de Trirem. fabrica obſervationibus.

FREINSHEMII.

Ipſa moles exitio fuit] Vide ſupra, 2, 2, 35. Sic, 2, 4, 49: Pompeio *nulla res magis exitio fuit, quam ipſa exercitus magnitudo.* A talibus navibus, quæ propter molem inhabiles ſunt, bellam comparationem mutuatur Curtius, in Perſarum oratione ad Alexandrum, 4, 11, 8: *Videſne ut navigia quæ modum excedant, regi nequeant?* Prudenter Appuleii Apologia: *Omnibus ad vitæ munia utendis, quidquid aptam moderationem ſupergreditur, oneri potius, quam uſui, exuberat.*

SAL-

curſus, flexuſque capiendos, illas graveis, &
ad omnia præpeditas, ſingulas plures ador-
tæ, miſſilibus ſimul cum roſtris, ad hæc igni-
bus jactis, ad arbitrium diſſipavere. Nec ul- 7
la re magis hoſtilium copiarum apparuit mag-
nitudo, quam poſt victoriam. Quippe im-
menſa claſſis, naufragio belli facto, toto mari
ferebat. Arabumque, & Sabæorum, & mille
aliarum gentium Aſiæ ſpolia. Purpuram au- 8
rumque in ripam aſſidue mota ventis maria
revomebant. Prima dux fugæ regina, cum
aurea puppe, veloque purpureo, in altum
dedit. Mox ſequutus Antonius: ſed inſtare
veſti-

SALMASII.

6. *Plures adortæ*] Optimus liber ſcribit, *adoratæ.* ſupra correctum, *adornatæ.* de hac voce alibi diximus.

Cum roſtris] Scribo, *tum roſtris.* & ita diſtinguo: *ſingulas plures adortæ, miſſilibus ſimul, tum roſtris, ad hoc ignibus actis, ad arbitrium diſſipavere.*

7. *Toto mari ferebatur*] Nazarii liber, cum utroque Palatino, *ferebat* præferunt. rectum puto. ſic etiam diſtinguendum: *Quippe immenſa claſſis, naufragio belli facto, toto mari ferebat Arabum, Sabæorumque & mille aliarum gentium Aſiæ ſpolia: purpuram aurumque in ripam aſſidue mota ventis maria revomebant.* nihil diſtinctius hac diſtinctione, cujus nobis auctor fuit vetus ſcriptura.

8. *Veloque purpureo ſe in altum dedit*] *Se* delendum putamus. nobis enim omnino παρέλκειν videtur. *in altum dare*, quid ſit, & quam recte dicatur, doctos non docebo. locus igitur hic ita debet legi: *prima dux fugæ regina, cum aurea puppe, veloque purpureo, in altum dedit.* meliores etiam libri illud *ſe* non agnoſcunt.

FREINSHEMII.

7. *Ferebatur, Arabumque*] Opinor, Florum velle ſpolia iſta non claſſe, ſed illa jam diſſipata, incenſa, merſa, mari fuiſſe lata, idque ea fluctibus jactata velut evomuiſſe. Nam de claſſe non poſſet dici, ferre eam ſpolia, claſſicorum ſuorum; ſed ea ſunt ſpolia, quibus alios ſpoliavimus, ut hoc loco mare fecerat. Arabes autem, & Sabæi, erant in claſſe Antoniana. Virgilius, Æn. 8, 706:

Omnis Arabs, omnes verterunt
terga Sabæi.

8. *Cum aurea puppe*] Appianus, in præfatione, inter opes Ægyptias fuiſſe dicit *thalamegos auratis puppibus roſtriſque, quas ad oſtentationem in bello ipſi reges conſcendebant,* DCCC. Hoc vult Virgilius, Æn. 8, 677. his verbis:

——*auroque effulgere fluctus.*

Et Sidonius, Carm. 5, 466. iſtis:

——*fulvas onerata carinas.*

9 veſtigiis Cæſar. Itaque nec præparata in Oceanum fuga, nec munita præſidiis utraque Ægypti cornua, Paratonium atque Peluſium profuere. prope manu tenebantur. Prior ferrum occupavit Antonius. Regina ad pedes Cæſaris provoluta tentavit oculos ducis fruſtra. Nam pulcritudo intra pudicitiam prin-
10 cipis fuit. Nec illa de vita, quæ offerebatur, ſed de parte regni laborabat. Quod ubi deſperavit a principe, ſervarique ſe triumpho vidit, incautiorem nacta cuſtodiam, in Mauſoleum

SALMASII.

9. *Nec aperta in Oceanum fuga*] Nazarii liber, *præparata in Oceanum fuga*: & quædam editiones ita legebant, & nobis magis placet, quam *aperta*.

Infra pudicitiam principis fuit] Fortean melius, *principi fuit*. alter Palatinus, *Cæſari fuit*.

10. *In Mauſoleum ſe recepit. ubi maximos*] Reponenda ſcriptura Nazarii Codicis, *In Mauſoleum ſe recepit. ibi maximos, ut ſolebat, induta cultus*.

FREINSHEMII.

9. *Præparata*] Sic Pal. prim. & Jordanes, item editio Camertis, aliæque, Pall. reliqui, ſicut & Vineti mſſ. *parata*. Debent autem primo caſu hæc intelligi, referrique ad ſequens illud *profuere*; loquitur enim de machinatione Cleopatræ, quam exponit Plutarchus, Anton. cap. 89. Vetus editio Gruteri habebat, *aperta*.

Intra pudicitiam principis fuit] Pal. ſec. *intra pud. Cæſaris fuit*. tert. *int. pud. principi fuit*. an forte fuit? *intra pudicitiam fuit*, omiſſa voce intermedia. *Gruterus*. Ut *intra gloriam*, ſupra 1, 3, 5.

10. *Servarique ſe triumpho vidit*] Recte vidit: Cæſar enim omnibus modis id contendebat: eaque re ſollicite cuſtodiri juſſerat, ne ſibi manus inferret. quin etiam cum illa cuſtodes fefelliſſet, *Pſyllos admovit, qui venenum ac virus exſugerent*. Suetonius, Auguſto, 17, 10. Pſyllis enim hoc tribuunt auctores. Strabo, lib. 17. pag. 560: Tzetzes; Chil. 4. verſ. 438: Antigonus, mirabil. narrat. 19: Arnobius, lib. 1. pag. 83. & quos notavit Berneccerus ad Suetonii locum. In eadem hiſtoria Varronem inſigniter corruptum emendo. locus eſt ex libro primo rerum humanarum, citatus a Priſciano, lib. 10: *Ut habent farii, qui vocantur ὀφιογενεῖς, & in Africa Pſylli, quorum ophigeniſtum arbitrantur ſuppoſitum eſſe aliquem in ſtirpe, ſi admoveant, ut pungat colubra, cum pupugerit, ſi de genere ſit vivere; ſi non ſit mori*. Scribo, *Ut habent Parii, qui vocantur ὀφιογενεῖς, & in Africa Pſylli: quorum ὀφιογενεῖς, cum arbitrantur ſuppoſitum eſſe aliquem in ſtirpe, ſic admoveant, ut pungat, colubram: cum pupugerit, ſi de genere ſit, vivere; ſi non ſit, mori*. Parii ex inſula *Paro*, quomodo apud Pli-

ſoleum ſe (ſepulcra regum ſic vocant) recipit. ibi maximos, ut ſolebat, induta cultus, in 11 differto odoribus ſolio, juxta ſuum ſe collocavit Antonium: admotiſque ad venas ſerpentibus, ſic morte quaſi ſomno ſoluta.

Plinium, 28, 3. eſt in Turnebiano codice; pro quo alii male retinent *Cypro*. Sed hi etiam *Pharii* ſcribuntur apud aliquos, ut *Phalantus*, & *Palantus*, *Zophyrus*, & *Zopyrus* (vide Bongarſii & Bernecceri notam, ad Juſtin. 1, 10, 15:) unde alii male *farii*. Strabo non ab inſula *Pharo*, ſed ab urbe Troadis *Phario*, deducit iſtos *Pharios* τὰς ὀφιογενεῖς, lib. XIII. pag. 405, 1. Vide etiam Zonaram, tom. 1. pag. 161. p. ex quo firmatur emendatio Varronis.

SALMASII.

11. *Quaſi ſomno ſoluta*] Scripti omnes, *ſic morte quaſi ſomno ſoluta eſt*. & prorſus ita legendum exiſtimo.

FREINSHEMII.

Sepulcra regum ſic vocant] Scilicet hoc ignorabatur Flori ævo; aut ita ſolent hiſtorici verbis ſuis interpretationes addere?

Recipit. ibi] Sic Pal. pr. ac ſec.: vulgati *recipit. ubi.* ſed illud *ubi* reſpuit item v. e. & Pal. tertius. *Gruterus*. Noſtra vetus editio conſentit cum Palatinis prioribus.

11. *Maximos, ut ſolebat, induta cultus*] Hæc etiam verba, *ut ſolebat*, ſuppoſititia cenſeo, inſerta ab aliquo, qui de ſolenni Cleopatræ faſtu inaudiverat. Sed ejicienda ſunt, ut auctor ſibi conſtet, qui morem potius moriturorum, quam Cleopatræ exprimere voluit. Antiquitus enim ſolatium quoddam mortis habebatur, in pretioſiſſimis veſtibus mori, & ita quaſi ad tumulum componi; quem morem Dominus etiam noſter non damnaſſe videtur. unctus enim a muliere, diſcipulis indignantibus, inquit; *prævenit ungere corpus meum in ſepulturam.* Apud Ælianum, 3, 24: *Xenophonti curæ fuit, ut haberet arma pulcra & expolita. Aiebat enim, ſi viciſſet hoſtes, elegantiſſimo quoque ſe ornatu dignum eſſe: & ſi vitam amitteret in prælio, cum quodam decore appariturum in armatura ſplendida. Nam hæc eſſe ſtrenuo & forti viro ornamenta ſepulcralia, quæ revera ipſum ornent.* Adde ſupra, 1, 18, 10: Sic etiam Crœſo in pyram impoſito congeſtæ ſunt veſtes pretioſæ, &c. Nicolaus Damaſc. in Excerpt. Valeſ. pag. 458. m. Sed profana exempla plura collegerunt Viri Clariſſimi, Kirchmannus, de funeribus Romanorum, 1, 10: Valens Acidalius, ad Curtium, 5, 9: & Berneccerus ad Juſtinum, 14, 6, 9. e.

Differto odoribus ſolio] More exterorum regum. Tacitus, 16, 6, 3. de Poppæa Neronis: *Corpus non igni abolitum, ut Romanus mos: ſed regum externorum conſuetudine differtum odoribus conditur.* Sic Alexandro mortuo, Ægyptii Chaldæique *purgavere corpus, repletumque eſt odoribus aureum ſolium,* (ſic enim diſtinguendum vel ex Flori loco conſtat) *& capiti adjecta fortunæ ejus inſignia. Solium* ponitur his locis pro loculo, ubi mortui conduntur. ſicut & apud Plinium, 35, 12, 13. in antiquioribus quidem libris. & Curtium, 10, 1, 32.

Digitized by Google

CAP. XII.

Bella adverſus gentes exteras.

1 HIc finis armorum civilium. reliqua ad-
verſus exteras gentes: quæ, diſtricto
circa mala ſua imperio, diverſis orbis oris e-
2 micabant. Nova quippe pax: necdum aſſue-
tæ frenis ſervitutis tumidæ gentium inflatæ-
que cervices ab impoſito nuper jugo reſilie-
3 bant. Ad Septentrionem converſa ferme pla-
ga ferocius agebat: Norici, Illyrii, Panno-
nii, Dalmatæ, Myſi, Thraces & Daci, Sar-
4 matæ atque Germani. Noricis animos dabant
Al-

SALMASII.

4. NOricis animos dabant Alpes] Scriptum in optimo Codice, *Noricis animos Alpes dabant & in nives bellum non poſſet aſcendere.* ſcribendum conjicio: *ac ſi in nives bellum non poſſet aſcendere.* particulæ *&*, *ac*, invicem crebro mutantur.

FREINSHEMII.

1. DIſtricto circa mala ſua imperio] Vide ſupra, 3, 5, 4. f.

2. *Nova quippe pax*, &c.] *Crudum adhuc ſervitium* appellat Tacitus, 1, 8, 11. Conſimilis eſt huic Alexandri ſententia, apud Curtium, 6, 3, 6. *In novo, & (ſi verum fateri volumus) precario imperio, adhuc jugum ejus rigida cervice ſubeuntibus barbaris, tempore opus eſt, dum mitioribus ingeniis imbuantur* (al. *imbuuntur*; & mox, *permulcet*), *& efferates mollior conſuetudo permulceat.* quæque ibi ſequuntur alia. Tiberius *populum per tot annos molliter habitum, nondum audebat ad duriora vertere*; Tac. H. 1, 54, 4. *Illyriorum nationes, ingenio feroces, & ſervitutis inſuetæ, impoſitum nuper jugum excutere tentabant*; Supplem. Curt. 1, 5, 18. Adde Tac. H. 4, 17, 8: & Piccart. Obſerv. Polit. decad. VIII. cap. 11. Hinc explices illa Suetonii, Veſpaſ. 7, 4: *Auctoritas quædam & majeſtas, velut inopinato & adhuc novo principi deerat.* Item illud Tacit. Agric. 13, 1: Britanni *domiti ut pareant, nondum ut ſerviant.* Sic noſter, infra, num. 30.

VARIORUM.

QUæ hoc ultimo capite ſcribit Florus, habentur compendioſe a Suetonio, Aug. 20, & 21: Livio, lib. 132. & ſeqq. Eutrop. 7, 2. & ſeqq. Oroſ. 6, 17, ac deinceps. Quas gentes Auguſtus devicit, enumerat Virgilius in fine octavæ Æneï-

Digitized by Google

Alpes atque nives, quo bellum non poſſet aſcendere: ſed omnes illius cardinis populos, Brennos, Senones atque Vindelicos per privignum ſuum Claudium Druſum perpacavit. Quæ fuerit callidarum gentium feritas, facile vel

Æneïdis. Item Ovidius, Metam. 15, 129. Lege quæ ſcribit ſecundo Triſtium. Horat. Carm. 4, 14, & 15. Appianus, in eo libro, qui Illyricus inſcribitur, circa medium, enumerat gentes, quas Auguſtus ſubegit. Lege Sextum Ruffum. *Gamers.*

FREINSHEMII.

4. *Quo bellum non poſſet adſcendere*] Noricos autem quod attinet, cogitandum illis fuit, *nihil tam alte naturam conſtituiſſe, quo virtus non poſſet eniti.* ſicut Alexander ait apud Curtium, 7, 11, 10.

Omnes illius cardinis populos] Expeditionis hujus meminerunt Velleius, 2, 95. Strabo, fine libri quarti. Horat. Carm. 4, 4, & 14.

Brennos, Senones] Pal. tert. *Brennos, Sennos.* ſec. *Berenos, Scennos.* Pr. *Breunos, Scennos.* Gruterus. Eandem in prioris populi nomine diverſitatem notavit Caſaub. in Suet. Tib. 9, 6.





Claudium Druſum] *Hæc effigies Claudii Druſi, qui poſtea dictus fuit Germanicus, ex æreo N. apud* Arſchotan. XVII. Tab. 17. N. *De arcu triumphali, poſt Germanos devictos, ei erecto*, Suetonius, *apud* Oyzel. Theſ. XXV. Tab. 3. N.

SALMASII.

5. *Quæ fuerit callidarum gentium feritas*] Vocem illam *callidarum* non immerito ſuſpectam habemus. nihil enim minus convenit barbaris & feris gentibus, quam calliditas. &, ſi maxime conveniret, quorſum ejus calliditatis mentio, hoc quidem loco, cum nihil

vel mulieres oſtendere; quæ, deficientibus telis, infantes ipſos afflictos humo in ora mi-
6 litum adverſa miſerunt. Illyrii quoque ſub Alpibus agunt, imaſque valles earum, ac quædam quaſi clauſtra, cuſtodiunt, abruptis torrentibus impliciti. in hos expeditionem ipſe
7 ſumpſit fierique pontes imperavit. Hic ſe & aquis & hoſte turbantibus, cunctanti ad aſcenſum militi ſcutum de manu rapuit: & in via pri-

nihil ſequatur aut callide aut doloſe ab illis factum, ſed meræ feritatis & barbariæ facinus? Suſpicionem noſtram auxit optimus liber, in quo reperi, *albidarum gentium*. hoc quid ſit, equidem neſcio. forte ſcribendum ſit, *Alpicarum gentium*. *Alpicus* autem, & *Ciſalpicus*, & *Tranſalpicus*, in notis Tironis, & Senecæ, legitur. *c* & *t* ſæpe invicem mutatn: rurſus *t* & *d*. qui melius aliquid habebit, in medium illud proferat, ut optime tam de ſe, quam de nobis, mereatur.

5. *Adflictos humo*] N. *Adflictos humano*. ad oram libri eadem manu emendatum, *adflictos inhumane*. poſſet & legi, *afflictos ſua manu*. ſed nihil neceſſe eſt: nam *humo* rectum eſt.

6. *Ad quædam quaſi clauſtra*] Inepta lectio, & falſa. ſcribo: *imaſque valles earum, ac quædam quaſi clauſtra cuſtodiunt, abruptis torrentibus impliciti*. imæ valles Alpium ſunt quaſi pro clauſtris illis barbaris gentibus, propter loci naturam. Nos bene emendaſſe teſtes erunt optimæ membranæ, quæ habent, *& quædam quaſi clauſtra*.

Fierique pontes imperavit] *Fierique pontem & aquis imperavit*, Palatinus uterque, quibus conſentit priſca editio, quam in conſilium adhibuit nunquam ſatis laudatus vir Janus Gruterus. de qua ſcriptura nihil aliud dicere poſſumus, quam quod vix mereatur adlini chartis, cum manifeſtum vitium oſtendat. illi vero ſeſe ſimul & veritatem torquebunt, qui aliquid ex ea boni eruere periculum facient.

FREINSHEMII.

5. *Mulieres*] Immane hoc factum, non Alpinis feminis, ſed Cheruſcis, Suevis, Sicambris, tribuit Oroſius, 6, 21.

6. *Fierique pontes imperavit*] Ceterum diſſenſum hac de re auctorum, & quomodo conciliari poſſint, diſce a Caſaubono, & Berneccero; in Sueton. Auguſto. 20, 2. f.

VARIORUM.

6. *Ad quædam quaſi clauſtra*] Sic & Pal. ſec. nam tert. *ad quædam clauſtra*, ſine illo *quaſi*. at prim. *& quædam* (quomodo & editio noſtra vetus) cui ultimo ſuus item ſenſus, niſi fuit potius; *ut quædam*, aut, *& quidem*, Gruterus.

primus, tunc agmine ſequuto, quum Illy-
ricus multitudine pontem ſuccidiſſet, ſaucius
manibus ac cruribus, ſpecioſior ſanguine, &
ipſo periculo auguſtior, terga hoſtium perce-
cidit. Pannonii duobus ſaltibus, ac tribus flu- 8
viis,

SALMASII.

7. *Quum Illyricus multitudine pontem ſuccidiſſet*] Nemo hunc auctorem terere potuit, quin multa etiam calcaverit veſtigia correctorum temeritatis, ut hoc loco quam temere ſunt verſati. nihil aliud tamen effecerunt, quam ut hiſtoriam corrumperent. Tres jam pontes ruperant Illyrici; quartum, quem fieri imperaverat Auguſtus, non ſucciderunt, ſed ipſe ſponte ſua corruit, & cum eo Auguſtus, & qui eum ſequebantur. de illo quarto ponte nunc ſermo eſt. vaniſſima igitur lectio, *Illyricus*; qui quomodo potuit pontem multitudine ſuccidere? corruit ſane ille pons, multitudine eorum hominum, qui cum Auguſto erant, cum par eſſe non potuiſſet tantæ multitudini ſuſtinendæ. libri veteres, *lubricus* legunt, non *Illyricus*. Igitur legendum, *quem lubricus pons multitudine ſuccidiſſet*. *ſuccidere*, non a *cædo*, ſed a *cado*. nihil certius.

Specioſior & ſanguine] Membranæ & vetuſtæ & recentes: *ſpecioſiore ſanguine*. ſcripſerim ego: *ſpecioſior e ſanguine, & ipſo periculo auguſtior*.

8. *Duobus ſaltibus, ac tribus fluviis*] *Tres fluvios* οἱ καλοὶ διορθωταὶ pro duobus, quæ eorum eſt benignitas & liberalitas, reponere non dubitarunt. in omnibus ſcriptis ita habetur, *duobus ſaltibus, ac fluviis Dravo Savoque, vallantur*. his duobus fluviis contenti non fuerunt. tertium addiderunt, ſed quem? qui ſolus illis duobus major eſt, Iſtrum ſcilicet. ſequitur incontinenti, *in hos domandos Vibium miſit. cæſi ſunt in utriſque fluminibus*. ſi tres fluvios ſcripſerat prius Annæus, an Latine nunc loquatur, cum ſcribit, *in utriſque fluminibus*, equidem neſcio; ipſi illi homines viderint, per quos ita loquitur Florus. nos nihil vetemur priſcam lectionem aſſerere, & ineptorum commenta nihili facere.

VARIORUM.

7. *Quum Illyricus multitudine pontem ſuccidiſſet*] Palat. tertius: *cum lubricus multitudine pons*, &c. Sed neſcio, an *lubricus pons* dici queat, qui eſt infirmior & ruinæ proximus; deinde illud *pons* non extat in Nazariano noſtro, ſed aliud quid: habet enim, *cum lubricus multitudine puti ſuccediſſet*, ſtatimque emendatum, *multitudine ſputi ſuccidiſſet*. Jordanes oſtentat: *cum ſubruptus multitudine pons ſuccidiſſet*, quod *ſubruptus*, facile mutetur in *ſubrutus*, ſententia perſpicua, & forſan auctoris genuina. *Gruterus*.

FREINSHEMII.

8. *Duobus ſaltibus, ac tribus fluviis, Dravo, Savo, Hiſtroque vallabantur*] Illud *Hiſtro* non agnoſcitur a Pal. pr. aut ſec. habet tamen uterque, *ac tribus fluviis Dravo Savoque*. eſt in tert. *ac tribus fluviis Dranoyo Sonochiſtio valantur*. & vero *vallantur* extat item in Pal. pr. ac forte reſcribendum, *Pannonii duobus ſaltibus ac fluviis, Dravo, Savoque vallantur*, habet

viis, Dravo; Savo Hiſtroque vallabantur. populati proximos, intra ripas ſe recipiebant. in hos domandos Vibium miſit. cæſi ſunt in u-
9 triſque fluminibus. Arma victorum non ex more belli cremata; ſed capta ſunt, & in profluentes data: ut ceteris, qui reſiſtebant, vi-
10 ctoria ſic nuntiaretur. Dalmatæ plerumque ſub ſilvis agunt: inde in latrocinia promptiſ-
11 ſimi. Hos jam quidem Marcius incenſa urbe Delminio quaſi detruncaverat: poſtea Aſinius Pol-

habet Jornandes: *Pannonii vero duobus lacribus fluviis Dravo Savoque vallantur.* Gruterus. Certe de duobus tantum fluminibus locutum eſſe Florum ea quoque ratione Salmaſius evincit, quod mox ſequitur *in utriſque fluminibus*, quæ vox pluribus quam duobus applicári non poteſt.

SALMASII.

In hos domandos Vibium miſit] *Vinnium, Mumium, Vimuum*, tot modis corruptum reperitur illius ducis nomen. infra etiam *Ubio* legitur, & *Jubio*, & *Vibio*, ad quæ perpendenda nobis otii nunc non eſt ſatis.

FREINSHEMII.

8. *Vibium*] Videtur idem eſſe, qui Dioni, ſub fin. lib. 49. *Fufius Geminus* ſed veriorem omnino puto Pighii conjecturam, qui *Tiberium* reſcribendum ait. idque nomen corrupiſſe librarios, VIB. pro TIB. ſcribendo. Vide ipſum, in Annalibus, ab U. C. anno DCCXLIII.

9. *Non ex more belli cremata*] Moris hujus exempla notavimus ſupra, 2, 4, 5. Appianus, in Punico, de Africano minore: *Scuta, machinas, & naves inutiles, Marti Minervæque ſacratas, accinctus cremavit, more patrio*,

11. *Marcius*] C. Marcius Figulus, qui conſul fuit Anno U. C. DXCVII. collega L. Cornelio Lentulo Lupo. Hic igitur primo pulſus a Dalmatis, poſtea nec opinantes aggreſſus vicit, urbemque Delminium, injecto ex catapultis igne, magna ex parte concremavit. Hæc fere Pighius, in Annalibus, ex Livii Epit. 47. Appiano, in Illyricis; Zonara; & Obſequente, cap. 75. qui tamen mendoſus eſt, ut puto, legitur; *Dalmatæ Scordis ſuperati.* forte ſcribendum, *Dalmatæ, & Scordiſci.* hi enim populi vicini. Vel etiam *Dalmatæ a Scordiſcis*; horum enim opera viciſſe Romanos & Dio ſcripſit.

VARIORUM.

11. *Aſinius Pollio*] Conſul cum Cn. Domitio fuit Anno U. C. DCCXIII. & de Parthinis triumphaſſe legitur. Anno DCCXIV. Parthini ſunt Illyrii populi ſupra Apolloniam & Dyrrachium, in Epiro. Aſinium de Dalmatis triumphaſſe Horatius teſtatur, cum ita cecinit: Carm. 1. lib. 2:

Et conſulenti Pollio curiæ,
Cui laurus æternos honores
Dalmatico peperit triumpho.

Porphyrion ibidem, eum Salona Dalmatiæ urbe maritima capta triumphaſſe: & Servius, in expoſitione

Pollio gregibus, armis, agris, multaverat (hic
ſecundus orator) ſed Auguſtus perdomandos 12
Vibio mandat: qui efferum genus fodere terras coëgit, aurumque venis repurgare: quod alioquin gens omnium cupidiſſima, ſtudioſa diligentia anquirit: ut illud in uſus ſuos ſervare videatur. Myſi quam feri, quam truces 13
fuerint, quam ipſorum etiam barbari barbarorum, horribile dictu eſt. Unus ducum, 14
ante aciem poſtulato ſilentio, *Qui vos*, inquit, *eſtis?* Reſponſum invicem: *Romani gentium domini.* Et illi, *Ita*, inquiunt, *fiet, ſi nos viceritis.* Accepit omen Marcus Craſſus.

ſitione Pollionis Vergiliani ſcribit, Aſinium Pollionem ductorem Germanici exercitus, cum, poſt captas Salonas Dalmatiæ urbem, primo meruiſſet lauream, poſtea conſulatum adeptus eſſet, eodem anno ſuſcepiſſe filium, quem a capta civitate *Saloninum* vocavit. *Stadius.*

SALMASII.

12. *Studioſa diligentia anquirit*] *Adquirit*, Nazarii libro. aliis, *acquirit.*

14. *Ita, inquiunt, ſi nos viceritis*] *Ita, inquiunt, fiet, ſi nos viceritis*, jubentibus libris, ſcribendum.

FREINSHEMII.

Hic ſecundus orator] Neſcio quid ſibi velint iſta verba; niſi fortaſſe *ſecundum*, a Cicerone, *Oratorem* faciunt; aut, ut equidem legendum crediderim, *facundum oratorem.* certe bonus orator fuit, ut Seneca, de tranqu. animi, 16, 11: Plin. 7, 30, 6. dialogus etiam de oratoribus, cap. 17. & alibi, teſtatur. ſed quomodocunque ſcribas, dixerim, gloſſam eſſe ſtudioſi cujuſdam, qui ſua cauſſa, ut noſſet hominem, hoc in margine notaverit. Apud Euſeb. *Pollio orator & conſularis, qui de Dalmatiis triumpharat.*

12. *Ut illud in uſus ſuos ſervare videatur*] Non video ſenſum iſtorum, nec veſtigium adeo ſermonis Floriani.

14. *Ita, inquiunt, fiet, ſi nos viceritis*] Simile quid eſt apud Livium, 35, 14, 6. in colloquio Scipionis & Annib. *Quidnam tu diceres, inquit ille, ſi me viciſſes?* &c.

VARIORUM.

14. *M. Craſſus*] M. Licinius Craſſus cos. fuit cum Cæſare tert. anno U. C. DCCXXIX. ipſum de Threcis & Getis triumphaſſe Capitolini triumphi teſtantur, qui in Macedoniam miſſus Myſos bis devicit. itidem Baſtarnas Scythas, qui Myſiam invaſerant, ac regem eorum Deldonem interfecit, cetera Dio, lib. 51. pag. 527. Myſii ſuperiores cis & ultra Danubium habitabant: inferiores, Macedoniæ

ſus. Illi ſtatim ante aciem immolato equo concepere votum, *ut cæſorum extis ducum & litarent, & veſcerentur.* Deos audiſſe credide-
16 rim. nec tubam ſuſtinere potuerunt. Non minimum terroris incuſſit barbaris Domitius centurio, ſatis barbaræ, efficacis tamen apud pares homines ſtoliditatis, qui, foculum gerens ſuper caſſidem, ſuſcitatam motu corporis flammam velut ardenti capite fundebat.
17 Ante hos Thracum maxime populus deſciverat.

niæ a meridie, Danubio a Septentrione, & Dacis, finitimi erant. *Stadius.*

SALMASII.

16. *Domitius centurio*] *Chonidius*, aut *Conidius*, habent noſtri libri. nam vulgatum *Domitius* corruptum ex Domidius, vel Donidius, illo etiam corrupto pro Chonidius. de illo vero Chonidio quærant otioſi eruditi.

17. *Ante hos, Thracum*] Plurima loca nos valide in tantulo ſcripto exercuerunt, ſed nullus æque nos male habuit: nihil enim illo exercitio profecimus, & deſudavimus plus ſatis, corruptiſſimum eſſe non dubito judicare: quomodo autem ſit reſtituendus, docere non poſſum. optimus liber ita concipit, majuſculis litteris. *Ante* ASSE REGUM *maxime dicitur deſciverant, ille barbarus.* ſub iſta balbutie latent nomina aliquot populorum Thraciæ, quos aliquando fortaſſe e latebris eruam, nunc non poſſum, his excluſus anguſtiis. pro *antea ſe regum*, facerem *antea Threcum.* *ſ* pro *t.* quod ſolenne erat in illis optimis membranis, *g* pro *c*, *vatiginans* pro *vaticinans*, & multa hujuſmodi, *Maxi*, *Medi*, *citur.* *Medi* populus Thraciæ. reliqua divinare nequeo.

FREINSHEMII.

15. *Statim ante aciem*] Non ergo Romanus tantum hic mos, ſed aliis quoque gentibus communis. Sic Lacedæmonii reges Muſis immolarunt ante prælium. auctor Plutarchus, Lycurgo, cap. 59.

Equo] Victimas equinas pluribus gentibus in uſu fuiſſe, dudum notarunt Lipſius, aliique, ad Tacitum, 6, 37, 2. *Equum immolatum eſſe Cyro*, ſcribit Arrian. 6, 5, 16. *Cyrus* autem cum Perſice *Solem* notet, Solique equum immolari ſuetum Juſtin. 1, 10, 5. ſcribat, diſpiciendum, num aliquis error inter Cyrum *Solem* & *Regem* ſit. Vide etiam Feſtum, in *October equus.*

16. *Foculum gerens ſuper caſſidem*] Sic Homerus Diomedis galeam vocat *πυρ ὀφιεῖσαν.* quod imitatus videtur Virg. VII. Æneid. ubi de Turni galea. *Chonodomarii vertici flammeus foculus aptabatur*; Marcellin. 16, 27. Gruterus putat, hoc non adeo inuſitatum fuiſſe priſcis ſeculis, ut a Floro Barbaræ ſtoliditati adſcribendum fuerit. Vide ipſum, ad Livium, 26, 51, 3. Utcunque ſe res habeat, firmatur

Digitized by Google

rat. Ille barbarus & ſignis militaribus, & diſciplina, armis etiam Romanis, aſſueverat: ſed a Piſone perdomiti, in ipſa captivitate rabiem oſtendere. quippe, quum catenas morſibus tentarent, feritatem ſuam ipſi puniebant.
Daci montibus inhærent. Cotiſonis regis im- 18
perio, quoties concretus gelu Danubius junxerat ripas, decurrere ſolebant, & vicina po-
pulari. Viſum eſt Cæſari Auguſto gentem ad- 19
itu difficillimam ſubmovere. Miſſo igitur Lentulo,

matur certe dictum iſtud Parmenionis, apud Curt. 4, 13, 5: *vanis & inanibus militem magis, quam juſtis formidinis cauſſis, moveri.* qua de cauſſa Hunni etiam faciem & comam ad formidinem formabant, ut Marcellinus, initio lib. 31. aliique memorant. Sic etiam hodierni Huſſari dicuntur alas tergo capitique aptaſſe viſi, ad incutiendum hoſtibus terrorem. Vide Gruteri diſcurſum ad Tacitum tertium decimum.

SALMASII.

18. *Danubius junxerat ripas*] Nazarii Schedæ, *vinxerat ripas.* ſed *junxerat* verum eſt. alii, *vinxerat ripa*; & pro *decurrere, diſcurrere.* mox *& viciniam populari*, non *vicina*, ut vulgo.

FREINSHEMII.

17. *Ille barbarus & ſignis militaribus,* &c.] Ceteræ quoque gentes cum cernerent, præcipuas Romanorum vires in ordine diſciplinaque militari conſiſtere; inſtitutum eorum imitatæ ſunt. Exemplum eſt *Syphacis*, apud Livium, 24, 48. Sic *Germani*, apud Tacit. 2, 45, 3. *Tacfarinas*, apud eundem, 2, 52, 4. *Dejotarus*, apud Cic. ad Attic. 6, 1: & Philip. 11, 13: item apud Hirtium, Bel. Alex. cap. XXXII. *Scythicæ gentes*, in Hiſt. miſcella, 12, 19. *Tigranes, & Mithridates*, in Olymp. deſcriptione, ſubjuncta Euſebio Scalig. pag. 340. p. 1.

A Piſone perdomiti] Meminerunt Dio, lib. 54. pag. 624: & Vellei. 2, 98. Item Zonaras, tom. II. pag. 165.

18. *Cotiſonis*] Et Daciæ regem facit hunc Horatius, in carm. octavo libri tertii. ſed ſi quis cognoverit, quæ de Dacis, Getis, Myſis, ſcripſerunt Strabo, Plinius, Dio libro extremo quinquageſimo ſecundo, non dubitabit, ut arbitror, quin hic Cotiſo Dacorum, Cotiſo ſit Getarum rex, cui Octavianum Auguſtum filiam ſuam Juliam deſpondiſſe primum, & ejus filiam ſibi quoque invicem in matrimonium petiiſſe, dicit Marcus Antonius, apud Suet. Aug 63, 5. *Vinetus.* Forte promiſcue uſurpata fuerint antiquis hæc nomina. *Daci* enim *quoque ſoboles Getarum ſunt*, inquit Juſtinus, 32, 3, 16.

19. *Auguſto*] Videtur abundare. quemadmodum mox, verſ. 64.

FREINS-

Digitized by Google

tulo, ultra ulteriorem repulit ripam. citra præſidia conſtituit. Sic tunc Dacia non victa, ſed
20 ſummota, atque dilata eſt. Sarmatæ patentibus campis inequitant. & hos per eundem Lentulum prohibere Danubio ſatis fuit. Nihil præter nives, raraſque ſilvas habent. Tanta barbaries eſt, ut pacem non intelligant.
21 Germaniam quoque utinam vincere tanti non putaſſet! magis turpiter amiſſa eſt; quam glo-
22 rioſe acquiſita: ſed quatenus ſciebat patrem ſuum Cæſarem, bis trajecto ponte Rheno, quæſiſſe bellum, in illius honorem concupiit facere provinciam. & factum erat, ſi barbari tam

Freinshemii.

Ultra ulteriorem ripam] Eximius amicorum meorum Robertus Robertinus, malebat *in ulteriorem*, nam ſequitur, *citra præſidia conſtituit*. Videatur tamen Florus more ſuo victoriam Romanorum extendere, & non ultra flumen tantum ſubmotos dicere Dacos, ſed ex ſua quoque ripa pulſos.

20. *Patentibus campis inequitant*] Sarmatarum gens equeſtris hodieque, pugnis pedeſtribus non perinde idonea. Tacitus, H. 1, 79, 5: *Mirum dictu, ut ſit omnis Sarmatarum virtus velut extra ipſos: nihil ad pedeſtrem pugnam tam ignavum; ubi per turmas advenere, vix ulla acies obſtiterit.*

21. *Utinam vincere tanti non putaſſet*] Meminiſſe debuerat, quod eſt apud Thucydidem, 6, 2, 15: *Stultum eſſe aggredi, quos etiamſi vincas, retinere non poſſis.* Et apud Salluſt. in Jug. XXXI *majus dedecus eſſe, parta amittere, quam omnino non paraviſſe.*

22. *In illius honorem*] Scilicet, *ne obtrectare parentis gloriæ videretur*, quam etiam cauſſam fuiſſe Neroni, ne ex Britannia deduceret exercitum, refert Suetonius in vita, 18, 1. Reprehenſionem ea re incurrit Hadrianus, dimiſſis quæ Trajanus vicerat. Vide Spartianum.

Si barbari tam vitia noſtra, quam imperia, ferre potuiſſent] Idem dicit, quod Tacitus, Agr. 13, 1: *Ipſi Britanni delectum ac tributa, & injuncta imperii munera impigre obeunt, ſi injuriæ abſint. has ægre tolerant.* quod ibi *injuriæ*, hoc heic *vitia*; mea quidem opinione. *Gruterus.* Qui idem hoc dictum multis aliis egregie illuſtrat, in diſcurſibus ad Tacitum; capite 51. Sic Friſii *pacem exuere, noſtra magis avaritia*, ait Tacitus, *quam obſequii impatientes*, Tac. 4, 72, 1.

Variorum.

21. *Germaniam*] Bella in Germania, auſpiciis Auguſti, a Druſo geſta ſcribit Livius libb. quatuor ultimis ab U. C. Strabo, lib. 7. in pr. Eutrop. & Oroſ. ubi ſupra: Val. Max. 4, 3, 3: & 5, 5, 3. *Camers.*

Sal-

tam vitia noſtra, quam imperia ferre potuiſſent. Miſſus in eam provinciam Druſus, pri- 23
mos domuit Uſipetes: inde Tenctheros percucurrit, & Cattos. Nam Marcomanorum ſpoliis inſignibus quendam editum tumulum in tropæi modum excoluit. Inde validiſſimas 24
nationes, Cheruſcos, Suevoſque, & Sicambros pariter aggreſſus eſt: qui, viginti centurionibus incrematis, hoc velut ſacramento ſumpſerant bellum, adeo certa victoriæ ſpe, ut prædam in anteceſſum pactione diviſerint. Che-

SALMASII.

22. *Quam imperia, ferre potuiſſent*] Aliter conceptum ſcriptumque in veteribus D. Nazarii membranis, longe melius, ſi quid judicii habeo, hunc in modum, *ſi barbari vitia noſtra, quam imperia, maluiſſent.* vetus editio *maluiſſent* etiam retinet. *Facere imperia, facere juſſa*, Latinum eſſe omnes facile mihi concedent. *vitia facere* etiam eleganter, hoc eſt, vitia imitari, & vitiis ſimilibus inquinari. Hæc qui non intellexerunt, facile ad ea mutanda impulſi ſunt, quæ minime capiebant.

23. *Inde Tenctheros percurrit*] *Percucurrit* in veteribus. vide quæ ſupra notavimus.

24. *In anteceſſum*] Ut *antiſtare*, pro *anteſtare*, dixerunt veteres, ita *anticeſſum* ſemper exaratum reperimus in optimis & vetuſtiſſimis D. Nazarii membranis. ſic & *anticeſſor* ἀρχαϊκῶς pro *anteceſſor*. unde & apud Heſychium ἀντικήνσωρ. pro eodem. *pertiſus*, pro *perteſus*, aliud eſt, ut loquebatur Scipio ille Africanus, idem ille *rederguiſſe* per *e* literam enuntiabat, teſte Pompeio, non *redarguiſſe*. perperam in illo loco viri doctiſſimi *redarguiſſe* legunt, cum potius ſit ſcribendum *rederguiſſe*, ut jam diximus. ſed de his pluribus alias diſputabimus. Hoc eodem loco *diviſerint* malim ex veteri libro: *adeo certa ſpe victoriæ, ut prædam in anticeſſum pactione diviſerint.*

FREINSHEMII.

23. *Druſus*] De hoc Ovidius, ſecundo Triſtium. Virg. in fine octavæ Æneïdis. Horatius, Carm. 4, 4. Scribunt Porphyrio, & Acron. Horatium, quartum carminum librum, contra inſtitutum feciſſe, in laudem Druſi Neronis, privigni Auguſti, , filii Neronis. Druſi mortem longo ſimul & eleganti carmine deplorat Ovidius, ad Liviam matrem ſcribens. *Camers.* Druſi geſta præcipua habes apud Dionem, lib. LIV. in A. U. C. DCCXLII.

Marcomanorum ſpoliis] Dio, pr. lib. 55: *Druſus ad Albim uſque perrexit. hunc cum fruſtra conatus eſſet tranſire, trophæis conſtitutis receſſit.* Igitur Marcomani tum temporis ad Albim coluerint: quod & ex

Digitized by Google

25 Cheruſci equos, Suevi aurum & argentum, Sicambri captivos elegerant: ſed omnia retrorſum. Victor namque Druſus equos, pecora, torques eorum, ipſoſque præda diviſit, & 26 vendidit. præterea in tutelam provinciarum præſidia atque cuſtodias ubique diſpoſuit, per Moſam flumen, per Albim, per Viſurgim. Nam per Rheni quidem ripam quinquaginta amplius caſtella direxit. Bonnam & Geſoriacum

ex Tacito colligas, Germ. cap. 42.

Editum tumulum] Vide notata ſupra, 2, 17, 16.

24. *Viginti centurionibus incrematis*] Ita capiendus Tacitus, de iiſdem gentibus, 1, 61, 6: *lucis propinquis barbaræ aræ, apud quas tribunos ac primorum ordinum centuriones mactaverant.* Simile eſt exemplum Tarquinienſium, apud Livium, 7, 15, 10.

Adeo certa victoriæ ſpe] Quæ tamen multos fefellit. vide ſupra, 3, 7, 3.

SALMASII.

26. *Bononiam & Geſoriacum*] *Bonam & Geſogiacum*, in libris ſcriptis. ſed quodam capite noſtrorum miſcellaneorum multa ad hunc locum ſcripſimus, quæ hic non repetam.

FREINSHEMII.

26. *Per Albim*] Hæc, aliaque, de Germanicis rebus, copioſe explicat Cluverius. Albis porro, terminus erat imperii, aut potius nominis Romani. eum enim id temporis non tranſcenderant; Strabo, lib. 7. pag. 203: niſi forte, ut ſtatim retrocederent, quod videtur innuere Tacitus, 4, 44, 5. Ceterum retinendis provinciis firmiſſima vincula ſunt fluvii: quorum commoda tangit & noſter ſupra, 3, 11, 7: *Jam primum, qui ſolus & ſubvehere commeatus, & munire, poterat, a tergo relictus Euphrates.*

Per Rheni quidem ripam] Hæc igitur origo urbium oppidorumque, quæ hodieque in Gallica ejus ripa viſuntur, crebra & præclara. De quibus multa ſcitu digna jucundaque modo laudatus Cluverius. Cur autem tantum caſtrorum numerum ibi poſuerit Druſus, rationem haurias ex illis Taciti, 4, 5, 2: *præcipuum robur Rhenum juxta, commune in Germanos Galloſque ſubſidium, octo legiones erant.*

Bonnam & Geſoriam cum] In magna librorum & hominum doctorum de his locis pugna, tutiſſimum videbatur reſcribere, quod pluribus mſſ. firmaretur. Ceterum accedo plane ſententiæ Cluverii, quum de Germania antiqua, 2, 13, & 17. prodit, *Bonnam, & Magontiacum*, legendum hic eſſe. ad dubium enim, quod ex phraſi, *ponte jungere*, Vinetus movet, dixerim, ſeparatim hæc eſſe intelligenda, Bonnam ponte junxit, & Magontiacum ponte junxit, h. e. pontem & hic ædificavit, & ibi. Sicut *committere*, ſupra, 1, 4, 2. uni *Tiberino* tribuitur. Apud Scalig. in Notit. Galliæ, voce *Itius*, legitur *Geſſoriacus*, & *Bononia*.

SAL-

cum pontibus junxit, claſſibuſque firmavit. Inviſum atque inacceſſum in id tempus Her- 27
cynium ſaltum patefecit. Ea denique in Germania pax erat, ut mutati homines, alia terra, cœlum ipſum mitius molliuſque ſolito videretur. Denique non per adulationem, ſed 28
ex meritis, defuncto ibi fortiſſimo juvene, ipſi, quod nunquam alias, ſenatus cognomen ex provincia dedit. Sed difficilius eſt provin- 29
cias

SALMASII.

27. *Invium atque inacceſſum*] *Inviſum atque inacceſſum.* ut legendum jam pridem obſervarunt eruditiſſimi viri.

FREINSHEMII.

27. *Alia terra*] Tacitus, H. 1, 45, 1: *Alium crederes ſenatum, alium populum.*

28. *Non per adulationem*]. Nondum enim invaluerat iſte morbus, ut qui gentem aliquam non bello modo, ſed ne prælio quidem vicerat, protinus eam indueret nomini. ſicut poſteriores principes, ex gentium non dico victarum, ſed ne viſarum quidem vocabulis, *Parthici*, *Germanici*, *Gothici*, &c. audivere: quod ipſum etiam Aureliano fortiſſimo imperatori indignum viſum eſt. proterea *quum illum Carpicum ſenatus abſentem vocaſſet* (quamvis Carpos viciſſet), *mandaſſe illico fertur; Supereſt, P. C. ut me etiam Carpiſculum vocetis.* Non abſtineo manum, quin Valerii Maximi verba, 2, 8, 5. adſcribam; *Probentur nunc cujuſlibet gloriæ cupidi, qui ex deſertis montibus, myoparonumque piraticis roſtris, laudis inopes, laureæ ramulos feſtinabunda manu decerpſerunt.*

Quod nunquam alias, ſenatus] Ita v. e. nam ſeqq. *quod nunquam alteri.* Vinetus utrumque admiſit, *quod nunquam alias alteri, ſenatus.* inepte. & alioqui ſtant a prima ſcriptura Pall. tres. *Gruterus.* Illa verba, *quod nunquam alias*, interpretor de cognomine Germanici.

Cognomen ex provincia dedit] Ovidius, Faſt. 1, 597:

Et mortem, & nomen Druſo Germania fecit.

Non autem ipſi tantum, ſed ſimul etiam filiis datum eſt, Dio, princ. libri 55. Quemadmodum *Britannici* nomen, & Claudio Imp., & ejus filio, apud eundem Dion. lib. LX.

29. *Difficilius eſt provincias obtinere, quam facere*] Eadem ſententia ſupra, 2, 17, 8. Vide Camerarium in ſubciſivis, 1, 2: & 2, 50. Gruterum diſcurſuum ad Tacitum, 18, & 25. Grotium, de jure belli & pacis, 3, 15. Notum eſt illud Ovidii:

Non minor eſt virtus, &c.

VARIORUM.

27. *Inviſum*] Non dubitavi admittere ſcripturam veteris noſtræ editionis, cum eam roborarent mſſ. Vineti (habet ita noſtra quoque vetus): *inviſum* enim etiam

 id,

Digitized by Google

cias obtinere, quam facere. viribus parantur,
30 jure retinentur. Igitur breve id gaudium. Quippe Germani victi magis, quam domiti erant: moreſque noſtros magis, quam arma ſub imperatore Druſo ſuſpiciebant: poſtquam
31 vero ille defunctus, Vari Quinctilii libidinem ac ſuperbiam haud ſecus, quam ſævitiam, odiſſe

id, quod nunquam antea vidimus. vulgabatur prius, *invium.* quomodo nec ullus Palatinorum. *Gruterus.*

FREINSHEMII.

30. *Victi magis, quam domiti*] Fabianus, apud Senecam, Suaſ. 1: *Memento Alexander, matrem in orbe victo adhuc magis, quam pacato, relinquis.* Curt. 6, 3, 19: *eodem prælio domitas eſſe* (gentes), *quo victæ ſunt.*

Suſpiciebant] Quidam impreſſi, *ſuſceperant.* Naz. codex. (& q. I.) *ſuſcipiebant*: ut putem omnino legendum, *ſuſpiciebant*, velitque reveritos magis mores bonos Romanorum, quam vires & arma. non negaverim quidem alteri ſcripturæ ſuum eſſe ſenſum: ſed interim non intelligo, quid ſit *ſuſcipere arma*; vixque etiam quid, *ſuſcipere mores.* Gruterus. Ejus judicium, quod meam etiam conjecturam (ſic enim ante viſas illius notas ſcribendum putaveram) firmat, ſecutus ſum. ita ſupra, 1, 26, 5: *Verum in his ipſis ſeditionibus principem pop. non immerito ſuſpexeris.* Sic etiam puto legend. in Ovid. amor. 3, 8, 1. Auguſtin. in inſcriptione epiſt. LX. & aliis

31. *Superbiam*] Supra, 1, 7, 4: *ſuperbia crudelitate gravior eſt bonis.* Pacatus, panegyrico, cap. 20: *majores noſtros ita pertæſum eſt arrogantiæ, ut graviorem ſemper putaverint ſervitute contemptum, ejuſque impatientia ſint coacti poſt bellatores Tullos, Numaſque ſacrificos, & Romulos conditores, regnum uſque ad nomen odiſſe. Denique ipſum illum Tarquinium execratione poſtrema, hoc damnaverunt maledicto; & hominem libidine præcipitem, avaritia cæcum, immanem crudelitate, furore vecordem, vocaverunt Superbum, & putaverunt ſufficere convicium.* Servius, ad Æneid. 11, 15: *Apud majores ſuperbia ingens facinus fuit, adeo ut Tarquinius pro multis ſceleribus Superbi nomen acceperit.* nec iſtud Senecæ, de clement. 1, 10, 4. quamvis ad principes magis, ad ſolos principes pertinet; *contumeliæ acerbiores ſolent eſſe, quam injuriæ.* Ex qua ſententia ſimul intelligere poſſis, quid differant contumelia & injuria. nam JCti confundunt, & pro iiſdem habent l. 1. de injur. *ſpecialiter autem injuria dicitur contumelia.* Sed Seneca accurate diſtinguit, ut & de conſtant. ſap. 2, 4: *Tutus eſt ſapiens, nec ulla affici aut injuria, aut contumelia, poteſt.* Differentiam porro horum explicat idem de conſtant. ſap. ut contumelia ſit eorum, *quæ non lædunt, ſed offendunt.* quod per exempla quoque explicat in fine dicti libelli. Vide plura in Indice. Contumeliæ vocabulum Germanice reddimus *Schimpff*; injuriæ proprium non invenimus.

SAL-

Digitized by Google

ſe cœperunt. Auſus ille agere conventum:
& in caſtris jus dicebat, quaſi violentiam bar-
barorum & lictoris virgis, & præconis voce
poſſet inhibere: at illi, qui jam pridem rubi- 32
gine obſitos enſes, inerteſque quererent equos,
ut primum togas, & ſæviora armis jura vide-
runt, duce Arminio arma corripiunt, quum
interim tanta erat Varo pacis fiducia, ut ne 33
prædicta quidem, & prodita per Segeſtem u-
num principum conjuratione commoveretur.
Itaque improvidum, & nihil tale metuentem 34
im-

Salmasii.

32. *Rubigine oblitos*] *Obſitos*, in altero Palatino.

Inerteſque mœrerent equos] Optimus liber, *inerteſque ererent equos.* nihil melius poſſum, quam *mœrerent.* quod ex prima editione repoſuit vir doctiſſimus J. Gruterus, cum in aliis editionibus eſſet *cernerent.*

Freinshemii.

31. *Et in caſtris jus dicebat*] Sic editio Stadiana, quomodo hæc verba citantur etiam Sigonio, de antiquo jure provinciarum, 3, 13. alii habent; *& in caſtris,* (aut *in caſtos*) *ſe direxerat.* nullo ſenſu.

Et lictoris virgis] Forte *lictoriis virgis.* certe *&* illud abundat, quod aliæ editiones in priorem locum rejecerunt; *& barbarorum lictoris.*

32. *Togas*] Has enim ſumebant in juriſdictione, ſaltem advocati, cauſſidici, & id genus. ut notat Lipſius ad illa verba Plinii, in paneg. cap. 65: *hoſtilemque terrorem, non armorum magis, quam togarum, oſtentatione compeſcere.* Hinc tam ſollicitus eſt Quintilianus in oratore ſuo toga decore amiciendo, inſtitut. orat. 11, 3. Hinc Apuleio, fine lib. 10. appellantur *togati vulturii. vulturii*, quod litibus immineant, ut aves illæ cadaveribus; *togati*, ab uſu togæ. Veſtim autem hanc valde exoſam fuiſſe Germanis, clamant hæc Armenii in Segeſtum: *hominem Germanos nunquam ſatis excuſaturos, quod inter Albim & Rhenum virgas, & ſecures, & togam, viderint*, apud Tacit, 1, 59, 5.

33. *Unum principum, conjuratione*] Ita v. e. nam mſſ. Vineti, *unum principem, ducum conjuratione.* vulgg. *unum ducum conjuratione.* omnes male. nam & prima lectio viſitur in omnibus Palatinis. *Gruterus.* Ex mſſ. legerim: *virum principem, ducum conjuratione.* plures enim duces conjuraverant. Dio, lib. 56. pag. 668: *Erant inter eos qui conſpiraverant, duceſque inſidiarum, & belli, quod tum conflabatur, præcipui, Arminius, & Segimerus.* hiſtoriam petes ex Tacito, 1, 58: Velleio, 2, 118: Strabone, lib. 7: aliis.

Variorum.

32. *Arminio*] V. e. & mſſ. Vineti *Armenio.* quod cur non revocamus? ſic ſane etiam Pall. tres. *Gruterus.*

improviſo adorti, quum ille, (ô ſecuritas) ad tribunal citaret, undique invadunt, caſtra
35 rapiunt, tres legiones opprimuntur. Varus perditas res eodem, quo Cannenſem diem
36 Paulus, & fato eſt & animo ſequutus. Nihil illa cæde per paludes, perque ſilvas cruentius: nihil inſultatione barbarorum intolerantius, præcipue tamen in cauſarum patronos.
37 Aliis oculos, aliis manus amputabant: unius os ſutum, reciſa prius lingua, quam in manu tenens barbarus, *Tandem*, inquit, *vipe-*
38 *ra, ſibilare deſiſte.* Ipſius quoque conſulis corpus, quod militum pietas humi abdiderat, effoſ-

FREINSHEMII.

34. *Quum ille (ô ſecuritas!) ad tribunal*] V. e. *quum ille ad ſecures & ad tribunal*, non inepta quoque lectio, & præ qua alteram fere habuerim inferiorem, ſi ſic quoque foret in mſſ. ſed non. Palatini certe alterum propugnant. *Gruterus.* Porro non putem, Florum alios annales ſequi, quam reliquos auctores. quod enim non omnes circumſtantias minutim perſequitur, more ſuo, & lege compendii, facit.

35. *Eodem, quo Cannenſem diem Paullus*, &c.] Id eſt, ſequutus eſt exemplum Paulli, ac ſupereſſe noluit, exercitu occiſione occiſo. inepte alii ex iſto Flori loco eruere volunt diem cladis Varianæ; uti egregie oſtendit cariſſimus animo meo Caſaubonus, ad Suetonii Auguſtum, cap. 23. *Gruterus.* Ita ſupra, 4, 2, 35: Curioni *pudor ſuaſit, ut omiſſum ſua temeritate exercitum morte ſequeretur.*

36. *Intolerantius*] Ita Naz. & q. I. & alludit Pal. tert. in [illegible]in. *toleratius.* alii præferunt. *intolerabilius* mutarunt, qui illud alterum hoc ſenſu dici non putabant. ſed ita Tacitus, 3, 45, 5: *Intolerantior ſervitus iterum victis*, ſupra quoque, 3, 7, 8. Salmaſius in vett. ſuis invenit *horrentius.* Sic e contra reperias, quæ vim agendi retinent, in terminatione patiendi, ſicut *impetrabilis orator*, apud Plautum, Moſtell. 5, 2, 40. *impetrabilis efficacia*, apud Ammianum, 14, 26. *penetrabile telum*; apud Virgilium, Æn. 10, 581, &c.

37. *Reciſa prius lingua*] Simile facinus, niſi quod indignius, in Ciceronem admiſit Fulvia; *ejus enim caput arreptum, inſultans amarulentis verbis, & conſpuens, genibus ſuis impoſuit orique ejus aperto, linguam extractam, acubus (quales ſecum comendi capitis cauſſa mulieres ferunt) compunxit, additis crebris ac turpibus opprobriis.* Dio, lib. 47. pag. 378.

38. *Conſulis*] *Proconſulis* ſcribere debuerat.

FREINS-

effoſſum. Signa & aquila duas adhuc barbari poſſident. tertiam ſignifer prius, quam in manus hoſtium veniret, evulſit, merſamque intra baltei ſui latebras gerens, in cruenta palude ſic latuit. Hac clade factum, ut impe- 39
rium, quod in littore Oceani non ſteterat, in
ripa fluminis ſtaret. Hæc ad Septentrionem. 40
Sub Meridiano tumultuatum magis, quam bellatum eſt. Muſulanios atque Gætulos accolas

FREINSHEMII.

Duas adhuc barbari poſſident] Ex hoc loco videtur haurire ſententiam ſuam Cuſpinianus, qui ita de hac reſcribit: *Tres legiones obtruncatæ, ſigna & Aquilæ duæ a Germanis captæ, quas hodie poſſidemus. Non enim biceps eſt Aquila, ut imperitum vulgus credit: ſed duæ ſimul, quarum altera alteram expaſſis alis obtegit. Tertiam ſignifer legionis tertiæ abſtulit, paludeque demerſit, ne in hoſtium manus veniret. Alioqui tres haberemus aquilas in inſignibus imperii. Nec unquam hæ redditæ ſunt imperatoribus Romanis, quod Parthi fecerunt, ſed ſemper in hunc uſque diem ſervatæ.* Et hæc quidem ſpecioſa dictu Cuſpinianus. Ceterum haud paullo melioris eſſe fidei cenſeam Tacitum & Dionem hiſtoricos, qui ambas iſtas aquilas a Romanis recuperatas ſcribunt. ille quidem in annalibus, 1, 60, 5: alteram a Stertinio repertam; hic in hiſtoria, 60. pag. 770. Gabinium *aquilam, quæ ſola a clade Variana ſuperat, recuperaſſe* tradunt.

Evulſit] Vir doctus malit, *avulſit*: poſſit & fieri *revulſit*; ſed non opus eſſe putem mutatione. intelligitur enim aquila acumine quodam infixa fuiſſe haſtæ, qua portaretur. Similis autem huic ſive hiſtoria, ſive, quod magis credam, efficta ad hoc exemplum fabula, eſt apud Silium, 6, 34:

—— Vicini de ſtrage cadaveris haſta
Erigitur, ſoloque ingens conamine, late
Stagnantem cæde, & facilem diſcedere, terram
Enſe fodit, clauſamque aquilæ infelicis adorans
Effigiem, palmis languentibus æquat arenas.

39. *In ripa Rheni fluminis ſtaret*] Conſilio Auguſti, quod eſt apud Tacitum, 1, 11. in fine. Etiam poſterioribus ſeculis. Seneca, præfat. naturalium quæſtionum; *Rhenus Germaniæ modum faciat,* quamvis interim ſæpe tranſcenſus ſit Romanis.

VARIORUM.

40. *Sub Meridiano*] Solus Florus & Oroſius, 4, 20. quantum memoriæ nunc occurrit, hos ſub meridiano tumultus inter Auguſti geſta enumerant. Sueton. in vita, cap. 21. dicit, Auguſtum *alias item nationes male quietas ad obſequium redegiſſe.* Camers.

colas Syrtium, Coſſo duce, compeſcuit: un-
41 de illi *Gætulici* nomen. Latius victoria patet. Marmaridas atque Garamantas Curinio ſubigendos dedit. Potuit & ille redire *Marmaricus*, ſed modeſtior in æſtimanda victoria fuit.
42 Ad Orientem plus negotii cum Armeniis. huc alterum ex Cæſaribus nepotibus ſuis miſit. Ambo fato breves: ſed alter inglorius. Maſſiliæ

SALMASII.

42. *Maſſiliæ quippe Lucius morbo*] Vetera excuſa, *Maſſiniæ*. nec aliter optimæ ſchedæ, alter Palatinus, *maxime*; corruptiſſime. ſequitur poſt paullo, *in Syria Gaius*, ſcriptis omnibus libris conſentientibus. Velleius, aliique multi, in Lycia obiiſſe volunt, Limyris urbe. Velleius, lib. II: *in urbe Lyciæ, Limyra nominant, morbo obiit.* perperam putat vir ſummus, Limyra Stephano eſſe Lamyra. Lamyra & Limyra duæ ſunt urbes Lyciæ diverſæ: utramque Stephanus recenſet. λίμυρα inquit, πόλις λυκίας ἀπὸ λιμύρου ποταμοῦ.

FREINSHEMII.

40. *Coſſo duce*] Cn. Cornelium Lentulum Coſſum, cum L. Calpurnio cos. fuiſſe anno DCCLII. in Annalibus coſſ. ſcribitur, & poſtea Gætulicum eſſe appellatum, nimirum a devictis Gætulis. Tacitus etiam, 4, 44, 1. eundem triumphalia de Gætulis inſignia accepiſſe teſtatur. de hujus belli cauſſa, & re geſta, altum apud alios ſilentium eſt: ut etiam bellorum in Africa tempore Auguſti geſtorum: quæ tamen poſt M. Lepidum a Cæſare exercitu & poteſtate exutum, cujus provincia in triumviratu fuerat, nunquam quieviſſe videtur. Statilius enim Taurus a Cæſare in Africam miſſus, de ea triumphavit anno DCCXIX. Iterum L. Antronius procos. anno DCCXXIV. tertium triumphum duxit ex Africa L. Sempronius Atratinus, anno DCCXXX. Quartus L. Cornelius Balbus de Garamantibus Africæ populis triumphavit anno DCCXXXIV, *Stadius*. Leguntur tamen horum quædam apud Dionem.

41. *Curinio*] Ita v. e. & Pal. ſec. cum mſſ. Vineti, at habet. *Quirino* Jordanes, ut & Pal. tert. nam pr. *Quirinio*. vulgg. *Turmio*. & vero videtur idem iſte cum illo P. *Quirinio*, cujus ſæpius meminit Tacitus, 3, 22, 3: 1, 48, 1. *Gruterus*. Alter etiam ex Lipſii codicibus *Curinio*, alter *Quirino*. refert. Putem autem, *Curinio*, & *Quirinio*, tantum ſcriptione differre, non etiam enuntiatu, cujus rei præter alia, quæ adduci poſſent, plurima, fidem faciunt *Quirites* a *Curibus* deducti.

Potuit & ille, &c.] Facit hic locus, ut omnino putem, ſupra, 2, 17, 10. in cauſa Metelli, verba illa, *majori gloria pepercit*, applicanda eſſe cognomini. *majori gloria pepercit*. h. e. ampliorem laudem meruit, dum abſtineret ab iſto cognomine, quod virtute merebatur. Non diſſimile eſt iſtud Plinii, 7, 26. de Pompeio. *Excitatis in Pyrenæo trophæis, oppida DCCCLXXVI. ab Alpibus ad fines*

Digitized by Google

ſiliæ quippe Lucius morbo ſolvitur : in Syria Caius

nes Hiſpaniæ ulterioris in ditionem redacta, victoriæ ſuæ adſcripſit, & majore animo Sertorium tatuit. Ab hac modeſtia ſocerum ſuum laudat Tacitus, Agr. 18, 10: *Nec Agricola proſperitate rerum in vanitatem uſus, expeditionem aut victoriam vocabat, victos continuiſſe: ne laureatis quidem geſta proſecutus eſt. ſed ipſa diſſimulatione famæ famam auxit, æſtimantibus quanta futuri ſpe tam magna tacuiſſet.*



In Syria Caius] *Effigies hæ Caji & Lucii Caſarum, in nummo a Tarraconenſibus cuſo; quem edidit* Patinus in Sylloge nummorum æreorum, *ubi & 47. pag. uniuſcujuſque habes vultum in ſeparata N. area.*

FREINSHEMII

42. *In Syria*] Clare & diſtincte Velleius, II, 102, 5. in Lycia obiiſſe Caium vult, urbe quoque expreſſa (*in urbe Lyciæ, Limyram nominant, morbo obiit.*): & *Limyrum* quidem fluvium, *Limyram* urbem, in Lycia Ptolemæus collocat: quæ in Stephano *Lamyra* ſcripta. In eadem cum Velleio ſententia Suetonius (Aug. 65, 3): *Caium, & Lucium, in duodeviginti menſium ſpatio amiſit ambos; Caio in Lycia, Lucio Maſſiliæ, defunctis.* Etiam Joh. Zonaras, qui a Dione, ut ſolet (nam ipſe Dio hac parte mutilus), hauſit: *ipſe Caius in Lyciam oneraria nave provectus eſt, ubi & obiit.* Hoc iſti cenſent, probi, fidi & talium curioſi ſcriptores. Tamen ecce qui diſſentiunt (miramur, in fato illuſtris juvenis), & in Syria obiiſſe volunt. Grande autem, ne neſcias, inter Lyciam & Syriam intervallum, & Pamphylia ac Cilicia totæ interjectæ. Seneca pater, qui ipſe illius ævi: *Cum, mortuo in Syria C. Cæſare, codicillo queſtus eſſet Auguſtus.* Florus pariter: *Maſſiliæ Lucius morbo ſolvitur : in Syria* (ita omnes ſcripti libri) *Caius ex vulnere.* Etiam Feſtus Rufus: *Caius vulneratus, reverſus in Syriam obiit.* Quid dicemus? inclinabam ad priores: ſed revocat Bellonii, viri fidi & induſtrii, ut mihi videtur, obſervatio. qui narrat libro 2. *Urbem Hamam eſſe, Arabibus Hamzam, Latinis olim Emeſam vel Emiſſam, juxta quam ſepulcrum ſit* דיגער *, in modum quadrangulæ Pyramidis faſtigiatum, valido cæmento extructum: in quo C. Cæſaris epitaphium Græcis characteribus inſcriptum legatur.* Si ita eſt (& utinam expreſſiſſet ipſum ſcriptum!) quis ambiget, quin

Caius ex vulnere, quum Armeniam ad Parthos ſe ſubtrahentem recipit. Armenios, victo rege Tigrane, in hoc unum ſervitutis genus Pompeius aſſueverat, ut rectores a nobis acciperent. Intermiſſum ergo jus per hunc recuperatum, non incruento, nec inulto tamen
43
44 certamine. Quippe Domnes, quem rex Artaxatis præfecerat, ſimulata proditione, adortus

quin ad hunc C. Cæſarem pertinuerit? atque ita firma probaque ſit altera ſententia: quia Emeſa illa citra controverſiam Syriæ in Phœnice urbs eſt. Hæc Lipſius ad Velleium, 2, 102, 5. Lectio porro iſta *Syriæ* tam in Pall. o. quam Veneti mſſ. & e. v. reperitur. Ceterum, *pædagogium miniſtroſque Caii, per occaſionem valetudinis mortiſque ejus, ſuperbe avareque in provincia graſſatos* eſſe diſcimus ex Suet. Aug. cap. LXVII.





Armenios] *In honorem Cæſaris & victoria Armena nummi hi flati: quorum eſt: argumenta latius, in* Theſaur. *ad* XVIII. Tab. 12. N. & XIX. Tab 3. N. *explicat.* Oyzelius.

FREINSHEMII.

43. *Armenios*, &c.] Supra, 3, 5, 27. Victor, in Cæſaribus, cap. ult. *Conſtantius genti Sarmatarum, magnum decore, conſidens apud eos regem dedit; quod Cn. Pompeium in Tigrano reſtituiſſe* (lege *inſtituiſſe*) *vixque paucos majorum feciſſe, comperimus.*

VARIORUM.

44. *Domnes*] Hic & *Dones*, & *Domnes*, alibi appellatur, apud Paterculum, 2, 102, 3. *Adduus*. apud Zonaram, *Addon*. Vinetus.

Artaxatis] Ita *Artaxatis* hic antiqui codices: alii, *Ariaratis*, *Artaxates*, *Arſaces*. *Artaxata* tamen *hæc* neutrum nomen & plurale,

tus virum intentum libello, quem, ut theſaurorum rationes continentem, ipſe porrexerat, ſtrictus ac recreatus ex vulnere in tempus. Ceterum barbarus undique infeſto exercitu 45
oppreſſus, gladio, & pyra, in quam ſe percuſſus immiſit, ſuperſtiti etiamnum Cæſari ſatisfecit. Sub Occaſu pacata fere omnis Hiſ- 46
pania; niſi quam Pyrenæi deſinentis ſcopulis inhærentem citerior alluebat Oceanus. Hic duæ validiſſimæ gentes, Cantabri & Aſtures immunes imperii agitabant. Cantabrorum & 47
pejor, & altior, & magis pertinax in rebellando

rale, oppidum Armeniæ; quod ſupra, 3, 5, 27, caput ejus gentis dictum eſt, τὰ ἀρτάγειρα id eſt, *Artagera*, apud Zonaram, & Velleium, eſſe videntur. *Vinetus.*

SALMASII.

44. *Stricto ferro cruentat*] Mira conſpiratio Codicum veterum, qui ſcriptum omnes habent, *Stricto ſarre creatus*, aut *ſtricto ſerre. Sarris* nec *ſerris* fuerit fortaſſe gladii genus, de quo tamen nobis non conſtat. ſi *ſtricta ſerra* legerimus, erunt meræ nugæ. alter Palatinus, *ſtricto indete creatus*. probamus autem, *cruentat vulnere in tempus.*

45. *Superſtiti etiam non Cæſari*] Lego, *ſuperſtiti etiamnum Cæſari ſatifecit*, hoc eſt, *adhuc ſuperſtiti.*

FREINSHEMII.

44. *Intentum libello*] Sic *Vitalianum*, præfectum prætorio Maximini, quidam *porrectis epiſtolis, contemplantem ſigna diligentius, prolatis pugionibus confodiunt.* apud Herodianum, 7, 14. Sic *Parmenio* interficitur, apud Curtium, 7, 2. *Domitianus*, apud Suetonium, in vita, cap. 17. *Caſſius Longinus*, apud Hirtium, de Bel. Alex. cap. LI.

Strictus ac recreatus ex vulnere in tempus] Ita vetus ed. mea, quemadmodum & in Nazariano correctum eſſe Gruterus teſtatur, cum prius fuiſſet; *ſtrictos arrecreatus ex vuln. in temp.* niſi potius legendum ſit, *at recreatus*, quod ad Vineti ſententiam accederet; ille enim ex mſſ. in quibus; *ſtrictus ſerrecreatus, ex vulnere in tempore*: fecit; *ſtrictus, ſed recreatus ex vulnere in tempus.* editiones aliæ præferebant; *ſtricto ferro cruentat vulnere in tempus.*

47. *Et pejor*] Sic editio mea vetus. quemadmodum olim conjeceram, vide quæ dicta ſunt ſupra. 4, 5, 2.

VARIORUM.

46. *Hiſpania*] Geſta ab Auguſto in Hiſpania, ſcribit Livius, lib. 135: Juſtin. 44, 5: Sueton. in vita, capp. 20, & 21: Eutrop. 7, 2: Oroſ. 6, 20: Lege Horat. Carm. (3, 14,) 4, 5, 14, & 15. *Camers.*

Duæ validiſſimæ gentes] De his late Plinius, 3, 3: & Strabo, lib. 3. *Camers.*

SAL-

lando animus fuit; qui non contenti libertatem ſuam defendere, proximis etiam imperitare tentabant, Vaccæoſque, & Curgionios, & Autrigonas crebris incurſionibus fatigabant.
48 In hos igitur, quia vehementius agere nuntiabantur, non mandata expeditio, ſed ſumpta eſt. Ipſe venit Segiſamam. caſtra poſuit. inde partito exercitu totam in diem amplexus Cantabriam, efferam gentem, ritu ferarum, quaſi indagine debellabat.
49 Nec ab Oceano quies, quum infeſta claſſe ipſa quoque terga hoſtium cæderentur. Primum adverſus Can-

SALMASII.

47. *Curgonios, & Aurigonas*] Nullum dubium eſt, quin ſit *Autrigonas* legendum. pro *Curgonios*, veteres libri, *Curinogos*, puto levi trajectione eos eſſe qui Ptolemæo *Murbogi*, μούρβογοι. κουργόνιον, urbs in illo tractu apud Ptolemæum, a quo *Curgonii* dici poſſent. ſed contra nititur librorum auctoritas, qui, ut diximus, *Curinogos*, non *Curganios*, habent.

48. *Ipſe venit Sageſamam. caſtra poſuit*] Duo Palatini ita ſcribunt, & diſtinguunt: *ipſe venit. ſecus aniam caſtra ponunt*. vel *ſecus anam*. *Ana* fluvius in illis regionibus; ſed nihil ad hunc locum. *Segiſama* reponendum eſt. Ptolemæo, σεγίσαμα ἰουλία multæ aliæ urbes, in illis locis, a duabus ſyllabis *ſegi* incipiunt. *ſegida*, *ſegiſamunculum*, *ſegiſama*, &c. in veteri inſcriptione, *ſeciſama* dicitur; *c* pro *g*.

CAIO JULIO REBURRINO MIL. LEG. VII. G. F. D, SECISAMA BRASACA.

FREINSHEMII.

48. *In diem*] Hoc quid ſit niſi docear, malim legere; *indidem*, h. e. ex eo loco ubi caſtra poſuerat. Livius, 39, 8, 7: *venena indidem, inteſtinæque cædes*. Apuleius, Metamorph. lib. 2. princ. *lapides de homine duratos, & aves indidem plumatas*: nec obſtat quod modo vox *inde* præceſſerit; ea enim ad tempus eſt referenda.

VARIORUM.

47. *Curgonios & Aurigonas*] Sic diſerte Pal. ſec. at enim pr. *Curmogos & Aurigonas*. tert. *Curinogos &c.* non video cur ſcripturæ primæ debeat moveri controverſia. Gruterus. *Gurgonios G*, pro *C*, habent antiqui libri & Oroſius. Aurigonas puto eſſe Autrigonas Plinio, & Ptolemæo, a recto Ἀυτρίγων. *Vinetus*.

48. *Ipſe venit Sageſamam. caſtra poſuit*] Eſt hic fortaſſe legendum; *ipſe venit. apud Sageſamam caſtra poſuit*: ſicut apud Oroſium ſcribitur, qui multa ejuſmodi ex hoc auctore ſumpſiſſe videtur. *Vinetus*.

SAL-

Digitized by Google

Cantabros ſub mœnibus Belgicæ prældiatus eſt. Hinc fuga in eminentiſſimum Vinnium montem, quem maria prius Oceani, quam arma Romana aſcenſura eſſe crediderant. Tertio Aracillum oppidum magna vi repugnat. Captum tamen poſtremo fuit Medulli montis ob- 50
ſidio. (quem perpetua quindecim millium foſſa comprehenſum cinxit, undique ſimul adeunte Romano) poſtquam extrema barbari vident, certatim igne, ferro inter epulas venenoque, quod ibi vulgo ex arboribus taxeis exprimitur, præcepere mortem: ſeque pars ma-

SALMASII.

49. *Quem maria prius Oceani*] *Qua maria prius Oceani*. in Nazar. lego: *quo maria prius Oceani, quam arma Romana aſcenſura eſſe crediderant*. ſic ſupra, *in nives quo bellum non poſſet aſcendere*.

50. *Præcepere mortem*] *Præcipere mortem*. Nazar. ſic ſæpe loquitur Florus ſupra: *omnia ad opprimendum juvenem moliri*. cap. IX: *igitur dominationem parare, nec tacite*, &c. & multis aliis locis.

FREINSHEMII.

50. *Perpetua quindecim millium foſſa*] Opera militaria non imitanda noſtris. quale fuit ſupra, 4, 2, 39.

Poſtquam extrema barbari vident] Exempla propemodum infinita reperias eorum, qui libertatem vita redemerunt. ut merito pudeat eos, qui honeſtis & facilibus remediis eam repetere non ſuſtinent. De Cantabris autem his vide Strabonem, lib. 3. pag. 113.

Inter epulas] Supra, 2, 18, 12.

Ex arboribus taxeis] Ita mſſ. Vineti, nec non Pall. & v. e. aliæ tamen *taxis*. Gruterus. Taxus autem arbor venenata. Vide Ariſtot. περὶ θαυμασ. ἀκουσμάτων, cap. LXXIIII.) *Letale quippe baccis, in Hiſpania præcipue, venenum ineſt. Vaſa etiam viatoria* (legerim *victoria*) *ex ea vinis in Gallia facta, mortifera fuiſſe compertum eſt. Hanc Seſtius ſmilacem a Græcis vocari dixit: & eſſe in Arcadia tam præſentis veneni, ut qui obdormiant ſub ea, cibumve capiant, moriantur. Sunt qui & taxica hinc appellata dicant venena, quæ nunc toxica dicimus*. Plinius, 16, 10. f. Hoc veneni genere periit quoque Cativulculus Eburonum rex, apud Cæſ. de bel. Gall. 6, 31.

VARIORUM.

49. *Sub mœnibus Belgicæ*] Ita & mſſ. Pall. & Vineti. noſtra editio illa vetus: *ſub hoſtibus mœnibus Belgicæ*; Stadius. *ſub mœnibus Vellicæ*. Gruterus.

FREINS-

Digitized by Google

major a captivitate, quæ videbatur, vindi-
51 cavere. Hæc per Antiſtium, Furnium, Agrip-
pam, legatos, hibernans in Tarraconis ma-
52 ritimis Cæſar accepit. Ipſe præſens hos de-
duxit montibus, hos obſidibus aſtrinxit, hos
53 ſub corona jure belli venumdedit. Digna res
lauro, digna curru ſenatui viſa eſt, ſed jam
Cæſar tantus erat, ut poſſet triumphos con-
tem-

FREINSHEMII.

Quæ videbatur] Non enim erat. Sic apud Marcell. aliquis, *malis ſe quæ ſuſpicabatur exemit.* ſortem ſuam emendaturi erant Hiſpani, ſi voluiſſent ſub Auguſto vivere: ſed hoc putabant eſſe ſervitutem; ut Canchorum *miſera gens*, ut apud Plinium deſcribitur. lib. XVI. cap, I. *Et hæ gentes*, addit ille, *ſi vincantur hodie a Pop. Rom. ſervire ſe dicunt. Ita eſt profecto, multis fortuna parcit in pœnam.* Ut contra in Rutilii itinerario, 1, 64:

Profuit injuſtis te dominante capi.

51. *Antiſtium*] Dio, lib. 53. pag. 589: & Velleius, 2, 90, 7.

Furnium] Dio, lib. 54. pag. 599.





Agrippam] *Agrippam hic nummus exhibet Præfectum oræ maritimæ. De corona ejus roſtrata optime ad* Theſaur. XXVII. Tab. 12. N. Oyzelius.

Agrippam] M. Vipſanium, quem ſibi propemodum æquaverat poteſtate Cæſar. hic igitur bellum contra rebelles Cantabros geſſit. Vide Dionem, lib. 54. pag. 604.

52. *Præſens*] Sic Agathias, lib. II.

Hos deduxit montibus] Vide ſupra, 3, 5, 28.

VARIORUM.

53. *Sed jam Cæſar*] Sic plane vet. ed. male vulgg. & Pall.: *& jam Cæſar*. Gruterus.

SAL-

temnere. Aſtures per idem tempus ingenti 54
agmine a montibus ſuis deſcenderant: nec temere ſumptus, ut barbaris, impetus: ſed poſitis caſtris apud Aſturam flumen, trifariam diviſo agmine, tria ſimul Romanorum caſtra aggredi parant. Fuiſſet & anceps, & cruen- 55
tum, & utinam mutua clade certamen, tunc tam fortibus, tam ſubito, tam cum conſilio venientibus, niſi Trigæcini prodidiſſent. a quibus præmonitus Cariſius, cum exercitu ad- 56
veniens oppreſſit conſilia, ſic quoque tamen non incruento certamine. Reliquias fuſi exercitus validiſſima civitas Lancia excepit. ubi a- 57
deo certatum eſt, ut quum in captam urbem faces poſcerentur, ægre dux impetrarit veniam;

SALMASII.

54. *Nec temere ſumptus, ut barbaris, impetus*] Reſtituo antiquam ſcripturam, &, poſt longum tandem exilium, in ſuas ſedes revoco. *nec temere ſumptus, ut barbaris, impes*. quam multis modis diſcruciaverant imperiti ſcribæ. Nazarii liber, & alter Palatinus; hac parte ſinceri. in altero, *nec temere ſumpt aut barbaris ſpes*: quæ lectio orta eſt ex illo *impes* depravato. ne putes antiquiorem vocem eſſe, quam ut a Floro uſurpari debuerit. quem ſcimus hoc affectaſſe; quod nemo non poteſt ſcire, qui noſtras notas legerit.

56. *Cum exercitu adveniens, oppreſſit conſilia*] Nazarii membranæ, *cum exercitu advenit, oppreſſi ſed conſilia*. forte, *cum exercitu advenit, oppreſſitque conſilia,*

57. *Ægre dux impetravit veniam*] *impetraverat*. ſcribendum *impetraverit. ut, quum in captam urbem faces poſcerentur, ægre dux impetravit veniam.* facile patet, ita legendum eſſe.

FREINSHEMII.

54. *Ut barbaris*] Hoc eſt, ut ſolent barbari, qui, ut eſt ſupra, 3. 3, 5. *impetum pro virtute habent.* Similis locutio apud Livium, 27, 19, 10: *Indibilis pro utroque locutus: haudquaquam, ut barbarus, ſtolide incauteque; ſed potius cum verecunda gravitate.*

Aſturam] Unde nomen populo. Iſidorus, Etymol. 9, 2.

55. *Cariſius*] De hoc vide Dionem, lib. 14. pag. 599.

57. *Ubi adeo certatum eſt*] Placet lectio veteris meæ; *ubi loci adeo c. e.* quam juvat Naz. niſi quod ille verbo locupletior; *ubi eum loci*, &c.

Impetravit.] Cum hoc Flori

loco

niam, *ut victoriæ Romanæ ſtans potius eſſet,*
58 *quam incenſa, monumentum.* Hic finis Auguſto bellicorum certaminum fuit: idem rebellandi finis
59 Hiſpaniæ. Certa mox fides, & æterna pax; cum ipſorum ingenio in pacis partes promtiore: tum conſilio Cæſaris, qui fiduciam montium timens, in quos ſe recipiebant, caſtra ſua, ſed quæ in plano erant,
60 habitare & incolere juſſit. Ingentis eſſe conſilii

loco confer Foliet. Hiſt. Gen. pag. 290. f. Pertinet huc Naſicæ ſententia de Carthagine non delenda: οὐκ ἐκ τῆς ἄλλων ἀσθενείας δεῖν θεωρεῖσθαι τὴν τῆς Ῥώμης ἰσχὸν, ἀλλ' ἐκ τοῦ φαίνεσθαι τῶν μεγάλων μείζονα, Diodor. in Excerpt. Valeſ. pag. 382. Timoleon, apud Corn. Nepotem: *eam præclaram victoriam ducebat, in qua plus eſſet clementiæ, quam crudelitatis.* Conſultationem de Thebis delendis habes in capp. I. m. Curt. 1, 14, 4: de Capua, in Liv. 26, 16, 7.

SALMASII.

60. *Ingentis eſſe conſilii illud obſervari cœpit*] Hoc loco non Florus, ſed correctores loquuntur, qui ſtatim, quæ non intelligunt, mutant. vetus lectio habet, *ingentis eſſe conſilium illud obſervari caput conſilio.* quam diverſa ab editis? præterea non *ingentis*, ſed *bigentis*, ſcriptum in optimis Nazariani membranis. quid voluerit Florus, video; verba ipſa Flori an exhibere poſſim, neſcio. & videamus an ita debeat legi: *certa mox fides, cum ipſorum ingenio in pacis partes promtiore, tum conſilio Cæſaris, qui fiduciam montium timens in quos ſe reciperent, caſtra ſua, ſed quæ in plano erant, habitare juſſit, vim gentis eſſe conſilium illud obſervari, caput conſilio natura regionis circa & omnis aurifera,* &c. Cæſar hoc conſilium excogitaverat, ut in plana deduceret monticolam illam gentem, & montium, in quos ſe recipiebant, fidentem præſidio. ut hoc perſuaderet facilius, ipſius gentis bono & commodo hoc cedere conſilium propter naturam regionis (quod conſilio caput fuit) auriferam atque aliorum metallorum feracem. neſcio an ipſiſſima verba Flori auctoris poſuerim, ſcio, me ſententiam recte concepiſſe, atque optimam adhibuiſſe diſtinctionem. qui meliorem & veriorem lectionem divinaverit, & magis ad mentem ſcriptoris facientem, is erit mihi magnus Apollo.

FREINSHEMII.

59. *Certa mox fides*] Velleius, 2, 90, 7: Hiſpanias *tam diffuſas, tam frequentes, tam feras, ad eam pacem abhinc annos ferme L. perduxit Cæſar Auguſtus; ut quæ maximis bellis nunquam vacaverant: ea ſub C. Antiſtio, ac deinde P. Silio legato, ceteriſque, poſtea etiam latrociniis vacarent.*

SAL-

lii illud obſervari cœpit. Natura regionis circa ſe omnis aurifera, miniique & chryſocollæ, & aliorum colorum ferax. Itaque exerceri ſolum juſſit. Sic Aſtures & latentes in profundo opes ſuas atque divitias, dum aliis quærunt, noſſe cœperunt. Omnibus ad Oc- 61
caſum & Meridiem pacatis gentibus, ad Septentrionem quoque dumtaxat intra Rhenum atque Danubium; item ad Orientem intra Cyrum & Euphratem, illi quoque reliqui, qui immu-

SALMASII.

61. *Intra Taurum & Euphratem*] Eorundem correctorum hæc ſunt χρηστήεια, ſed quantum judico, plane ἄχρηστα. vetus ſcriptura, *intra Etyrum & Ephratem.* legendum, *inter* (vel *intra*) *Cyrum & Euphratem.* mos hiſtoricis, nobiliſſimis fluviis aut nobiliſſimis montibus definire provinciarum ſeu regionum terminos, non monte & fluvio, niſi ubi non eſt altera parte nobile aliquod flumen: *Cyrus* orientis fluvius celebris. magna autem & lata illa regio quæ intra *Cyrum* & *Euphratem* jacet: ἔθνος τοῖς καρρήνοις παρακείμενον μέσον Εὐφράτου καὶ Κύρου ποταμοῦ. ſic ſupra dixit de iis quæ ad Septentrionem, *intra Rhenum & Danubium.* Atque hæc hactenus, quæ in politiſſimum, elegantiſſimum, acutiſſimum hunc ſcriptorem notanda habuimus: ſi non omnia, quæ aut mendoſa aut obſcura erant, ſuſtulimus & expoſuimus, non nihil certe præſtitimus, nonnulla etiam alienæ ambitioni aut diligentiæ reliqua fecimus. & quis me reprehendat, quod ſibi quædam, ex quibus ingenii aut diligentiæ laudem poſſit adipiſci, reliquerim? ſcio ſane plures eſſe hoc ingratiſſimo & invidentiſſimo ſeculo, & bonis omnibus literis earumque cultoribus infenſiſſimo, qui labores alienos carpere, quam qui ſuos in medium protrudere in animum inducant. puerilia multa in his notis reperiri non negem, ſed quibus ætas pene puerilis patrocinium facile parabit, aut veniam ſaltem ab æquitate & humanitate lectorum non minus facile impetrabit. Hæc te volebam lector. Vale.

FREINSHEMII.

60. *Aurifera*] Vide Nonium, in Hiſpania, cap. 43. de *minio*: Plin. 33. 7. de *chryſocolla*: Plin. 35. 6. 30.

61. *Intra Taurum & Euphratem*] Hoc ex loco intelligas verba Taciti, 19. 5. ubi ab Auguſto *omnibus longinquis clauſum imperium* legimus.

immunes imperii erant, ſentiebant tamen ma-
gnitudinem, & victorem gentium Populum
62 Romanum reverebantur. Nam & Scythæ mi-
ſere legatos, & Sarmatæ, amicitiam peten-
tes. Seres etiam, habitanteſque ſub ipſo ſo-
le Indi, cum gemmis, & margaritis, Ele-
phantes quoque inter munera trahentes, ni-
hil magis, quam longinquitatem viæ impu-
tabant, quam quadriennio impleverant: &
ipſe hominum color ab alio venire cœlo fate-
63 batur. Parthi quoque, quaſi victoriæ pœni-
teret,

VARIORUM.

Longinquitatem viæ] Diſtantiam a Gaditano freto, quo legati ad Auguſtum venerunt, ad Orientem, Indos, Scythas, atque Seres, ponit Plinius, 6. 33. Ab ortu ad occaſum, hoc eſt, ab ipſius Indiæ extremitate uſque ad Herculis columnas, Gadibus ſacratas, octuagies quinquies centena ſeptuaginta octo millia ſunt. lege Martianum Capellam, 6.5.6, & 7. *Camers.*

Venire cælo] Ita v. e. aliæ, *ſole.* Pal. tert. *ab illo venire ſole* (poſſit fieri, *ab ipſo*): faciunt tamen duo reliqui pro ſcriptura primo poſita loco. *Gruterus.*

FREINSHEMII.

Sentiebant tamen magnitudinem] Jam tum Cicero: *Nulla gens eſt, quæ non aut ita ſubacta ſit, ut vix extet; aut ita domita, ut quieſcat; aut ita pacata, ut victoria noſtra imperioque lætetur.*

62. *Nam & Scythæ*, &c.] Vide Sueton. Auguſto, cap. 21: Livium: lib. 139: Eutropium & Oroſium, ubi ſupra. Hos legatos apud Tarraconem citerioris Hiſpaniæ urbem Auguſtum Cæſarem inveniſſe ſcribit Oroſius. Lege ipſum in fine ſexti; quoniam hanc ceteris copioſius narrat hiſtoriam. *Camers.* Vide finem libelli de progenie Auguſti. Ad hunc locum pertinet etiam quod Strabo, lib. 4, pag. 138. recenſet: *Noſtra ætate regulorum quidam Britannicorum, legationibus & officiis amicitiam Auguſti Cæſaris conſecuti, donaria in Capitolio dedicarunt; familiaremque Romanis totam pene inſulam redegerunt.* Confer cum hoc loco Juſtinum, 12. 13. de Alexandro.

Seres] Adde Marcellin. 22. 10. f. quo loco *Serindos* putem eſſe Seres hos ipſos. De Indorum legatione ſcribit etiam Nicolaus Damaſc. cujus fragmentum habes apud Valeſium, pag. 506.

63. *Parthi*] Tacitus, 2. 1. 4: *Phrahates, quanquam depuliſſet exercitus duceſque Romanos, cuncta venerantium officia ad Auguſtum verterat.* intelligit, inter alia, quoque remiſſa ſigna. de quibus Juſtinus, 42. 5. 11. Strabo eorum

teret, rapta clade Craſſiana ultro ſigna retulere. Sic ubique cuncta atque continua totius 64 generis humani aut pax fuit, aut pactio. Auſuſque tandem Cæſar Auguſtus, ſeptingenteſimo

rum temporum æqualis, lib. 16. pag. 515: *Phraates tantum Cæſaris Auguſti amicitiæ ſtuduit, ut etiam illi trophæa remitteret, quæ Parthi de Romanis erexerant.* Ne quis autem aliud loqui Strabonem exiſtimet, trophæa capiat Romanorum ſpoliis, ipſis etiam aquilis, exornata. facit huc ſupra, 2. 17. 16: Viriatus *inſignia trabeis & faſcibus noſtris, quæ ceperat, in montibus ſuis trophæa fixit.* Quo enim majoris dignationis ſpolia trophæis adduntur, eo quoque ipſa ornatiora ſunt & magnificentiora. Phrahatem autem hoc non Auguſti reverentia, ut noſter, aliique volunt; ſed ut filium reciperet, ex pacto feciſſe indicat Dio, fine libri 53. Tacitus, ubi ſupra, non metu Romanorum, ſed ſuis diffiſum, omnia Auguſto officia exhibuiſſe. Ceterum iſta ſigna Craſſiana repetere ſua expeditione ſtuduerat Antonius, ſed infelici conatu. Vid. Appian. in Parthicis.





Signa retulere] *His duobus nummis memoriam receptorum ſignorum & alibi eam conſecrarunt. At & pluribus; quos exhibet & illuſtrat*, Theſaur. XIX. Tab. 11, & 12. N. & XX. Tab. 1, 2, 3, & 4. N. Oyzelius, Oudanum, *Bataviæ eximium decus, nomen ejus ſupprimendo, debito honore ſpolians, cætera laude non indignus.*

FREINSHEMII.

64. *Cuncta*] Forte, *certa*. ut ſupra, 59. ſic Velleius, 2. 38. 4: *Sardiniæ certum recepit imperii jugum.*

Auguſtus] Neſcio quid abſoni hoc loco ſonet vox iſta; nec enim dum Auguſtus, Cæſar. anticipatio permitteretur quidem alibi; non autem hic, ubi continua ſerie Cæſaris geſta deducens, id ipſum tandem adjicit, appellatum eſſe *Auguſtum.*

VARIORUM.

64. *Septingenteſimo ab U. C. anno*] Ita hic reperitur in hiſtoriæ prin-

teſimo ab Urbe condita anno, Janum Geminum cludere, bis ante ſe cluſum, ſub Nu-
65 ma rege; & victa primum Carthagine. Hinc converſus ad pacem, pronum in omnia mala, & in luxuriam fluens ſeculum gravibus
66 ſeveriſque legibus multis coërcuit. Ob hæc tot facta ingentia *Dictator perpetuus*, & *Pater patriæ*, dictus. Tractatum etiam in ſenatu,

cipio propoſitus annorum numerus, a Romulo in Cæſarem Auguſtum. Hic autem homo non ſolum tempora, & rerum geſtarum ordinem, crebro perturbat; verum etiam ſicubi annos numerat, eorum ſubtilem computationem non facit, quemadmodum ab initio monuimus. Qui ſubtilius ergo computant, annum Urbis DCC. numerant, quum erant coſſ. Domitius Ahenobarbus, & Appius Claudius, vivente adhuc C. Julio Cæſare, anno nono ætatis Cæſaris Octaviani Auguſti; ſiquidem verum, quod Velleius, 2. 36. 1; Suetonius; & alii; auctores ſunt, natum eum fuiſſe M. Cicerone & C. Antonio coſſ. *Vinetus.*

FREINSHEMII.

Janum Geminum cludere] Vide omnino commentatores ad Suetonium, Auguſto, cap. 22. Item ſupra, 2. 3. 1.

65. *Legibus multis*] De quibus exacte Dio. meminit & Tacitus, 3. 55. 4.

66. *Pater patriæ*] Qua de cauſa ſic appellaverint principes, ſupra, 1. 1. 15. ex Seneca notavimus. Sic poëtis Jupiter eſt,

— *divumpater, atque hominum Rex*,

quod hoſce ſeveriori contineat imperio, mitius præſit illis. Eleganter igitur Ovidius, Triſtium, 2. 35. ad Auguſtum:

Jure igitur genitorque deum, rectorque vocatur:
Jure capax mundus nil Jove majus habet:
Tu quoque cum patriæ rector dicare, paterque:
Utere more dei nomen habentis idem.

Et mox, verſu 181:

Parce, pater patriæ: nec nominis immemor hujus
Olim placandi ſpem mihi tolle tui.

Item, Faſtorum 2. 127. Ad hanc appellationem, ejuſque explicationem, pertinet locus Livii, 4. 60. 1. ubi plebs beneficio Senatus delinita, lætabunda jactat, *Patres vere appellatos*.

VARIORUM.

66. *Dictator perpetuus*] Auguſtum dictatoris nomen nunquam tuliſſe, in annalibus veterum teſtatiſſimum eſt: vel ut invidiam nominis devitaret; vel quia dictatoria poteſtas Antonia lege abrogata erat. Dictaturam namque, quam pertinaciter ei pop. R. anno DCCXXXI offerebat, tam conſtanter repulit, ut, cum populus eam magna vi etiam offerret, ipſe genu nixus,

natu, an, quia condidiſſet imperium, *Romulus* vocaretur : ſed ſanctius & reverentius viſum eſt nomen *Auguſti*, ut ſcilicet jam tum, dum colit terras, ipſo nomine & titulo conſecraretur.

nixus, dejecta ab humero toga, nudo pectore deprecatus ſit. Velleius Paterculus, Suetonius, Dio, Faſti Capitolini, alii. nam ipſe longe majorem poteſtatem exercebat ſub Imperatoris prænomine, & tribuniciæ poteſtatis titulo, quem, dictatura perpetua abdicata, ex a. d. V. Kal. Jul. accepit; ſapienterque invidiam nominis exoſi & tyrannici declinavit. *Stadius.*

FREINSHEMII.

Romulus] Sic Camillus, apud Livium, 5.49.8: *Romulus, ac parens patriæ conditorque alter urbis, haud vanis laudibus appellatur.* Vide omnino Berneccerum, ad Suetonium, Auguſto, 7.4. Ubi omnia iſta reperies. etiam cur, & quando, nomen illud *Auguſti* invenerit. *Condere* vero *imperium* non uno ſenſu accipi, potes intelligere ex iis quæ notantur ſupra, 1.3.1.

Conſecraretur] Sic Tacitus, fine Annal. xv. ſcribit, *Cerialem Anicium, conſulem deſignatum, pro ſententia dixiſſe, ut templum divo Neroni quam-maturrime publica pecunia poneretur. Quod quidem ille decernebat, tanquam mortale faſtigium egreſſo, & venerationem hominum merito.*

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google